BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 3

DE ORATORE

EDIDIT

KAZIMIERZ F. KUMANIECKI

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS PRIMAE (MCMLXIX)



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Cicero, Marcus Tullius:
[Scripta quae manserunt omnia]
M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. —
[Ausg. Stutgardiae, Lipsiae]. — Stutgardiae ; Lipsiae ; Teubner.
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
NE: Cicero, Marcus Tullius: [Sammlung]

[Ausg. Stutgardiae, Lipsiae]
Fasc. 3. De oratore / ed. Kazimierz F. Kumaniecki. —
Ed. stereotypa ed. 1. (1969). — 1995
ISBN 3-8154-1171-8
NE: Kumaniecki, Kazimierz [Hrsg.]

Printed in Germany
Druck: Druckhaus Köthen GmbH
Buchbinderei: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

Vniversitati Debreceniensi Kossuthianae
Doctor h. c. nuper creatus
hoc volumen sacrum esse voluit

PRAEFATIO

1.

Codices, quibus contextus dialogi Tulliani q. i. „De oratore“ asservetur, in duas familias discedere iam dudum inter viros doctos constat; quarum una codices mutilos qui vocantur **M**, altera integros a deperdito illo clarissimo codice Laudensi **L** originem ducentes complectitur.

Ac prioris quidem familiae testes vetustissimi sunt codices **AHE** saec. IX vel X exarati. inter eos maximas textus partes asservavit codex Harleianus.

H Cod. Harleianus 2736 manu Lupi de Ferrières[1]) medio saeculo IX perscriptus textus Ciceroniani partes praebet has: I 1 cogitanti – 128 paene summo; 157 citatione – 194 civili; II 13 temptans – 90 exprimat; 92 quid enim – III 17 inclinato iam in; 110 non ut iure – *ad finem*. praeter Lupi manum manus secunda **H²** saeculi XII vel XIII[2]) in codice agnosci potest quae traditum *is* in *his*, *quom* in *cum* et alia similia correxit, nec non manus tertia **H³** saec. XIV[3]) cui nonnullae correctiones sub finem codicis obviae debentur. codicem descripsit eiusque historiam enarravit Ch. H. Beeson.[4]) cf. praeterea *Catalogue of Ancient Manuscripts in the British Museum Pars II (Latin) 1884; Chatelain, Paléographie des classiques latins Pars II (1884–1920)*. codicem denuo contuli imaginibus lucis ope pictis usus.

H **H²** **H³**

1) Cf. Ch. H. Beeson, Lupus of Ferrières as scribe and text critic, A study of his autograph copy of Cicero's De oratore. The Medieval Academy of America. Cambridge Massachusetts 1930.
2) Cf. Ch. H. Beeson p. 29.
3) Cf. Ch. H. Beeson p. 29.
4) Ch. H. Beeson p. 5–7.

Codice Harleiano haudquaquam deterior quamvis paulo plus laceratus est:

A **A** Codex Abrincensis 238 membranaceus saec. IX exaratus. constat foliis 60. foliis 1–50 *libri de oratore*, fol. 51–60 *Orator* legitur. continet dialogi Ciceroniani partes has: I 19 tum Catulus – 50 cohortatio; 60 voluerunt – exprimat; 92 quid enim – 233 oportere; 234 tum ille – 245 possunt (*scripsit* A^2); 288 colliguntur – III 17 admo; III 110 non ut iure – 148 revortendum; 149 omnis – 171 rhetorico terustus eis (*scripsit* A^2); 171 quid ergo – *ad finem.* codicem olim plura (sc. eadem atque cod. **E**) quam nunc leguntur continuisse docuit J. Stroux.[1]) praeter A^2 manum primam obvia est manus secunda saec. X (A^2), quae II 234–245 et III 149–171 exaravit nec non manus A^3 tertia saeculi XIII (A^3) cui plurimae bonae, rarius malae correctiones originem debent. descripserunt codicem F. Heerdegen in praefatione editionis *Oratoris* (p. V–VIII) Lipsiae 1884 et E. Stroebel.[2]) librum manu scriptum denuo contuli imaginibus lucis ope pictis usus.

Deterioris notae est tertius codex familiae **M** scilicet:

E **E** Cod. Erlangensis 848 saec. X exaratus. continet haec: I 1 cogitanti – 123 has causas; II 19 tum Catulus – 90 exprimat; 92 quid enim – 233 oportere; 28 colliguntur – III 17 admo; 110 nec genera – 148 revortendum; 171 quid ergo *ad finem.* ea quae desunt supplevit altera ε manus recens (ε) e quodam libro integro. cuius recentioris manus lectiones nonnisi perraro in nostro apparatu critico commemoratas invenies; si quid habent boni, coniecturae debetur. codicem ipse non vidi; usus sum accuratissima conlatione ab Ioanne Stroux confecta.

Ad eandem familiam referuntur etiam Excerpta ex libris Tullianis De oratore primo et secundo ab Hodoardo[3])


1) J. Stroux, Handschriftliche Studien zu Cicero De oratore, Basel 1921, p. 163 sq.

2) E. Stroebel, Ciceronis De oratore librorum codices mutilos antiquiores examinavit E. S. Acta Seminarii Phil. Erlangensis vol. III, Erlangae 1884, p. 30–34.

3) Cf. Ch. H. Beeson, Classical Philology 40, 1945, p. 201–227.

Presbytero saec. IX[1]) confecta quae in Cod. Vatic. Reg. 1762 (**K**) asservantur. quae *Excerpta* ab omnibus editoribus **K** (Friedricho excepto qui tamen non omnes lectiones **K** enotavit) immerito neglecta sunt. ipse codicem **K** non vidi; lectiones eius enotavi ex editione a Paulo Schwenke[2]) curata.

Codicum **AHE** qualis esset cognatio optime demonstravit E. Stroebel qui etiam stemma eorum delineavit.[3]) ego ipse, cum quaenam ratio inter **AEH** et *Excerpta Hadoardi* intercederet examinarem, eorum textum proxime ad codicem **E** accedere vidi.[4]) stemma igitur a Stroebel institutum hoc modo adimplevi:



Quod ad ipsum mutilorum archetypum attinet, eum scriptura capitali quae vocatur exaratum esse ex mendis velut sunt e. g. II 195 ADELICTVM pro ADFLICTVM aut II 193 CRATI pro GNATI aut 84 PVGNAE FACIES pro PVGNA ET ACIES vitiose scripta et ex aliis permultis eius generis corruptelis facile evincitur. quin etiam vitiosos et lacunosos locos iam in archetypo signo ꭒ

1) Cf. B. Bischoff, Hadoard und die Klassikerhandschriften aus Corbie, in „Mittelalterliche Studien" I, Stuttgart 1966, p. 49–63.

2) Paul Schwenke, Des Presbyter Hadoardus Cicero-Excerpte nach E. Narducci's Abschrift des Cod. Vat. Reg. 1762, Philologus Supplementband V H. 3, Göttingen 1886.

3) Cf. E. Stroebel p. 48.

4) Cf. K. Kumaniecki, Zur Überlieferungsgeschichte der Ciceronischen Schrift „De oratore", in „Acta Antiqua Philippopolitana", Sophiae 1963, p. 263sq.

signatos esse ex hoc signo eisdem locis in codicibus **AEH** (saepissime autem in cod. **H**) collocato facile concludi potest. addere placet archetypi textum fidelissime in codicibus **AH** repetitum esse; eosdem codices etiam orthographiam antiquam religiosissime servavisse elucet ex scriptura *necessest putandast*, *Tulli*, *Antoni*, *quom*, *quoius*, *quoi*, *vorsantur*, *loquontur*, *maxume*, *dissupatus*, nec non ex formis non assimilatis velut sunt *adgnosco*, *optinere*, et aliis sescentis; quae fere omnia servantur in **AH**, in **E** autem ubi fere semper *cum*, *cuius*, *cui*, *versantur* legitur non item.

Praeter hos codices mutilos vetustissimos exstant etiam libri manu scripti mutili recentioris aetatis, saeculo quarto decimo aut quinto decimo exarati veluti sunt e. g. codd. Lagomarsiniani 32 (Laur. 50, 1) 36 (Laur. 50, 34) aut Ambrosiani E 14 et 127. qui omnes codices recentioris aevi cum ex illis vetustissimis originem ducant omnino neglegi possent, nisi hic aut illic felicem coniecturam ab Italis excusam in medium protulissent. invenies igitur eorum lectiones nonnisi perraro in apparatu critico nostro ς enotatas et signo ς instructas si quid feliciter inventum praebuerunt. ipse eos nonnisi hic et illic inspexi; maximam tamen partem notitiam eorum apparatui critico Ellendtiano, nonnumquam etiam conlationibus Strouxianis debeo.

Cum tamen per longa saecula dialogi Tulliani textus lacunis multis laborans tantum per codices mutilos notus esset subito a. 1421 exeunte felici fortuna evenit, ut vetustissimus codex a Gerardo Landriani civitatis Laudis Pompeiae episcopo in tabulario illius ecclesiae cathedralis repertus, in lucem protraheretur, quo tunc primum post tot saecula integer contextus dialogi Tulliani apparuit. continebat autem codex non solum libros De oratore sed etiam Rhetoricam ad Herennium, libros rhetoricos, Brutum nunc primum post longa saecula cognitum, Oratorem. cum ipse Landrianus codicem litteris vetustis exaratum legere non posset, exemplar per Ioannem Homodeum ad Gasparinum Barzizzam Mediolanum misit. postea „cum nullus Mediolani esset repertus" – citamus verba Flavii

Blondi[1]) – „qui eius vetusti codicis litteram sciret legere, Cosmus quidam egregii ingenii Cremonensis tres De oratore libros primus transcripsit multiplicataque inde exempla omnem Italiam desideratissimo codice repleverunt". Cosmum autem illum qui primus apographon fecisset neminem alium fuisse nisi Cosmum Raimondi Cremonensem[2]) virum, ut videtur, codicum antiquorum scripturae peritissimum R. Sabbadinus ostendit. apographum a Cosmo confectum Barzizza episcopo Landriani misit; ipsum codicem apud se domi religiosissime videtur servavisse. ceterum habuit non solum codicem sed etiam aliud apographon ex apographo a Cosmo confecto ductum.[3]) cum igitur fama percrebuisset Mediolani apud Barzizzam codicem vetustissimum asservari, quo integer Tulliani dialogi textus contineatur, non est cur miremur, si multi viri litterarum studiosi Barzizzam adibant enixe orantes ut sibi ex codice illo apographa ducere aut exemplaria sua codicis vetustissimi ope supplere aut emendare liceret. inde factum est ut codex ipse manibus multorum tractatus summis ignominiis adfectus sit. audiamus enim verba quibus in epistola ad Guarinum Veronensem pridie Kal. Iunias a. 1428 data is qui librum manuscriptum videtur ultimus vidisse, Iohannem Lamolam dico, codici illi pessime tractato illacrimatur: *hic autem ipse codex, summae quidem venerationis et antiquitatis non vulgaris effigies, ab istis in quorum manibus ⟨fuit⟩ quique ex eo accurato exemplari exemplum, quod vulgatum ubique est, traduxerunt, summis ignominiis adfectus est, quippe qui multa non intellexerunt, multa abraserunt, multa mutarunt, multa addiderunt, ut si essent, quemadmodum olim apud maiores qui de corruptis tabulis curam agerent, istos inaudita poena plecti necesse foret; qui si homines non omnino hebetes neque inexercitati nec communium litterarum et politioris humanitatis expertes fuissent, nunquam in id temeritatis et amentiae incidissent.* haec sunt ultima

1) Cf. R. Sabbadini, Storia e critica di testi latini, Catania 1914, p. 113.
2) Cf. R. Sabbadini p. 114–121.
3) Sabbadini p. 123.

verba quae de libro manu scripto audimus; postea de codice altum regnat silentium neque ullum eius vestigium reperiri potest.

Codicem illum Laudensem nunc deperditum vetustis litteris, scriptura continua exaratum fuisse multa menda quae ex verbis scripturae continuae falso distinctis orta sunt satis superque testantur.[1]) textum ipsum in capita haudquaquam fuisse divisum docet notula Flavii Blondi ad Brut. 48 collocata:[2]) *in veteri continuat textus ubique sine capitulo vel testiculo, verum unde haec c(apitula) tu mi Guar(ine) intellegis.*[3]) adde quod codex saepissime orthographiam antiquam tuitus est, ut ex verbis quae in Barzizzae tractatu q. i. De orthographia[4]) leguntur, sequitur: „similiter *u* pro *i* in plerisque scribi non solum codices antiqui sed quorundam etiam modernorum usus testatur, ut *lubet* pro *libet, herciscundum* pro *herciscendum; inde familiae herciscundae* (cf. Cic. de or. 1, 237) pro *herciscendae* i. e. dividendae . . . et paene omnia superlativa, velut in antiquissimo codice meo legi, ubi tres expleti De oratore libri ad Q. fr. item Orator ad Brutum et alius qui Brutus dicitur, continetur."

Cum codex ille pretiosissimus deperiisset, non est cur miremur si viri docti textum illius deperditi codicis apographorum ope innisi restituere et refingere conati sunt. atque usque ad a. 1921 quidem pro optimis apographis habiti sunt codices Ottobonianus 2057 (**O**) et Palatino-Vaticanus 1469 (**P**), etsi iam dudum constabat libros illos non ex ipso codice Laudensi sed ex eius apographo manasse.[5]) anno demum 1921 Ioanni Stroux viro de codicum libros De oratore continentium historia optime merito

---

1) Cf. E. Malcovati, La tradizione del Brutus e il nuovo frammento cremonese, Athenaeum 1958, p. 44.

2) Cf. R. Sabbadini p. 127.

3) Distinctionem in capita primus demum videtur Barzizza introduxisse.

4) Cf. R. Sabbadini, Studi Ital. di fil. class. 5, 1897, p. 369. *idem* Storia e critica di testi latini, Catania 1914, p. 122.

5) Cf. Th. Stangl, Blätter f. d. Bayr. Gymnw. XXI, p. 24sqq.; L. Meister, Quaestiones Tullianae ad libros qui inscribuntur De oratore pertinentes, Diss. Lipsiae 1912, p. 10–12.

contigit ut in cod. Vaticano 2901 (**V**) directum apographum codicis Laudensis adgnosceret.[1]) quae cum ita sint codici Vaticano inter ceteros familiae **L** testes primus locus assignandus est. Cod. Vatic. 2901 (**V**) chartaceus litteris cursivis quae vocantur exaratus foliis 1^r–70^v libros De oratore continet, fideliter ex codice Laudensi transcriptos neque in capita distinctos. ad textum deperditi codicis Laudensis restituendum magni momenti est quod librarius 165 locis lectiones suas cum lectionibus codicis **L** congruere testatus est critico siglo .v. i.e. „vetus“ lectionibus suis suprapositio vel in codicis margine collocato.[2]) quae lectiones siglo .v. in codice insignitae in nostro apparatu critico siglo $\mathbf{V}^v$ designabuntur. praeter primam manum in codice conspicua est altera manus $\mathbf{V}^2$, quae lectionibus editionis Romanae a. 1469 publici iuris factae introductis[3]) contextum genuinum „corrigere“ conata est. quae correctiones ad textum codicis Laudensis refingendum nimirum nihil valent. codicem diligentissime descripsit[4]) eiusque bonitatem recte aestimavit I. Stroux.[5]) librum manu scriptum imaginum phototyparum ope innisus totum contuli, neque neglexi tamen accuratissimam I. Strouxii collationem, qua ut mihi frui liceret benigne concessit Academia Scientiarum Germanica. addere placet quod quamquam codicis egregia bonitas inde ab a. 1921 omnibus nota est, haudquaquam omnes eius lectiones in apparatu critico editionis a Courbaud-Bornecque curatae apparent, in editione autem a Rackham-Sutton confecta prorsus desiderantur. etiam lectiones siglo $\mathbf{V}^v$ insignitae et a Stroux[6]) publici iuris factae nunc primum in apparatum criticum recipientur.

V | $\mathbf{V}^v$ | $\mathbf{V}^2$

Secundum post Vaticanum locum obtinet codex Ottobonianus 2057 **O** membranaceus. constat foliis 126. com- **O**

1) J. Stroux, Handschriftliche Studien zu Cicero De oratore, Basel 1921, p. 116 sqq.
2) Cf. J. Stroux p. 24.
3) Cf. J. Stroux p. 21.
4) Cf. J. Stroux p. 18–25.
5) J. Stroux p. 116–122.
6) J. Stroux p. 54–67.

plectitur *libros De oratore* (fol. 1–71^{v}) *Oratorem* (72^{r}–92) *Brutum* (93^{r}–124^{r}). accedit libellus q. i. „De optimo genere oratorum“ alia manu exaratus. codicem mense Novembri exeunte a. 1422 non ex codice Laudensi sed ex eius apographo [1]) transcriptum esse docet brevis subscriptio a librario in folii 124^{r} margine infimo collocata: *MCCCCXXII die penultimo novembr. in sero finit.* ad textum deperditi codicis Laudensis restituendum maximi momenti est, quod codex Ottobonianus a. 1422 perscriptus a. 1425 Paviam a Barzizza apportatus [2]) ibidem cum ipso vetustissimo exemplari Laudensi ab Antonio Iohannis, Simone Petri Bossiis et Viglevio de Ardiciis collatus et emendatus est. rem ita se habuisse testatur longior subscriptio Viglevii de Ardiciis manu exarata: *M. Tullii Ciceronis De oratore, Orator, Brutus feliciter expliciunt, qui sunt reverendissimi in Christo patris et domini domini Francisci Bossii Mediolanensis, Episcopi Cumani ac Comitis iurisque utrius doctoris, virique gravissimi et pacatissimi domini Anthonii Bossii filii, ducalis consiliarii et quaestoris, qui tres oratorii libri correcti, auscultati, collecti, emendati, conformati et iustificati fuerunt cum codice illo vetustissimo et ipsa intuitione religionem quandam mentibus hominum inferente, quem .r̄.(ever.) p(ater) et d(ominus) d(ominus) Gerar(dus) Landr(ianus) Episcopus Laudensis et Comes in archivio ecclesiae suae repperit litterarum cupidior per Antonium Johannis, Simonem Petri Bossios et me Franc(iscum) Viglevium de Ardiciis, quamvis cursim MCCCCXXV die XXVI Aprilis. indictione tercia in civitate Papiae studiorum matre.* [3]) Viglevius et Bossi, cum codicem cum exemplari Laudensi compararent, lectiones illius vetustissimi codicis in codicis marginibus 168 locis enotaverunt siglo critico *.vet.* apposito. quae **O**^{v} lectiones in editione nostra siglo **O**^{v} notatae sunt. contulerunt autem codicem non solum cum libro manu

1) Cf. Th. Stangl, Blätter f. d. Bayr. Gymnw. XXI, p. 24sqq.; L. Meister p. 10–12; J. Stroux p. 123.
2) Cf. Sabbadini p. 128.
3) Plenum subscriptionis textum invenies apud Sabbadini, Storia p. 127.

scripto Laudensi, sed etiam cum aliis codicibus, earum lectiones siglis *al'*, *al̄*, *l'* designando. quae omnes lectiones aut ex mutilis ductae, aut coniecturae originem suam debentes[1]) a me siglo **O**^{al} insignitae sunt. ad textum codicis Laudensis restituendum nimirum nullius sunt pretii. dialogi contextus in capitula descriptus est. descripserunt codicem: F. Heerdegen in praefatione editionis *Oratoris* (Lipsiae 1884), Th. Stangl in praefatione editionis *Bruti* (Lipsiae 1886), I. Martha in praefatione editionis *Bruti* (Parisiis 1892), W. Friedrich Jhb. f. Phil. 135, 1887, p. 77 sqq., P. Reis, Studia Tulliana ad Oratorem pertinentia, Diss. Argentorati 1907, p. 14sqq., J. Stroux p. 38–49, E. Malcovati in praefatione editionis *Bruti* (Lipsiae 1965). codicem imaginibus opis luce pictis usus denuo contuli. **O**^{al}

Ad idem[2]) apographum codicis Laudensis atque codex **O** redit **P** cod. Palatino-Vaticanus 1469. continet *libros De oratore* et *Oratorem.* subscriptionem habet hanc: *ex vetustissimo Codice Libri tres de Oratore ad Q. fratrem. Item Orator ad M. Brutum transcripti perfectique expliciunt et ad exemplar emendati. Deo gratias.* subscriptio non est manu Barzizzae ut olim suspicatus est F. Heerdegen[3]) exarata[4]). praeter manum primam obvia est altera manus correctrix (**P**^{2}). correctiones ab hac manu profectae maximam partem cum lectionibus **O**^{al} congruunt, nonnumquam tamen etiam cum lectionibus codicis Laudensis conspirant, ut nulli dubitationi obnoxium sit eum correctorem qui eas introduxisset librum Laudensem hic illic reapse, ut subscriptio docet, inspexisse.[5]) dolendum est, quod in codice lectiones siglo *-vet-* designatae desunt. id quod codex in eadem capitula atque liber manu scriptus **O** distinctus est, et id quod multos errores et lectiones cum illo codice communes exhibet, manifesto est documento eum ex eodem apographo atque cod. **O** originem traxisse. **P** **P**^{2}

1) Cf. Stroux p. 13.
2) Cf. Stroux ibidem.
3) F. Heerdegen in praefatione editionis Oratoris (Lipsiae 1884) p. XV–XVI.
4) Cf. Sabbadini p. 124; J. Stroux p. 14.
5) Cf. J. Stroux p. 126.

codicem descripsit F. Heerdegen in praefatione editionis *Oratoris* (Lipsiae 1884). a me denuo collatus est.

Codicem **V** ad exemplar Laudense, codices **OP** ad eius apographum, quod siglo **i** nonnulli viri docti[1]) designare consueverunt, redire in propatulo iacet.

Non eadem indole sunt duo alii codices quos ad contextum codicis Laudensis restituendum adhibere animum induximus, codicem bibliothecae Universitatis Cornellianae (**U**) et codicem Palatino-Vaticanum (**R**) dico. quamquam enim et illi ad archetypum Laudensem sunt referendi, tamen textum cum familia **M** contaminatum et coniecturis a viris renatarum litterarum aevi excusis inquinatum praebent. ac primum quidem dicendum est de codice Universitatis Cornellianae.

U Codex bibliothecae Universitatis Cornellianae, quae est Ithacae in Eboracensi Nova Civitate, pergamenaceus saec. XV siglo B 2 insignitus complectitur libros De oratore (fol. 1^r–137^r) Oratorem (fol. 137^v–178^v) Brutum (179^r–234^v). in folio 236^r subscriptio legitur haec: *ex emendatissimo codice Johannis Lamole bon(oniensis) viri eruditissimi transcripsit hunc alesius germanus. et ad eundem postea emendatus est.* ex hac subscriptione apte concludi potest codicem esse apographum ex apographo codicis Laudensis a Ioanne Lamola confecto. quanta autem diligentia usus sit Lamola, cum a. 1428 apographum ex codice Laudensi duceret, docent eius verba, quae in epistula ad Guarinum Veronensem Mediolani pridie Kal. Iunias a. 1428 data sic scripta occurrunt:[2]) *Hic autem ipse codex, summae quidem venerationis et antiquitatis non vulgaris effigies, ab istis in quorum manibus* ⟨*fuit*⟩ *quique ex eo accurato exemplari exemplum, quod vulgatum ubique est, traduxerunt, summis ignominiis adfectus est, quippe qui multa non intellexerunt, multa abraserunt, multa mutarunt, multa addiderunt ... ego tamen quantum diligentiae ac ingenii peritiaeque in me fuit et in nonnullo antiquitatis callentissi-*

---

1) Cf. L. Meister p. 13.
2) Epistula publici iuris facta est a R. Sabbadini, Epistolario di Guarino Veronese I, p. 640; *idem* Storia p. 141.

mo viro mecum idem sentiente adhibui, ut omnia secundum priorem textum restituerem, notarem etiam marginibus ubique ⟨al⟩legationes istorum logodaedalorum et sane barbaricarum belluarum. Curavi etiam ut usque ad punctum minimum omnia ad veteris speciem exprimerem, etiam ubi essent nonnullae vetustatis delirationes; nam velim potius cum veteri illo delirare quam cum istis diligentibus sapere. cum codex universitatis Cornellianae apographum esset apographi a Lamola summa cum diligentia „usque ad punctum minimum" confecti, eum ad contextum codicis Laudensis restituendum maximo nobis usui fore speravimus.

Qua tamen spe, quod valde dolendum est, destituti sumus. etenim iam N. Brightbill in dissertatione a. 1932 publici iuris facta codicem Cornellianum haudquaquam purum codicis **L** contextum sed cum familia **M** contaminatum exhibere animadvertit.[1]) equidem satis magnas partes dialogi Tulliani in hoc codice traditi examinavi sc. librum I totum, libri II § 23–100, libri III § 111–165 numerosque locorum computavi, quibus cod. **U** cum familia **L** (i. e. **VOP**) et quibus cum familia **M** (i. e. **AHE**) conspirat. atque in libro quidem I 519 locis (90%) codicem **U** cum familia **L**, 60 locis (10%) cum familia **M**, in libri II § 22–100 locis 235 cum familia **L** (99%), 3 tantum locis cum familia **M** (1%), in libri III § 111–165 233 locis cum familia **L** (90%), 22 locis (10%) cum familia **M** congruere vidi.[2]) accedit quod textus multis humanistarum coniecturis et additamentis scatet velut sunt e. g. 1, 55 artis ⟨isti⟩ 1, 90 suppliciter ⟨insinuare⟩ 2, 35 consolando ⟨potest⟩ 2, 49 ⟨hoc⟩ genere; 1, 46 in philosophia praeclari (*alii codices* clari in philosophia)[3]) et alia id genus. quae si con-


---

1) M. A. Brightbill, The text of Cicero's De oratore in Codex **D** (Cornell University MSS B 2). A collation and an estimate of its worth as a representative of the L – tradition. A dissertation presented to the Faculty Graduate School of Cornell University June 1932.

2) K. Kumaniecki, Some Remarks on the Manuscript Tradition of Cicero's Dialogue De oratore, Eos 64 (1964), p. 112.

3) Cf. Kumaniecki p. 113.

sideraveris, longe ea omnia ab ista summa Lamolae usque „ad punctum minimum" textum codicis Laudensis reddentis diligentia discrepare non negabis. cum tamen nihil causae est cur Lamolae verbis in eius epistula ad Guarinum data obviis fidem derogemus, necesse est statuamus Alesium Germanum aut non directe ex exemplari Lamoliano sed ex eius apographo cum familia **M** contaminato apographum suum comparasse aut ipsum Lamolae exemplar cum codice quodam a familia **M** originem ducente contaminavisse, coniecturis et additamentis, quae in aliis quibusdam libris manu scriptis invenisset, additis. quod optime illustratum iri confido stemmate apposito hoc:



Addere placet codicem non nisi quinque locis libri III cum exemplari Laudensi denuo conlatum esse, ut ex siglo

U^v .v. quinquies[1]) in margine posito concludere licet (U^v).

U^2 apparet in codice etiam manus altera (U^2) cui satis multae variae lectiones inter lineas aut in marginibus enotatae debentur. quas nisi perraro cum lectionibus **L**, saepissime vero cum lectionibus familiae **M** congruere iam M. A. Brightbill[2]) observavit. accedunt quoque lectiones signo .n. (i. e. *novus* aut *novi codices*) (U^n) insignitae.

Quamquam codex haudquaquam puram, ut ita dicam, familiae **L** traditionem repraesentat neque additamentis a viris renatarum litterarum aetate florentibus excogitatis caret, negari tamen non potest eum in textu codicis Lau-

1) Brightbill p. 57.
2) Brightbill p. 41.

densis restituendo haudquaquam esse neglegendum. non desunt enim loci, quibus soli **VU** genuinam lectionem codicis **L** servaverunt, **VOR** non item, velut est e. g. lectio 1, 141 *seiunctae* (**VU**) ubi **OPR** *seiuncta* praebent aut 3, 165 ubi **VU** *praeposito* exhibent, cum in **OPU** *proposito*, in **MR** *praepositio* legatur. accedunt menda quaedam quae in codice Laudensi exstiterant, in solis codicibus **VU** servata, velut est 1, 69 *erint*, cum ceteri bonam lectionem *erunt* suppeditent. plurimis etiam locis soli codices **VU** priscam orthographiam servaverunt: *inrisio*, *adsentiri*, *adsequi*, *adsiduus*, *conloco*, *adflictus*, cum codices **OPR** formas assimilatas non assimilatis praetulerint. non neglegendus est igitur hic codex quamquam non ita magni ut in *Bruto* aestimandus. codicem primus detexit professor Charles L. Durham. scripserunt de codice: Th. Stangl Berl. Phil. Woch. 1913, 829sq., R. Sabbadini, Storia p. 145, J. Stroux l. l. p. 4sq., 16, 121, M. A. Brightbill in l. l., E. Malcovati in praefatione editionis *Bruti*. historiam codicis enarravit E. Malcovati, Ancora sulla tradizione del Brutus, Athenaeum 1959, p. 174–183. codicem nondum ab editoribus dialogi Tulliani adhibitum imaginibus lucis ope pictis usus Varsoviae contuli.

R Contaminatus cum familia **M** et coniecturis recentiorum inquinatus est etiam cod. Palatino-Vaticanus 1470 (**R**) pergamenaceus saec. XV. constat foliis 138. continet libros De oratore non ex ipso Laudensi sed ex quodam eius apographo, quod littera ϱ insignire placuit, transcriptus. ϱ lectiones eius in libro I 447 locis (82%) cum **L** 98 locis (18%) cum **M** conspirare vidi[1]. simili modo res sese habet in libri II §§ 23–100, ubi cod. **R** 204 locis (88%) cum **L**, 31 locis (12%) cum **M** congruit. minus contaminatus videtur esse in libri III §§ 111–165, ubi 221 locis (95%) lectiones familiae **L**, 12 locis (5%) lectiones familiae **M** suppeditantur. pari modo atque cod. **U** satis multis locis textum humanistarum supplementis interpolatum praebet e. g. 1, 57 rebus ⟨omnibus⟩; 1, 87 posse ⟨aiebat⟩; 1, 99 ⟨fateor⟩ semper; 1, 143 rem ⟨gestam⟩; 1, 172 ⟨causas⟩

---

1) K. Kumaniecki p. 110.

tueri; 1, 194 ⟨atque⟩ splendore. non desunt etiam coniecturae, velut est 2, 76 *concertasset* pro *certasset* aut 1, 154 *concertationibus* pro *concitationibus*, inter quas etiam una nomine Gasparini Barzizzae signata apparet (3, 83 „palestrare“) cum littera „g“ qua Gasparinus Barzizza designatur suprascripta. quas omnes coniecturas non ab ipso librario Latinitatis parum gnaro[1]) inventas iam in apographo illo ϱ ex quo codex descriptus esset extitisse verisimile est.

Quamquam codex **R** haudquaquam primarium contextum exemplaris Laudensis praebet, multis de causis dignum eum esse, ut lectiones eius in apparatum criticum recipiantur recte statuit J. Stroux[2]). ac primum quidem tenendum est in codice 189 locis[3]) lectiones signo .v. notatas apparere ($\mathbf{R}^{v}$) quo apposito librarius testatus est lectiones has cum lectionibus codicis Laudensis conspirare; quibus lectionibus hic illic opponuntur in codice lectiones litterula .n. (i. e. *novi codices*) designatae. sed non solum propter has notulas quibus lectiones codicis **L** confirmantur, codex **R** non est seponendus. accedit quod multis locis ubi **V** et **OP** discedunt, codicum **VR** consensus ad textum codicis Laudensis refingendum haud parvi est momenti, cum nos doceat lectionem quam cod. **V** praebeat non incuriae librarii deberi, sed reapse in deperdito exemplari Laudensi exstitisse. non desunt etiam loci, ubi soli **VR** genuinam lectionem cod. **L** servaverunt velut est e. g. 1, 203 ubi soli **VR** bonum *hauriretis* praebent, cum ceteri *haurietis* perperam tradant. neque obliviscendum est exstare locos, quibus soli codices **VR** menda codicis **L** (in aliis codicibus correcta) servaverint e. g. 2, 90 *ut* pro bono *aut*, codicisque Laudensis orthographiam (3, 139 *haut* pro *haud*, 3, 145 *aput* pro *apud*). codicem descripserunt et aestimaverunt J. Stroux l. l. p. 28–38, 128; J. Martin, Tulliana, Die Vatik. Cod. zu Cicero's De oratore

[margin: $\mathbf{R}^{v}$, $\mathbf{R}^{n}$]

1) Cf. J. Stroux p. 37.
2) Cf. J. Stroux p. 128.
3) Praeter hos 189 locos etiam aliis 19 locis signum .v. apparet sed perperam positum. De signis .v. et .n. (novus) perperam in codice **R** nonnumquam usurpatis cf. J. Stroux p. 35–38.


Vat. lat. 2901 und Vat. Palat. 1470, Paderborn 1922. codicem imaginibus lucis ope pictis usus contuli.

Ad codicis Laudensis lectiones restituendas plurimum etiam lectiones notula .v. designatas in cod. Neapolitano IV A 43 obvias valere docuit J. Stroux[1]). codex Neapolitanus IV A 43 chartaceus foliis 3^r–139^v libros *De oratore*, fol. 139^v–179^v *Oratorem* continet. cum inter eos codices numeretur qui suppleti[2]) vocantur et textum e duabus familiis conflatum praebeat, neglegi et posset et deberet nisi 109 locis signo .v. lectionibus apposito (**N**^{v}) lectiones codicis **L** confirmarentur. cuius codicis in apparatu critico nostro eas tantummodo lectiones enotavimus quibus signum .v. additum appareat. codicem descripserunt Th. Stangl, Eine übersehene Handschrift zu Cicero De oratore und zum Orator, Wochenschr. f. cl. Phil. 30 (1913), 138 u. ad 142; 160–167; J. Stroux l. l. p. 25–38. ipse codicem hic illic inspexi; in apparatum criticum lectiones signo .v. designatas a J. Stroux[3]) publici iuris factas introduxi. sequitur, ut me 9 locis etiam lectiones signo .v. designatas quae in codice Bononiensi 468 invenirentur (**B**^{v}) enotavisse admoneam. quibus lectionibus ita ut in cod. **R** nonnumquam lectiones signo .n. notatae opponuntur (**B**^{n}). notitiam earum debeo libro Ioannis Stroux, qui etiam codicem descripsit.[4]) restat, ut quaenam cognatio inter supra laudatos codices e Laudensi exemplari originem trahentes intercedat, stemmate a J. Stroux[5]) instituto, a me codicis **U** notitia adaucto illustretur. est autem stemma hoc infra (p. XX) adumbratum.

N **N**^{v} **B**^{v} **B**^{n}

Ex hoc stemmate clare elucet in textu codicis Laudensis restituendo observanda esse ea principia quae a J. Stroux[6]) stabilita sint. ac primus quidem locus tribuendus est lectionibus signo .v. in codicibus **V**^{v}**O**^{v}**R**^{v}**N**^{v}

1) Cf. J. Stroux p. 68 sqq.
2) Cf. F. Heerdegen in praefatione editionis *Oratoris* (Lipsiae 1884) p. XX.
3) J. Stroux p. 68–75.
4) Cf. J. Stroux p. 110–115.
5) Cf. J. Stroux p. 128.
6) ibidem p. 128.



Uv**B**v designatis. secundum locum occupant lectiones codicis **V** utpote directe ex exemplari Laudensi originem ducentis, tertium obtinent codices **OP** quippe qui non ex ipso Laudensi sed ex eius apographo descripti sint, quartum denique utpote contaminati et coniecturis humanistarum abundantes codices **U** et **R** tenent. semper fere etiam, ut J. Stroux admonuit[1]), lectiones codicis **V** anteferendae sunt lectionibus aliorum eiusdem familiae librorum manu scriptorum, si modo unius e ceteris codicibus auctoritate confirmantur. lectiones igitur codicis Laudensis praeter eas quae notula .v. designantur facile expiscari poteris ex consensu **VOPUR**, ex consensu **VOP** (contra **UR**) ex consensu **VU** (contra **OPR**) ex consensu **VR** (contra **OPU**).[2]) pauca tantummodo relinquentur dubia eis praecipue locis quibus lectio **V** a lectione in codicibus **OPUR** obvia discrepat.[3])

2.

Restat ut de ratione qua nostra editio nitatur, pauca subiungamus. ac primum quidem de fide utriusque generis codicum, familias **M** et **L** dico, pauca sunt praemonenda. etenim inde a vetustissimis editionibus usque ad Ellendtianam (a. 1840) omnes editores maiorem fidem codicibus familiae **L**, quamquam optimos eius testes nondum nove-

1) Cf. J. Stroux p. 128.
2) Cf. K. Kumaniecki p. 114.
3) Kumaniecki ibidem.

rant, tribuere soliti sunt. mutilos (sed illos recentioris aevi, non illos vetustissimos) in usum suum convertit maioremque eis fidem quam integris assignandam esse aestimavit Fr. Ellendt (a. 1840). postea cum ex collatione codicis **A** a. 1842 a Fr. Schneidewin confecta nec non e collationibus codicis **H** a Fr. Ruehl deinde autem a. 1876 a Luchs comparatis vetustissimi illi codices familiae **M** innotuissent, auctoritas familiae **M** adeo crevit, ut plane codicibus familiae **L** anteponeretur. inde evenit, ut E. Stroebel qui primus etiam codicem **E** contulit, G. Sorof, G. Friedrich, A. S. Wilkins in suis editionibus nonnisi eis locis qui in codicibus **M** plane corrupti essent, lectiones familiae **L** respicere dignarentur. quin etiam A. S. Wilkins in suo apparatu critico paucissimas tantum lectiones familiae **L** neque eas semper accurate enotavit. saeculo demum nostro exorti sunt quidam familiae **L** defensores, qui in textu dialogi Tulliani constituendo maiores partes codicibus generis **L** quam id hucusque factum esset, tribuendas esse censerent. inter eos laudandi sunt praecipue G. Ammon[1], W. Kroll[2], R. Pichon[3], L. Meister[4], J. Stroux[5], E. Courbaud[6]. reapse duo codicum genera ad duas antiquas recensiones referenda esse, e quibus unam, editionem **M**^{a} dico, e grammaticorum schola Ciceronis verba religiosissime observante profecta esset, alteram, editionem **L**^{a} dico, e rhetorum officina textum Tullianum liberius tractante manavisse recte suspicatus est J. Stroux[7]) ac tamen idem vir doctus rectissime observavit recensionem **M**^{a} quamvis primitus meliorem textum praebentem incuria librariorum contextum transcribentium plurimis et gravissimis corruptelis esse depravatam, cum recensio **L**^{a} feliciore usa esset fortuna. quae cum ita essent, lectiones

M^a **L**^{a}

1) G. Ammon, Bursians Jahresberichte 105 (1900), p. 225.
2) W. Kroll, Neue Jahrb. 10 (1903), p. 681.
3) R. Pichon, Observations sur la tradition manuscrite du De oratore in *Philologie et linguistique. Mélanges Havet,* Paris (1909), p. 361–370.
4) Meister p. 1–10.
5) J. Stroux p. 128 sq.
6) E. Courbaud in sua editione (a. 1922).
7) J. Stroux p. 128 sq.

familiae **M** haudquaquam prorsus et sine ulla dubitatione anteferendas esse lectionibus familiae **L**, sed unoquoque loco rem esse ponderandam et quid Ciceronis genere dicendi commendaretur, eligendum esse idem vir d. rectissime admonuit, cum suaderet ut viam ac rationem quae eclectica vocatur amplecteremur. cui opinioni plane me subscribere scito. cum igitur duo extent codicum genera **C** **M** et **L**, quorum consensum littera **C** Friedrichium secuti designare statuimus, eorumque optimi testes, codices **AHE** et **VOPUR** dico, nobis praesto sint, non est cur aliorum codicum sive mutilorum recentioris aevi, sive suppletorum qui vocantur ope ad textum Tullianum restituendum egeamus. nimirum enim nihil boni haec turba nobis praestare potest quod in optimis illis non extet, nisi quid forte felici coniectura ab humanistis repertum. cum tamen ad historiam contextus Ciceroniani renatarum litterarum aetate a viris illius aevi coniecturis temptati melius cognoscendam nonnihil etiam illa codicum turba afferat, hic illic coniecturas non solum bonas ς sed etiam superfluas in illis obvias enotavimus siglo ς eas designando. praeter hoc siglum, quo unus vel plures codices saec. XV indicantur, laudantur in apparatu critico alii quoque eiusdem aetatis codices hi:

Parisinus Lat. 7703 membranaceus saec. XV
Parisinus Lat. 7704 membranaceus saec. XV
Parisinus Lat. 7753 membranaceus saec. XV

atque ex Lagomarsinianis qui vocantur:

Lag. 2 (Riccard. 505) Lag. 4 (Riccard. 506) Lag. 32 (Laur. 50,1) Lag. 36 (Laur. 50,34) Lag. 84 (Riccard. 561) Lag. 86 (Riccard. 559).

E codicibus supra prolatis ne unum quidem ipse vidi; lectionum vel coniecturarum quae in eis inveniuntur, notitiam prioribus editionibus imprimis autem editioni Ellendtianae (a. 1840) nec non schedis J. Strouxii debeo.

Neque silentio praetermittendae sunt veteres dialogi Tulliani editiones quibus multi *Dialogi* loci a viris doctis illo tempore florentibus sanati sunt. agmen earum ducit

editio princeps, quae a. 1465 in monasterio Sublacensi ex officina Pannartii et Sweinshemii prodiit. editionem ultimus, ut videtur, habuit in manibus Ernestius; ex eis qui eum secuti sunt nullus lectiones huius editionis enotavit. neque ego ipse editionem in manibus habui, sed plurimos eius locos in usum meum contulit Stephanus Borzsák amicus Debreceniensis, cui hoc loco maximas gratias ago. inde evenit ut nonnullas emendationes quae sine auctorum nomine in editionibus adhuc afferebantur illis primis dialogi Ciceroniani editoribus vindicare mihi contingeret. maiore cum diligentia contuli editionem Romanam anno 1469 *(Rom)* quae *Brutum* et dialogum *De oratore* continet et hanc habet subscriptionem: *M.T.Ciceronis in Brutum explicit liber. Anno XPI MCCCCLXIX die vero XII mensis Ianuarij. Rome in domo magnifici viri Petri de Maximo.* in usum meum verti etiam exemplar eius editionis quod nunc Florentiae in Bibliotheca Nationali (sign. A 2, 16) asservatur uberrimis scholiis et emendationibus instructum, quas olim perperam[1]) Bandinium secutus Angelo Politiano tribui[2]). cuius exemplaris lectiones vel emendationes, quamvis certe non a Politiani manu profectae signo *Pol* vel *Pol*[a1] insignitae in nostro apparatu critico apparent. alias vetustas editiones velut sunt e. g. Venetae editiones Valdarferi (1470), Bartholomaei Alexandrini et Andreae Asulani (cum commentario Omniboni Leoniceni, Venetiis 1485), editio Norimbergensis Cobergeri (1497), editio Mediolanensis (1498), editio Ascensiana Parisiis (1511), editio Aldina (1514) Juntina (1514) editiones Lipsienses Thanneri (1515), Lotteri (1515) Basileensis Cratandri (1528), Strebaei (Parisiis 1540) Audomari Talaei (Parisiis 1553), Pauli Manutii (habui exemplar a. 1554), C. Stephani (Parisiis 1554), Lambini (ed. 1565/6) eiusdemque viri docti editio repetita (Genavae 1584), editio Gruteri (Hamburgi 1618) plurimis locis inspexi et quid quaeque editio ad textum dialogi sanandum attulisset quan-

Subl *Rom* *Pol* *Ven*

1) Cf. H. Malcovati, Ancora sulla tradizione del Brutus, Athenaeum 1959, p. 334.
2) C. F. Kumaniecki, Charisteria Novotný, Pragae 1961, p. 67–70.

tum potui expiscari conatus sum, ut pro isto signo *vulg.* quod in plerisque editionibus apparet, quidquam magis certi et definiti substituerem.

Quod ad orthographiam pertinet, ut lectoris commoditati consulerem, omnia ad unam normam redegi. cum omnibus notum sit saeculo nono antiquam scribendi rationem evanescere coepisse, summa cum diligentia antiquae illius orthographiae rationem, si modo eius vestigia praecipue in codicibus **AH** et codicibus **VU** servata apparebant, religiose in apparatu critico enotandam esse duxi. scripsi tamen semper *cum*, *alicui*, *cuius*, *dicendum est* quamquam in bonis codicibus haud raro *quom*, *aliquoi*, *quoius*, *dicendumst* legatur. semper etiam formas non assimilatas (adsumo, adsiduus) assimilatis (assumo, assiduus) praetuli.

Restat, ut gratias debitas persolvam Academiae Scientiarum Germanicae eiusdemque Academiae Instituto Graecoromanae Antiquitatis studiis colendis destinato, praecipue autem Instituti moderatori Ioanni Irmscher qui non solum taenias dilucidas codicum nonnullorum mihi misit sed etiam collationes codicum a Ioanne Stroux confectas mihi Varsoviam commodavit. Eiusdem Academiae benevolentia factum est, ut multas emendationes Ioannis Stroux ad textum dialogi Tulliani pertinentes in marginibus exemplarium viri docti enotatas et nondum publici iuris factas inspicere et apparatui critico editionis nostrae inserere mihi liceret.

Dabam Varsoviae Kal. Iul. a. MCMLXV

CONSPECTVS LIBRORVM

EDITIONES
QVAE IN APPARATV CRITICO CITANTVR

Aldus, ed. Venetiis 1514.
Ascensius, I. B., ed. Parisiis 1511.
Adler, Fr., ed. Lipsiae 1878 (De oratore . . . erklärt von K. W. Piderit. 5. Aufl. besorgt von Fr. Th. Adler).
Baiter, J. G., *vide* Orelli.
Bake, J., ed. Amstelodami 1863.
Bornecque, H., Cicéron de l'Orateur livre III texte établi par H. Bornecque et traduit par E. Courbaud et H. Bornecque Paris Belles Lettres 1956 II édition.
Canilli, A., editio libri III Torino 1932.
Cessi, C., editio libri I Bologna 1932.
Cima, A., ed. Torino 1886–1900.
Costa, C., ed. libri I Torino 1931.
Cratander, A., ed. Basileae 1528.
Coberger, A., ed. Norimbergae 1497.
Courbaud, E., Cicéron de l'Orateur livre I et II texte établi et traduit par E. Courbaud Paris Belles Lettres 1959 III édition.
Ellendt, Fr., ed. Regimontii Prussorum 1840.
Ernesti, J. A., ed. Halis Saxonum 1774 vol. I.
Friedrich, G., ed. Lipsiae 1902.
Firmani, A. C., ed. Torino 1925–32.
Galmés, S., ed. Barcelona 1929–1933.
Gruter, J., ed. Hamburgi 1618.
Halm, K., vide Orelli.
Harless, G., Chr., ed. Erlangen 1816.
Harnecker, O., ed. Lipsiae 1886–1890 (De oratore . . . erklärt von K. W. Piderit 6. Aufl. besorgt von O. Harnecker).
Henrichsen, ed. Hauniae 1830.
Junta, Ph., ed. Florentiae 1514.
Kayser, C. L., ed. Lipsiae 1860.
Klotz^{1}, R., ed. Lipsiae 1851.
Klotz^{2}, R., ed. Lipsiae 1863.
Lambinus, D., ed. Lutetiae Parisiorum 1565–6.
Lamb^{mg} = Lambinus in margine editionis repetitae (ed. Genavae 1584).
Lotter, M., ed. Lipsiae 1515.

Manutius, P., ed. Venetiis 1554.
Mediolanensis editio a. 1498/9 (per Alexandrum Minucianum).
Monaco, G., Cicerone Il trattato de ridiculis (De oratore II 216 u. ad 290) a cura di G. Monaco Palermo 1964.
Mueller, O. M., ed. Lipsiae 1819.
Orelli, J. C., ed. Turici 1826–31.
Orelli[1], J.C., ed. (una cum J.G.Baiter et C.Halm) Turici 1845 – 63.
Pearce, Z., ed. Londini 1771 (editio quarta).
Piderit, K. W., ed. Lipsiae 1873 (editio quarta).
Rackham, H., Cicero De oratore Books I II with an english translation by E. W. Sutton . . . completed . . . by H. Rackham London-Cambridge, Massachusetts 1948; Book III with an english translation by H. Rackham ibidem 1948.
Richard, Fr., ed. Paris 1932.
Romana editio a. 1469 „in domo magnifici viri Petri de Maximo".
Schuetz, Chr. G., ed. Lipsiae 1814.
Schwenke, P., Des Presbyter Hadoardus' Cicero-Excerpte nach E. Narducci's Abschrift des Cod. Vat. Reg. 1762 mitgeteilt und bearbeitet von P. Schwenke . . . Philologus Supplb. V H. 3. Göttingen 1886.
Sorof, G., ed. Berolini 1875.
Sorof[1], G., ed. Berolini 1882.
Stangl, Th., ed. Lipsiae 1893.
Stephanus, C., ed. Parisiis 1554.
Strebaeus, I. L., ed. Parisiis 1540.
Sublacensis editio (ex officina Pannartii et Sweinshemii) 1465; editio princeps dialogi De oratore.
Sutton, E. W., vide Rackham.
Talaeus, A., ed. Parisiis 1553.
Thanner, J., ed. Lipsiae 1515.
Valdarfer, Chr., ed. Venetiis 1470.
Veneta editio a. 1485 (per Bartholomaeum Alexandrinum et Andream Asulanum cum commentario Omniboni Leoniceni Rhetoris).
Verburgius, I., ed. Amstelaedami 1724.
Victorius, P., ed. Venetiis 1536.
Wilkins, A. S., ed. Oxford 1879–1892 (cum commentario; nunc reimpressum Amsterdam 1962).
Wilkins[1], A. S., ed. Oxonii 1901.

DE CODICIBVS SCRIPSERVNT

Barriera, A., Il De oratore nel codice Todino 21 e nei Vaticani 1720. 3238 *Athenaeum* 10 (1922) p. 89–111.
Barriera, A., Il codice Fiorentino Nazionale II° VI – 14 e la tradizione manoscritta del De oratore *Riv. di Fil. Class.* 55 (1927) p. 213–218.

Beeson, Ch. H., Lupus of Ferrières as scribe and text critic, A study of his autograph copy of Cicero's De oratore. The Medieval Academy of America. Cambridge Massachussets 1930.

B. Bischoff, Hadoard und die Klassikerhandschriften aus Corbie in *Mittelalterliche Studien* I Stuttgart 1966, 49–63.

Brightbill, M. A., The text of Cicero's De oratore in Codex D (Cornell Mss. B. 2) Thesis. Cornell University 1932.

Castellani, G., I manoscritti Ciceroniani di Girolamo Lagomarsini *Bolletino del Comitato per la preparazione dell'Edizione nazionale dei Classici greci e latini* Supplementum ad *RAI* p. 85–87.

Corsi, G., Pascucci G., Un frammento del De oratore Ciceroniano al liceo „Michelangelo" di Firenze *SIFCl.* 22 (1947) p. 251–256.

Cremaschi, G., Testi Ciceroniani nei codici della Biblioteca civica di Bergamo *Aevum* 28 (1954) p. 72.

Hahn, V., O nieznanym rękopisie dzieła Cycerona De oratore przechowywanym w lwowskiej bibliotece uniwersyteckiej. In: Symbolae in honorem L. Cwikliński Leopoli 1902.

Kumaniecki, C. F., Zur Überlieferungsgeschichte der Ciceronischen Schrift De oratore *Acta Antiqua Philippopolitana,* Serdicae 1963, p. 263.

Kumaniecki, C. F., Some remarks on the manuscript tradition of Cicero's dialogue De oratore. *Eos* 64 (1964) p. 107–115.

Laurand, L., Les manuscrits de Cicéron dits Lagomarsiniani *REL* 5 (1927) p. 257–261.

Laurand, L., Les manuscrits de Cicéron *REL* 11 (1933) p. 92–128.

Laurand, L., Encore les „Lagomarsiniani" *Revue de Phil.* 59 (1933) p. 370–374.

Malcovati, E., La tradizione del Brutus e il nuovo frammento Cremonese *Athenaeum* N. S. 36 (1958) p. 30–47.

Malcovati, E., Ancora sulla tradizione del Brutus *Athenaeum* N. S. 37 (1959) p. 174–183.

Martin, J., Tulliana. Die Vatik. Cod. zu Cicero's De oratore Vat. lat. 2901 und Vatic. Palat. 1470 Paderborn 1922.

Pascucci, G., vide Corsi.

Sabbadini, R., Storia e critica di testi latini Catania 1914, p. 101 u. ad 145.

Stangl, Th., Eine übersehene Handschrift zu Cic. De oratore und zum Orator *WKlPh* 30 (1913) 138–142, 160–167.

Stangl, Th., Cicerofund Charles L. Durhams *BPhW* 1913, p. 828–832, 860–864.

Stroux[2], Handschriftliche Studien zu Cicero De oratore. Die Rekonstruktion der Handschrift von Lodi Basel 1921.

Stroebel, E., Ciceronis De oratore librorum codices mutilos antiquiores examinavit E. S. In: *Acta Seminarii Erlangensis* – vol. III Erlangae 1884, p. 1–74.

Vassis, Sp., Codicis Ciceroniani bibliothecae Laurentianae ab Hieronymo Lagomarsinio Nr. 32 designati in primo de oratore libro nova collatio Athenis 1884.

DISPVTATIONES

QVIBVS LOCI DIALOGI CRITICE TRACTANTVR, LINGVA CICERONIS ILLVSTRATVR (QVAE OMNIA IN IMA APPARATVS CRITICI PARTE AFFERVNTVR)

Adler[1], Fr., Locos quosdam librorum I et II Ciceronis De oratore vel emendavit vel illustravit ... Progr. Halle 1869
Ammon, G., *Bursians Jahresberichte* 179 (1919) p. 19.
Bake[1], J., *Mnemosyne* 7 (1858) p. 97–123.
Bergk, Th., Kleine philologische Schriften. I. Band Zur römischen Literatur Halle a. S. 1884.
Binsfeld, J. P., Adversaria critica, Festschr. z. d. 300jährigen Jubiläum d. k. Gymnasium zu Coblenz 1882.
Bothe, F. H., Poetarum scaenicorum fragmenta Lipsiae 1837.
Bornecque[1], H., Les clausules métriques latines Lille 1907.
Boot, J. C. G., *Mnemosyne* 18 (1869) p. 354sq.
Broadhead, H. D., *Classical Review* 39 (1925) p. 117.
Browning, R., *Classical Review* N. S. 3 (1953) p. 144sq.
Busch, G. N., Observationes ad Ciceronis De oratore libros III part. I Rostochii 1830.
Campe, J. Chr., Coniectura in editione Sorofii commemorata (v. Sorof).
Capellmann, J. A., *Zeitschr. f. d. Altertumswissenschaft* N 8 (1834) p. 67
Cima[1], A., *Bolletino di fil. cl.* 5 (1898) p. 63–65.
Cima[2], A., *Rivista di fil. cl.* 28 (1900) p. 456sqq.
Cima[3], A., *Rivista di fil. cl.* 14 (1885) p. 403–419.
Cima[4], A., Observationes ad librum III De oratore Parmae 1890.
Courbaud[1], E., *Mélanges Boissier* Paris 1903 p. 137–142.
Cron, Ch., *Neue Jahrb. f. Phil.* 97 (1868) p. 643–644.
Curcio, G., *Rivista di filol. cl.* 26 (1898) p. 608–610.
Curcio[1], G., Le opere retoriche di M. Tullio Cicerone, Acireale 1900 p. 218.
Deiter, H., *Neue Jahrb.* 119 (1879) p. 790.
Doederlein, J. L., Coniectura in editione Wilkinsii commemorata (v. Wilkins).
Dziatzko, K., *Rhein. Mus.* N. F. 29 (1874) p. 363.
Earle, M. L., *Classical Review* 11 (1897) p. 22–26.
Eggers, J. H. C., Quaestionum Tullianarum specimen Progr. Altona 1842.
Ellendt[1], Fr., Emendationes in Ciceronis de Oratore librum III. Jahresbericht Gymnasium Eisleben 1839.
Eussner, A., *Philologus* 44 (1886) p. 697.
Fleckeisen, K. F. W., Kritische Miscellen Leipzig 1864.
Frederking, A., *Philologus* 60 (1901) 636–639.

Friedemann, Fr., et Seebode, J. D. G., Miscellanea Critica Hildesheim 1822–1823; 2 vol.
Friedrich[1], W., *Neue Jahrb.* 111 (1874) p. 859.
Friedrich[2], W., Quaestiones in Ciceronis libros de oratore Molhusis Thuringorum 1885.
Friedrich[3], W., *Neue Jahrb.* 117 (1878) p. 855–857.
Friedrich[4], W., *Neue Jahrb.* 135 (1887) p. 73–87.
Gesner, J. M., Coniectura publici iuris facta in Gesneriana editione Quintiliani ad Inst. or. 11, 3, 22 (Göttingen 1738).
Gesner[1], J. M., Coniecturae apud Muellerum (v. Mueller) laudatae.
Goerentz, J. A., Coniecturae ad libros De oratore pertinentes iis editione Ciceronis Academicorum publici iuris factae (Ciceronn opera philosophica ed. J. A. Goerentz Lipsiae 1809–1813).
Gulielmus, J., Coniecturae in editione Gruteri publici iuris factae, (vide Gruter).
Hanovius, R., Coniectura in editione Orelli-Baiteri-Halmii (vide Orelli[1]) commemorata.
Harnecker[1], O., Adnotationes ad Ciceronis De oratore librum II Programm Friedeberg 1888.
Havet, L., *Revue de Phil.* 17 (1893) p. 33–47; 141–158.
Hense, O., Kritische Blätter Halle 1872, p. 69.
Hermann, G., Opuscula Lipsiae 1827–1839 vol. II p. 275.
Herthel, Fr., Textkritische Bemerkungen zu Ciceros Schrift De oratore Diss. Erlangen 1922.
Heusinger, J. M., Coniecturae in libros De oratore publici iuris factae in Heusingeri editione librorum De officiis: Cicero de officiis libri adiectis J. M. Heusingeri notis ed. C. Heusinger Brunsvigiae 1783.
Hotomannus, Fr., Emendationes in margine editionis Lambinianae a. 1584 (vide Lamb[m]) commemoratae.
Huldrich, F. S., De locis quibusdam ex libro I de oratore Progr. Turici 1797.
Jacobs, Fr., Emendationes in editione Schuetzii commemoratae (vide Schuetz).
Jeep, J., *Philologus* 4 (1849) p. 300–307.
Kiessling, G., *Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen* 17 (1863) p. 789.
Kiessling[1], G., *Rhein. Mus.* N. F. 30 (1875) p. 477.
Kiessling[2], G., *Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen* 18 (1864) p. 67–68.
Klotz, A., Scaenicorum Romanorum fragmenta I Tragicorum fragmenta Monachii 1963.
Koch, H. A., *Neue Jahrb.* 85 (1862) p. 624.
Koch[1], H. A., *Rhein. Mus.* N. F. 16 (1861) p. 482–486.
Kraffert, H., Programm Aurich 1893 p. 110.
Kühner, R., und S. Stegmann, Ausführliche Grammatik der Lateinischen Sprache Satzlehre 3. Aufl. Leverkusen 1955 durchgesehen von A. Thierfelder.
Kumaniecki[1], C. F., *Stud. Clasice* Bucuresti 2 (1960) p. 95–97.
Kumaniecki[2], C. F., *Eos* 53 (1963) p. 136–142.

Kumaniecki[3], C. F., *Athenaeum* N. S. 42 (1964) p. 197–200.
Kumaniecki[4], C. F., Miscellanea Critica T. II, Leipzig 1965, p. 197 u. ad 205.
Kumaniecki[5], C. F., Acta Classica Univers. Scient. Debreceniensis T. I. Debrecini 1965 p. 21–24.
Langen, P., *Philologus* 30 (1870) p. 443–444.
Langen[1], P., Commentatio de nonnullis locis qui sunt in Ciceronis De oratore libro I. Monasterii Guestphalorum 1876.
Langen[2], P., Commentatio de nonnullis locis qui sunt in Ciceronis De oratore libro I Part. II Monasterii Guestphalorum 1876/77.
Laurant, M. H., Guillaume Budé et le De oratore de Cicéron Mélanges d'Archéologie et d'Histoire de l'Ecole Française de Rome 64 (1952) p. 239–247.
Lebreton, J., Etudes sur la langue et la grammaire de Cicéron Paris 1901.
Le Clerc, J., Bibliothèque ancienne et moderne vol. XI p. 1 Amsterdam 1719, p. 155–162.
Leumann, M., und J. B. Hofmann, Lateinische Grammatik 5. Aufl., München 1928.
Lochmüller, J., Quaestiones grammaticae in Ciceronis libros oratorios Progr. Landshut 1901/02.
Lorentz, C. G., Progr. Gymn. Altenburg 1842.
Luterbacher, F., Neue phil. Rundschau (1906) p. 267–269.
Madvig, J. N., Adversaria critica vol. II Hauniae 1873 p. 185.
Madvig[1], J. N., Adversaria critica vol. III Hauniae 1884 p. 85–95.
Madvig[2], J. N., *Kleine philologische Schriften* Leipzig 1875 p. 374.
Madvig[3], J. N., Cicero De finibus 1877 (editio tertia).
Mähly, J., Zur Kritik lateinischer Texte Basel 1886 p. 6sq.
Marouzeau, J., Sur l'emploi de la graphie – st = est *Rev. de Phil.* 32 (1908) p. 291–299.
Matthiae, A. H., Progr. Altenburg 1807.
Matthiae[1], A. H., Coniecturae publici iuris factae in Fr. Friedemanni et J. D. G. Seebodii Miscellaneis Criticis *vide* Friedemann.
Matthias, Th., *Neue Jahrb.* 135 (1887) p. 477–480.
Mayhoff, K., *Neue Jahrb.* 99 (1869) p. 791–793.
Meister, L., Quaestiones Tullianae ad libros qui inscribuntur De oratore pertinentes Diss. Lipsiae 1912.
Meusel, Zu Cicero De oratore *WklPh.* 30 (1913) Sp. 1214 u. ad 1215.
Mohr, N., *Acta Soc. philol. Lipsiensis* vol. II p. 485.
Müller, O. M., Ad Ciceronis De oratore librum secundum Progr. Cöslin 1839.
Müller, R. W., *Glotta* 40 (1962) p. 219–254.
Muretus, M. A., Variae lectiones Venetiis 1559 vol. II p. 9.
Muther, H., *Neue Jahrb.* 129 (1884) p. 593–615.
Muther[1], H., Beiträge zur Emendation von Ciceros Büchern De oratore Coburg 1885.
Nencini, F., *Studi Ital. di fil. class.* 6 (1898) p. 252.

Niemeyer, C., De locis quibusdam qui in Ciceronis De oratore libris inveniuntur Kiel 1869 p. 1–8.
Nizolius, M., Observationes in Ciceronem, Brixiae 1535.
Osann, F. G., *Ephemeris Darmstadt* 1837 p. 59.
Parzinger, P., Beiträge zur Kenntnis der Entwicklung des Ciceronischen Stils Progr. Landshut 1911.
Pascucci, G., *Studi ital. di filol. cl.* 11 (1934) p. 127–129.
Passeratius, I., Coniectura in editione Lambini *vide* Lambinus.
Philippson, R., *Phil. Woch.* 51 (1931) 203–206.
Piazza, S., L'epigramma Latino Padova 1898 p. 84sq.
Pichon, R., *Mélanges L. Havet* Paris 1909 p. 361–370.
Piderit[1], K. W., Zur Kritik und Exegese von Cicero De oratore Progr. Hanau 1858.
Piderit[2], K. W., *Neue Jahrb.* 75 (1857) p. 839–847.
Piderit[3], K. W., *Rhein. Mus.* N. F. 24 (1869) p. 138.
Pighius, S. V., Annales magistratuum Romanorum Antverpiae 1599 liber XIII.
Pluygers, G. G., Emendationes viri docti post eius mortem a C. G. Cobetio publici iuris factae in *Ἀπομνημονεύματα* Guilelmi Georgii Pluygers *Mnemosyne* 8 (1880) p. 362–366.
Polster, L., Quaestiones Tullianae Progr. Gymn. Ostrowo 1879 p. 13.
Purgold, L., Observationes criticae in Sophoclem, Euripidem, Anthologiam Graecam et Ciceronem Jenae et Lipsiae 1802.
R(anke), F., Göttingische Gelehrte Anzeigen 1841 p. 609–637.
Reid, J. S., Coniecturae in editionibus Wilkinsii obviae *vide* Wilkins.
Reis, P., Studia Tulliana ad Oratorem pertinentia, Diss. Phil. Argentoratenses 12 (1907) p. 161–261.
Rhode, C., De anacoluthis maxime grammaticis in Ciceronis libris De oratore Vratislaviae 1833.
Ribbeck, O., Tragicorum Romanorum fragmenta ed. 3, Lipsiae 1867.
Ritschl, F. W., *Rhein. Mus.* N. F. 26 (1871) p. 494sq.
Roby, H. J., Explicationes in editione Wilkinsii commemoratae.
Roby[1], H. J., *Journal of Philology* 15 (1886) p. 57–75.
Roschatt, A., Über den Gebrauch der Parenthesen in Ciceros Reden und rhetorischen Schriften In: *Acta Sem. Phil. Erlangensis* vol. III Erlangae 1884 p. 189–244.
Rose, H. J., *Classical Review* 38 (1924) p. 68.
Rubner, H., Blätter f. bayr. Gymn.-Schulwesen 7 (1871) p. 82sqq. et 190sqq.
Rubner[1], H., Blätter f. bayr. Gymn.-Schulwesen 9 (1873) p. 162.
Rubner[2], H., Kritische Beiträge zu Ciceros Werk vom Redner Progr. Hof 1874.
Ruhnken, D., Historia critica Oratorum Graecorum Lugduni Batavorum 1746 p. 84.
Ruhnken, D., *Mnemosyne* 2 (1853) p. 409.

Rüdiger, C. A., *Philologus* 18 (1862) p. 549.
Salmasius, Cl., Emendatio publici iuris facta in „Plinianae exercitationes in Solini Polyhistora. Item Solini Polyhistor emendatus". Traiecti 1689 vol. I p. 88.
Sauppe, H., Tulliana Göttingen 1867 Index scholarum hibernarum = Ausgewählte Schriften Berlin 1896 p. 538–554.
Scheibe, K. F., *Neue Jahrb.* 97 (1868) p. 488.
Schömann, G. F., Coniectura in editione Cimae commemorata (*vide* Cima).
Schöne, F. G., *Zeitschr. f. d. Altertumswissenschaft* 3 (1848) p. 23.
Seebode, J. D. G., *vide* Friedemann.
Seyffert, M. L., *Zeitschr. f. d. Gymn. Wesen* 15 (1861) p. 61–72.
Siesbye, O., in: Opuscula philologica ad J. N. Madvigium ... missa Hauniae 1876 p. 234–241.
Skutsch, F., *Glotta* 3 (1909) p. 366sq.
Sorof[2], G., Vindiciae Tullianae Potsdam 1866.
Sorof[3], G., De Ciceronis librorum qui sunt De oratore editionibus novissimis *Philologus* 21 (1864) p. 654–674.
Sorof[4], G., Coniecturae in editione Cimae publici iuris factae; *vide* Cima.
Sorof[5], G., *Berliner Phil. Wochenschr.* 7 (1887) p. 613–620, 645 u. ad 652.
Stangl[1], Th., Separatabdruck aus den Blättern f. d. bayr. Gymnasialschulwesen 18, 6 und 7 Heft München 1882 p. 25–38.
Stangl[2], Th., *Ὁμοιότητες* in Ciceros rhetorischen Schriften München 1883.
Stangl[3], Th., *Wochenschr. f. Klass. Phil.* 2 (1885) p. 873.
Stangl[4], Th., *Neue Jahrb.* 149 (1894) p. 865–866.
Stangl[5], Th., *Neue Jahrb.* 151 (1895) p. 783–784.
Stangl[6], Th., *Philologus* N. F. 8 (1895) p. 351–355.
Stangl[7], Th., Tulliana Progr. d. k. Luitpold-Gymn. München 1897.
Stangl[8], Th., *Wochenschr. f. klass. Phil.* 20 (1903) p. 98.
Stangl[9], Th., *Berl. Phil. Wochenschr.* 25 (1905) p. 1310.
Stangl[10], Th., Bobiensia *Rhein. Mus.* N. F. 65 (1910) p. 96.
Stangl[11], Th., *Philologus* N. F. 23 (1910) p. 507.
Stangl[12], Th., *Woch. f. klass. Phil.* 31 (1914) p. 21–30.
Stangl[13], Th., *Berl. Phil. Wochenschr.* 37 (1917) p. 641–650.
Strebaeus, J. L., In dialogum Cic. De oratore comment. Parisiis 1540.
Stroux[2], J., Handschriftliche Studien zu Cicero De oratore. Die Rekonstruktion der Handschrift von Lodi Basel 1921.
Stroux[3], J., Emendationes in marginibus librorum J. Strouxii obviae, nondum publici iuris factae.
Sydow, R., *Rhein. Mus.* N. F. 81 (1932) p. 232–242.
Tittler, A., *Neue Jahrb.* 99 (1869) p. 489–506.
Tosanus, I., Coniectura in editione Gruteri laudata (*v.* Gruter).
Turnebus, A., Lucubrationes variae, Ex Bibliopolio Commeliniano 1660.

Ursinus, F., Coniectura apud Lambinum (ed. repetita Genavae 1584) commemorata.
Vahlen, J., Ennianae poesis reliquiae ed. secunda Lipsiae 1903.
Vahlen[1], J., Opuscula academica Lipsiae vol. I 1907. vol. II 1908.
Vassis, Sp., *ΑΘΗΝΑΙΟΝ* 9 (1881) p. 155–156, 301–306, 388 u. ad 392.
Vassis, Sp.[1], *ΑΘΗΝΑΙΟΝ* 10 (1881) p. 151–158.
Waardenburg, H., Opuscula oratoria poetico-critica Harlem Leipzig 1812, p. 154–173.
Walch, G. L., Emendationes Livianae Berlin 1815, p. 175.
Walker, W., Coniectura in editione Schuetzii commemorata (v. Schuetz).
Weber, H., Coniecturae Tullianae Gymn.-Progr. Weimar 1871, p. 15.
Wex, F. K., *Neue Jahrb.* 85 (1862) p. 228.
Wyttenbach, D. A., Bibliotheca critica vol. I–III Amstelodami 1779–1809; vol. I p. 14 et 20.
Zander, C., Eurythmia vel compositio rhythmica prosae antiquae Lipsiae 1913 vol. II p. 254.

DISPVTATIONES[1]

AD COMPOSITIONEM DIALOGI, EIVS FONTES, ARTEM RHETORICAM, IVS CIVILE ET ALIA SIMILIA ILLVSTRANDA SPECTANTES

Agostino, V., Simonide inventore della mnemotecnica in Cicerone e Quintiliano *Riv. de Studi Class.* Torino 1 (1952/3) p. 125–127.
Altevogt, H., Der Bildungsbegriff im Wortschatze Ciceros. Diss. Münster 1940.
Arndt, E., De ridiculi doctrina rhetorica Diss. Bonn 1904.
Arnim, H. v., Leben und Werke des Dio von Prusa . . . Berlin 1898.
Balogh, E., Zur Widerlegung der Stelle von Cicero De oratore 1, 44, 197. *Acta Acad. Univ. Iurisprudentiae comparativae* Berolini Londini Parisiis 1928 vol. I p. 846–880.
Barwick, K., Das rednerische Bildungsideal Ciceros. Abh. d. Sächs. Akad. d. Wiss. Phil.-hist. Kl. 54 H. 3, Berlin 1963.
Barwick[1], K., Probleme in den Rhet. LL. Ciceros und der Rhetorik des sogenannten Auctor ad Herennium *Philologus* 109 (1965) p. 57–74.
Bauerschmidt, Ergebnisse einer Vergleichung zwischen Ciceros Schriften De oratore und Orator Erlangen 1900.
Bayard, C., La clausule Cicéronienne *Rev. de Phil.* 58 (1932) p. 39–41.

1) Disputationes in hoc indice collocatae in apparatus critici summa parte afferuntur.

Becker, E., Technik und Szenerie des Ciceronischen Dialogs. Diss. Münster 1938.
Bonfante, P., „Aequitas" in *Scritti giuridici vari* Roma 1925, vol. IV p. 124.
Bonnet, M., Le dilemme de C. Gracchus *REA* (1906) p. 40–46.
Bonnet, M., *Revue de Phil.* 7 (1883) p. 203.
Bornecque[1], H., Comment Cicéron rend le mot grec *περίοδος* *Mélanges Thomas* Brügges 1930, p. 66–68.
Broughton, T. R. S., Magistrates of the Roman Republic vol. I–II New York 1951, 1952.
Bruno, P., Verba vel novitate vel coniunctione facta apud Ciceronem *Latinitas* 2 (1954) p. 274–282.
Büchner, K., Summum ius summa iniuria *Historisches Jahrbuch* 73 (1954) p. 24sq.
Černiavskij, Teoria smešnogo v traktate Cicerona „Ob oratore" in: Ciceron, Sbornik statej, Moskva 1959, p. 105–144.
Consbruch, M., Zu den Traktaten *περὶ κωμῳδίας* Commentationes in honorem G. Studemund Argentorati 1889.
Cooper, L., An Aristotelian Theory of Comedy with an Adaptation of the Poetics and a Translation of the „Tractatus Coislinianus" Oxford 1914.
Costa, E., Cicerone giureconsulto 2 voll. Bologna 1927.
Couissin, P., Interprétation d'un passage du De oratore (III, 18, 67) *Rev. de Phil.* ser. 3[e], 11 (1937) p. 401–403.
Defourny, P., Histoire et éloquence d'après Cicéron *Les Etudes Classiques* 21 (1933) p. 156–166.
Dieter, O. A. L., Stasis, Speech Monographs XVII, 4 Columbia 1950, p. 345–369.
Douglas, A. E., A Ciceronian Contribution to Rhetorical Theory *Eranos* 55 (1957) p. 18–26.
Dumaine, R., Sens et emploi de humanitas chez Cicéron *REL* 27 (1949) p. 42–44.
Durry, M., Laudatio funebris et rhétorique *Rev. de Phil.* 16 (1942) p. 105–114.
Fiske, G. C., (with collaboration of M. A. Grant) Cicero's De oratore and Horace's Ars poetica. University of Wisconsin. *Studies in Language and Literature* Nr. 27, Madison 1929.
Franck, E., De vocis urbanitas apud Ciceronem vi atque usu Diss. Berlin-Gotha 1932.
Georgesco, V. A., Nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem. *Mélanges Marouzeau.* Paris 1948, p. 189–206.
Gilson, E., Eloquence et sagesse selon Cicéron *Phoenix* 7 (1953) p. 1–19.
Grant, M. A., The Ancient Rhetorical Theories of the Laughable, University of Wisconsin. *Studies in Language and Literature* Nr. 21, Madison 1924.
Grant, W. L., Cicero and the „Tractatus Coislinianus" *AJP* 69 (1948) p. 80–86.

Guillemin, A. M., Cicéron et la culture latine *REL* 25 (1947) p. 148 u. ad 157.
Guillemin[1], A. M., Cicéron entre le génie grec et le „mos maiorum" *REL* 33 (1955) p. 209–230.
Guillemin[2], A. M., Cicéron et Quintilien *REL* 37 (1959) p. 184–194.
Harder, R., Die Einbürgerung der Philosophie in Rom *Die Antike* 5 (1929) p. 291–316.
Harder[1], R., Nachträgliches zu humanitas *Hermes* 69 (1934) p. 64–74.
Haury, A., L'ironie et l'humour chez Cicéron Paris 1955.
Heinemann, I., Poseidonios metaphysische Schriften, Breslau 1921, I. Teil.
Heinze, R., Auctoritas *Hermes* 60 (1925) p. 348–366.
Hendrickson, G. L., The peripatetic Mean of Style and the three stylistic characters *AJP* 25 (1904) p. 129–136.
Hendrickson[1], G. L., Literary sources in Cicero's Brutus and the technique of citation in dialogue *AJP* 27 (1906) p. 184–199.
Heuer, K. H., Comitas, facilitas, liberalitas. Studien zur gesellschaftlichen Kultur der ciceronischen Zeit Diss. Münster 1941.
Hinks, D. A. G., Tria genera causarum *Class. Quarterly* 30 (1936) p. 170–176.
Hirzel, R., Der Dialog, Teil I Leipzig 1895.
Hubbel, H. M., The influence of Isocrates on Cicero, Dionysius and Aristides Yale University Press 1913.
Jobbe–Duval, E., Explication du Nr. 173 du livre I De oratore de Cicéron *Nouvelle Revue hist. du droit franç. et étranger* 1904, p. 537–577.
Knoche, U., Magnitudo animi *Philologus* Supplb. 27 (1935) Heft 3.
Knoche[1], U., Cicero ein Mittler griechischer Kultur *Hermes* 87 (1959) p. 63–65.
Kroll[1], W., Studien über Ciceros Schrift De oratore *Rhein. Mus.* 58 (1903) p. 552–597.
Kroll[2], W., Cicero und die Rhetorik, *Neue Jahrb. f. d. kl. Altertum* 11 (1903) p. 681–689.
Kroll[3], W., Rhetorik *RE* Supplb. VII (1940) p. 1039–1138.
Laurand, L., De M. Tullii Ciceronis studiis rhetoricis Diss. Paris 1907.
Laurand[1], L., L'art oratoire de Cicéron. Théorie et pratique *Les Etudes Classiques* 1932, p. 381–387.
Leeman, A. D., Orationis ratio. The stylistic theories and practice of the Roman orators historians and philosophers Amsterdam 1963.
Liebers, G., Die virtus bei Cicero Diss. Leipzig 1942.
Malcovati, E., Cicerone e la poesia Pavia 1953.
Martinelli, N., Cicero ad libros De oratore scribendos quatenus civilibus studiis et inimicitiis adductus sit, inquiritur, Pisis 1916.
Mauch, O., Der lateinische Begriff Disciplina, Diss. Basel 1941.

Mayer, J., Humanitas bei Cicero Diss. Freiburg 1950.
Merchant, F. J., De Ciceronis partitionibus oratoriis commentatio Diss. Berlin 1890.
Merrill, E. T., *Classical Philol.* 7 (1912) p. 480–484.
Michel, A., Rhétorique et Philosophie chez Cicéron. Paris 1960.
Monaco[1], G., Un particolare tipo di facezia nel ,,De oratore" *Atti del I Congresso Internaz. di Studi Ciceroniani.* Roma 1961 vol. I, p. 61–64.
Neuhauser, W., Patronus und orator. Commentationes Aenipontanae XIV. Innsbruck 1958.
Norden, E., Die Komposition und Litteraturgattung der Horazischen Epistula ad Pisones *Hermes* 40 (1905) p. 481–528.
Orban, M., Rehabilitation de la parole dans le ,,De oratore" de Cicéron *L'Antiquité Classique* 19 (1950) p. 27–44.
Paladini, V., Sul pensiero storiografico di Cicerone *Latomus* (6) 1947, p. 329–344.
Pallasse, M., Cicéron et les sources de droits. Paris 1945.
Pascal, C., *Rivista di fil.* 27 (1899) p. 385–395.
Perret, J., A propos du second discours de Crassus (De oratore I 45–73) *REL* 24 (1946) p. 169–189.
Perrin, B., La substitution pupillaire à l'époque de Cicéron *Revue Hist. du droit franç. et étranger* 27 (1949) p. 335–376; 518–542.
Philippson, R., Ciceroniana, *Neue Jahrb.* 133 (1886) p. 417–425.
Philippson[1], R., *Philolog. Wochenschr.* 47 (1927) p. 1201–1213.
Pighi, G. B., Impressio e percussio in Cic. De oratore 185–186 *L'Antiquité Classique* 28 (1959) p. 214–222.
Plebe, A., La teoria del comico da Aristotele a Plutarco. Torino 1952.
Plumpe, J. C., Wesen und Wirkung der auctoritas maiorum bei Cicero. Diss. Münster 1932.
Pringsheim, F., Bonum et aequum. *Savigny-Zeitschr.* 52 (1932) Romanistische Abteilung p. 78–155.
Prümm, C., Quaestionum Tullianarum ad Dialogi de oratore partes philosophicas quae dicuntur spectantium specimen. Diss. Münster, Saarbrücken. Ad Saravi Pontem 1927.
Radin, M., The case of the Marcelli *Classical Philology* 7 (1912) p. 480–484.
Ragusa, V., Diritto ed equità da Cicerone ai giureconsulti classici *Archivo Giuridico* Modena 20 (1930) p. 87–114; 224–254.
Rambaud, M., Cicéron et l'histoire Romaine. Paris 1953.
Riccobono, S., ,,Aequitas" in *Nuovo Digesto Italiano* 1937 vol. I, p. 210.
van Riet, S., La sapientia de Cicéron d'apres le ,,de oratore" *Revue Belge de Phil. et d'hist.* 1941, p. 783.
Riposati, B., Quid Cicero de thesi et hypothesi in Topicis senserit *Aevum* 18 (1944) p. 61–74.
Riposati[1], B., Studi sui ,,Topica" di Cicerone. Milano 1947.

Ronconi, A., Aspetti di critica letteraria in Cicerone *Maia* 10 (1958) p. 83–100.
Ruch, M., Le préambule dans les œuvres philosophiques de Cicéron. Paris 1958.
Santa Cruz, J., Der Einfluß der rhetorischen Theorie der Stasis auf die römische Iurisprudenz insbesondere auf die Auslegung der Gesetze und Rechtsgeschäfte. *Savigny-Zeitschr.* 75 (1958) p. 91–115.
Schmid, W., Über die klassische Theorie und Praxis des antiken Prosarhythmus. *Hermes* Einzelschriften H. 12. Wiesbaden 1959.
Schönberger, H., Beispiele aus der Geschichte, ein rhetorisches Kunstmittel in Ciceros Reden. Diss. Erlangen 1910.
Schulte, H. K., Orator. Untersuchungen über das ciceronische Bildungsideal Frankfurt 1935.
Smethurst, S. E., Cicero and Isocrates *TAPhA* 84 (1953) p. 262–320.
Solmsen, F., Aristotle and Cicero on the Orators playing upon the feelings *Classical Philology* 33 (1938) p. 390–402.
Solmsen[1], F., The Aristotelian tradition in ancient Rhetoric *AJP* 62 (1941) p. 35–50; 169–190.
Stegemann, W., Ciceros Ausdrücke für *περίοδος* und ihre griechischen Aequivalente. *Philol. Wochenschr.* 52 (1932) p. 1083 sq.
Stegmann, W., Enucleatus als rhetorischer t. t. bei Cicero. *Glotta* 20 (1932) p. 183–186.
Steidle, W., Einflüsse römischen Lebens und Denkens auf Ciceros Schrift De oratore *Mus. Helv.* 9 (1952) p. 10–41.
Sternkopf, W., De M. Tulli Ciceronis Partitionibus Oratoriis Diss. Münster 1914.
Striller, F., De Stoicorum studiis rhetoricis *Bresl. Phil. Abhandl.* Bd. 1 H. 2. Breslau 1886.
Stroux[1], J., De Theophrasti virtutibus dicendi pars I Diss. Lipsiae 1912.
Stroux[4], J., Römische Rechtswissenschaft und Rhetorik Potsdam 1949
Süss, W., Das Problem des Komischen im Altertum *Neue Jahrb.* 45 (1902) I p. 28–45.
Throm, H., Die Thesis. Ein Beitrag zu ihrer Entstehung und Geschichte. Rhetorische Studien H. 17. Paderborn 1932.
Testard, M., Saint Augustin et Cicéron. Paris 1958.
Ullman, B. L., History and Tragedy *TAPhA* 78 (1947) p. 51.
Valmaggi, L., *Bolletino di filol. cl.* 16 (1909/10) p. 49 sq.
Villey, M., Recherches sur la littérature didactique du droit Romain. Paris 1945.
Vogt, J., Ciceros Glaube an Rom. Würzburger Studien zur Altertumswiss. H. 6. Stuttgart 1935.
Volkmann, R., Die Rhetorik der Griechen und Römer 2 ed. Leipzig 1885.
Wallies, M., De fontibus Topicorum Ciceronis. Diss. Halle 1878.
Waltz, R., *Ῥυθμός* et numerus *REL* 26 (1948) p. 109–120.

Weidner, R., Ciceros Verhältnis zur griechisch-römischen Schulrhetorik seiner Zeit. Diss. Erlangen 1925.

Wlassak, M., Die klassische Prozeßformel. Akademie der Wissenschaften in Wien. Philosophisch-historische Klasse. *Sitzungsberichte* Bd. 203 (1925/26) Abhandlung 3.

Zoll, G., Cicero Platonis aemulus. Untersuchung über die Form von Ciceros Dialogen, besonders von De oratore. Zürich 1962.

SIGLA CODICVM

C = consensus familiarum **M** et **L**
M = consensus codicum **AHE**
A = Abrincensis 238 saec. IX
H = Harleianus 2736 saec. IX
E = Erlangensis 848 saec. X

Ad eundem archetypum (**M**) redeunt:

K = Excerpta Hadoardi in cod. Vat Reg 1762 (saec. IX) asservata.
L = consensus codicum **VOPUR** ex exemplari Laudensi nunc deperdito originem ducentium.
V Vaticanus 2901 saec. XV
$\mathbf{V}^{v}$ = lectiones in **V** notula .v. (*i. e.* vetus) insignitae
$\mathbf{V}^{m}$ = lectiones in margine codicis **V** exaratae
$\mathbf{V}^{2}$ = lectiones a secunda manu profectae, magnam partem ex editione Romana (1469) depromptae, ad Laudensis codicis textum restituendum nullius pretii
O = Ottobonianus 2057 a. 1422 e Laudensis apographo descriptus
$\mathbf{O}^{v}$ = idem, e codice Laudensi a Viglevio de Ardiciis a. 1425 emendatus; lectiones notula *-vet-* designantur
$\mathbf{O}^{al}$ = lectiones in codice **O** notula *al' (alii)* a Viglevio insignitae maximam partem e familia **M** ductae
P = Palatino – Vaticanus 1469 saec. XV ex eodem Laudensis apographo atque cod. **O** descriptus
$\mathbf{P}^{2}$ = lectiones a secunda manu profectae e familia **M** ductae
U = codex bibliothecae Universitatis Cornellianae saec. XV siglo B 2 insignitus e Ioannis Lamolae apographo a. 1428 facto ab Alesio Germano descriptus et cum lectionibus familiae **M** contaminatus
$\mathbf{U}^{v}$ = lectiones in codice **U** siglo .v. insignitae
$\mathbf{U}^{n}$ = lectiones in codice **U** siglo .n. (i. e. *novi*) insignitae
R = Palatino-Vaticanus 1470 saec. XV e codicis Laudensis apographo quodam descriptus et cum lectionibus familiae **M** contaminatus
$\mathbf{R}^{v}$ = lectiones in cod. **R** siglo .v. insignitae
$\mathbf{R}^{n}$ = lectiones in cod. **R** siglo .n. insignitae

Praeterea ad exemplar Laudense referendae sunt:

N^v = lectiones in codice Neapolitano IV A 43 siglo .v. insignitae
B^v = lectiones in cod. Bononiensi 468 siglo .v. insignitae; quibus opponuntur
B^n = lectiones in cod. Bononiensi 468 siglo .n. insignitaemaximam partem e familia **M** haustae

Praeterea adhibentur:

ς = codices (unus vel plures) saec. XIV et XV non nominatim laudati, raro etiam Lagomarsiniani hi:

Lag 2 (Riccardianus 505) saec. XV
Lag 4 (Riccardianus 506) saec. XV
Lag 32 (Laurentianus 50, 1) saec. XV
Lag 36 (Laurentianus 50, 34) saec. XV
Lag 84 (Riccardianus 561) saec. XV
Lag 86 (Riccardianus 559) saec. XV

et tres Parisini:

Parisinus lat. 7703 saec. XV
Parisinus lat. 7704 saec. XV
Parisinus lat. 7753 saec. XV

et

ε = manus altera (saec. XV) in cod. E (Erlangensi 848) quae ea quae in codice antiquo deerant, adimplevit.

SIGLA VETERVM EDITIONVM

Ald = Aldina 1514
Ascens = Ascensiana Parisiis 1511
Cob = Cobergeri Norimbergensis 1497
Crat = Cratandri Basileensis 1528
Grut = Gruteri Hamburgensis 1618
Junt = Juntina Florentiae 1514
Lamb = Lambini Parisiensis 1565/66
$Lamb^m$ = Lambinus in margine editionis repetitae Genavae 1584
Lott = Lotteri ed. Lipsiensis 1515
Man = Pauli Manutii Venetiis 1554
Med = ed. Mediolanensis per Alexandrum Minucianum 1498/99
Pol = lectiones in exemplari editionis Romanae (vide infra) Florentiae in Bibliotheca Nationali (sign. A, 2, 16) asservato obviae

Rom = editio Romana a 1469
Steph = ed. C. Stephani Parisiis 1554
Subl = editio Sublacensis ex officina Pannartii et Sweinshemii 1465. editio princeps dialogi de oratore
Thanner = ed. J. Thanneri Lipsiae 1515
Valdarfer = ed. Valdarferi Venetiis 1470
Ven = ed. Veneta per Batholomaeum Alexandrinum et Andream Asulanum Venetiis 1485
Vict = ed. P. Victorius Venetiis 1536

SIGLA QVORVNDAM OPERVM SAEPIVS LAVDATORVM

*CRF*³ = Comicorum Romanorum Fragmenta tertiis curis recognovit O. Ribbeck Lipsiae 1898
GL = Grammatici Latini ed. H. Keil (Charisius laudatur secundum editionem Barwickianam)
*ORF*² = Oratorum Romanorum Fragmenta liberae rei publicae tempore iteratis curis recensuit, collegit H. Malcovati. Corpus Script. Lat. Paravianum 1955
RL = Rhetores Latini Minores em. C. Halm Lipsiae 1863
ROL = E. H. Warmington Remains of Old Latin, Loeb's Classical Libary vol. I 1935 vol. II 1936
*TRF*³ = Tragicorum Romanorum Fragmenta tertiis curis recognovit O. Ribbeck Lipsiae 1897
*V*³ = J. Vahlen Ennianae poesis reliquiae ed. tertia Lipsiae 1928

Abbreviationes:

add. = addidit, addiderunt; *def.* = defendit, defendunt; *del.* = delevit, deleverunt; *exp.* = expunxit; *in ras.* = in rasura
ins. = inseruit; *in mge* = in margine; *om.* = omisit; *pr.* = probavit, probaverunt; *ret.* = retinuit, retinuerunt *secl.* = seclusit, secluserunt; *transp.* = transposuit

LIBER I

Cogitanti mihi saepenumero et memoria vetera repetenti perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent qui in optima r(e) p(ublica), cum et honoribus et rerum gestarum gloria florerent, eum vitae cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio sine periculo vel in otio cum dignitate esse possent. ac fuit tempus illud cum mihi quoque initium requiescendi atque animum ad utriusque nostrum praeclara studia referendi fore iustum et prope ab omnibus concessum arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio decursu honorum etiam aetatis flexu constitisset. quam spem cogitationum et consiliorum meorum cum

(1 | 1 — 5 — 10 — 2)

1 *de I libro Michel 41 sq. Leeman 112–118* | *de §§ 1–23 Ruch 185–189 Zoll 87 sq.* | memoria vetera repententi *Zoll 75–82* || **5** in otio cum dignitate: *M. Kretzschmar, Otium Studia litterarum und βίος θεωρητικός im Leben und Denken Ciceros Diss. Leipzig 1938; P. Boyancé REA 43 (1941) 172–191; E. Bernert, Würzb. Jhb. f. d. Alt. IV (1949/50) 89–92; A. Grilli Acme 47 (1951) 227–240; Ch. Wirszubski JRS 44 (1954) 1–13; L. Alfonsi Aevum 28 (1954) 375 sq.; J.P.V.D. Baldson Class. Qu. 10 (1960) 43–60; M. Fuhrmann, Gymnasium 67 (1960) 481–500; J.M. André* L'otium dans la vie morale et intellectuelle Romaine dès origines à l'époque augustéenne Paris 1966 || **11** *de §§ 2–3 cf. Martinelli*[1] *63*

2 *Acad. 2, 15* in optima re publica || **7** *Mur. 22* nostra praeclara studia || **10** *cf. 3, 7* ambitionis labore

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] INCIPIT DE ORATORE LIBER PRIMVS **H** M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE LIBER PRIMVS INCIPIT **EV** MAR. TVLLII CICERONIS DE ORATORE LIBER PRIMVS INCIPIT **R** *Titulus deest* **OPU** || **5** sine *u. ad* otio **L** *om.* **M** || **6** ac fuit tempus illud cum **L** *(pr. Pichon 367 Stroux*[2] *104–107 collato Inv. 1, 2; Fam. 10, 3, 3, Mil. 69)* ac fuit quod **M** *unde* ac fuit qui *vel* ac fuit quidem *vel* ac nunc quidem *vel* fuit quidem cum ς ac fuit cum idem *Friedrich*[2] || **8** concessum **M** concessum esse **L** || **10** decursu **L** cursu **M** | et iam *Orelli, Wex, sed cf. 1, 64, Cluent. 84* et iam ⟨propinquo⟩ *Muther 605 at cf. Cima*[3] | ⟨iam⟩ flexu *Earle* fluxu ς

graves communium temporum tum varii nostri casus fefellerunt. nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur in eo maximae moles molestiarum et turbulentissimae tempestates extiterunt, neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otii datus est ad eas (5) artis quibus a pueris dediti fuimus celebrandas inter nos- (3) que recolendas. nam prima aetate incidimus in ipsam perturbationem disciplinae veteris et consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen et hoc tempus omne post consulatum obiecimus iis flucti- (10) bus qui per nos a communi peste depulsi in nosmet ipsos redundarent. sed tamen in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis obsequar studiis nostris et quantum mihi vel fraus inimicorum vel causa amicorum vel r(es) p(ublica) tribuet otii ad scribendum potissimum confe- (15) (4) ram. tibi vero, frater, neque hortanti deero neque roganti, nam neque auctoritate quisquam apud me plus valere (2) te potest neque voluntate. ac mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae non sane satis explicata recordatio sed ut arbitror apta ad id quod requiris ut cognos- (20) cas quae viri omnium eloquentissimi clarissimique sen- (5) serint de omni ratione dicendi. vis enim ut mihi saepe dixisti, quoniam quae pueris aut adulescentulis nobis ex

8 disciplinae veteris *cf. Altevogt 2–12, Mauch 55 sq.*

5 *cf. 2, 22* otii fructus ‖ **11** *Sest. 43* a rei publicae peste depelli ‖ **19** *Ad Quint. 2, 2, 1* recordationem . . . memoriae

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] ‖ **2** plenissimus **L** plenissi **H**^{1} plenissime **H**^{2}**E** plenus ς *Bake* ‖ **3** fore *del.* **V**^{2} | moles **L** om. **M** ‖ **4** vero ⟨umquam⟩ *Bake* ‖ **5** exoptantibus **EH**^{2} optantibus **H**^{1}**L** ‖ **7** nam **MV**^{m} et **L** nam et *Stangl*^{12} nam ⟨postea quam⟩ *Muther 605 at cf. Courbaud*^{1} *137* ‖ **8** ⟨in⟩ cons. *Lamb.* ‖ **10** et *secl. Muther 605, at cf. Courbaud*^{1} *137* | iis *scripsi* his **L** eis *Wilkins Courbaud om.* **M** *secl. Friedrich Costa* ‖ **12** redundarent **C** redundarunt **V**^{2}ς ‖ **14** causa **MV** causae **OPUR** ‖ **16** hortanti ex hortante *corr.* **M** | roganti ex rogante *corr.* **M** ‖ **17.18** valere te **M** te valere **L** ‖ **19** sane **L** *om.* **M** | explicatae *Harless* ‖ **23** quoniam *del. Schöne* | quae **C** quaedam *Lamb del. Rubner* | ex **L** aut ex **M**

commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt vix hac aetate digna et hoc usu quem ex causis quas diximus tot tantisque consecuti sumus, aliquid isdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri, solesque non num-
5 quam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam, tu autem illam ab elegantia doctrinae segregandam putes et in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam.

10 Ac mihi quidem saepenumero in summos homines ac summis ingeniis praeditos intuenti quaerendum esse visum est quid esset cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles extitissent. nam quocumque te animo et cogitatione converteris, permultos excellentis in
15 quoque genere videbis non mediocrium artium sed prope maximarum. quis enim est qui si clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem? quis autem dubitet quin belli duces ex hac una civitate praestantissi-
20 mos paene innumerabiles, in dicendo autem excellentis vix paucos proferre possimus? iam vero consilio ac sententia qui regere ac gubernare rem p(ublicam) possent multi

(6) (7) (8)

1 commentariolis: *F. Boehmer, Hermes 81 (1953) 230 adn. 2* | rudia: *Altevogt 43–45* || **3** politius: *Altevogt 38–42* || **6** eruditissimorum: *Altevogt 30–35* || **7** elegantia doctrinae: *Altevogt 12* || **15–16** artium . . . maximarum: *Schulte 41 sq.*

18 non anteponat: *cf. Brut. 256*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** ⟨sint⟩ vix *Orelli* vix ⟨sunt⟩ *Sorof* | vix ⟨videntur⟩ *Klotz*[2] *Firmani* || **2** hac ⟨sint⟩ *Schuetz* digna ⟨sunt⟩ *Piderit* | usu ⟨sunt⟩ *Stangl at cf. Busch 14, Courbaud*[1] *138* || **6** eruditissimorum **L** prudentissimorum **M** || **10** in *del.* **H**[1]**E**[1] *Bake Kayser* || **12** quid esset *om.* **H**[1] *add.* **H**[2] | artibus **L** *(cf. Pichon 369)* rebus **M** || **13** nam **MV**[2] ac **LN**[v] | quocunque **MPN** quoque **VOURN**[v] || **16** est enim *ς Rom* | qui **HVU** quin **E** quin **OPR** | excellentiam *Kayser at cf. Adler*[1] *6* || **17** utilitate **L** -em **M** | magnitudine **L** -em **M** || **19** praest. ex h. una civitate *Rom* || **21** sententia **LN**[v] *(cf. 2, 35 Cato maior 19)* sapientia **MV**[2] || **22** possent **LN**[v] *pr. Ammon Bursians Jhb. 1909, 112 sq.* possint **MV**[2]**N**

nostra plures patrum memoria atque etiam maiorum extiterunt, cum boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. ac ne qui forte cum aliis studiis quae reconditis in artibus atque in quadam varietate litterarum versentur magis hanc di- 5 cendi rationem quam cum imperatoris laude aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet, convertat animum ad ea ipsa artium genera circumspiciatque qui in iis floruerint quamque multi: sic facillime quanta oratorum

3 9 sit et semper fuerit paucitas iudicabit. neque enim te 10 fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam et quasi parentem eam quam φιλοσοφίαν Graeci vocant ab hominibus doctissimis iudicari, in qua difficile est numerare quot viri quanta scientia quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint qui non una aliqua in re 15 separatim elaborarint, sed omnia quaecumque possent vel scientiae pervestigatione vel disserendi ratione compren-

10 derint. quis ignorat ii qui mathematici vocantur quanta in obscuritate rerum quam recondita in arte et multiplici

10 *de § 9 Steidle 40* || **13** doctissimis: *Altevogt 28*

2–3 *cf. 1, 128; Brut. 333* vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles constitisse || **12** *Tusc. 1, 64* philosophia . . . omnium mater artium

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **3** qui **MV**[1]**OPRN**[v] quis **V**[2]**UN** ς || **4** in[1] *om.* **MR** || **5** quadam **L** quā **M**[1] aliqua **M**[2] | versantur *Kayser* || **7** ⟨qui⟩ convertat ς *Rom Cima, pr. Luterbacher* ⟨is⟩ conv. *Bake* || **8** ad ea **MV**[2] et ea **L** | circumspiciatque qui **M** circumspiciat quique **L** || **9** floruerunt **E**[1] ς *(corr.* **E**[2]*)* florerent *Richard* | quamque **C** quãquã **E**[1] quam ς | multi sic **LM**[2] multis sic **M**[1] multi sint ς multi sint: sic *Bake, alii* || **10** et semper **H** etiam semper **E** semperque **L** || **11** laudandarum artium omnium **L** omnium laudatarum artium **MV**[2] || **14** numerare **M** *(cf. 2, 137; Deiot. 12; de nat. deor. 3, 81)* enumerare **L** || **15** non una a. i. re **M** non a. i. re una **L** || **16** elaborarint **L** elaborasse **M** elaborassent ς | possent **M** essent **L** || **17** scientia et pervestigatione *Schuetz alii at cf. Adler*[1] *6* | disserendi **M** discribendi **VOU** describendi **P** scribendi **R** | comprenderint **H**[1] comprehenderint **H**[2]**EV**[2]**U**[2] comprehenderent **V**[1]**OPU** comprehenderet **R** || **19** quam **L** et quam **MU**

subtilique versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti homines extiterunt, ut nemo fere studuisse ei scientiae vehementius videatur quin quod voluerit consecutus sit. quis musicis, quis huic studio litterarum quod profi-
5 tentur ei qui grammatici vocantur penitus se dedit quin omnem illarum artium paene infinitam vim et materiem scientia et cognitione comprenderit? vere mihi hoc videor 11
esse dicturus, ex omnibus iis quiqui in harum artium liberalissimis studiis sint doctrinisque versati minimam
10 copiam poetarum egregiorum extitisse. atque in hoc ipso numero in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter et ex nostrorum et ex Graecorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores quam poetae boni reperientur. quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia 12
15 ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur, dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur, ut in ceteris id maxime excellat quod longissime sit ab imperitorum intellegentia sensuque

15–p. 6, **3** ceterarum – abhorrere *Iul. Vict. RL 420, 25–32* || **16**–p. 6, **17** omnis vero *(sic)* ratio dicendi communi quodam est in medio posita, in usu – consequebantur **K** *§ 401 (p. 488 Schw.)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** subt- **EPRU** || suptilique **H**[1]**VO**[v] **2** ei scientiae **L** inscientiae **H**[1] scientiae **H**[2]**E** *(post* scientiae *sp. 2 lit. vacuum* **H***)* || **4** musicus *Rom* || **5** ei **M** hi **LH**[2] | dedit **M** *(lectio melior propter clausulam)* dedidit **L** || **6** materiem **MR** materiam **L** || **7** scientia et cognitione **L** scientiae cogitatione **M** || **8** quiqui *Stroux*[2] *108 sq.* qui **MUR** quisqui **V**[v] **OP** *(ex* quisquis *correctum)* || **10** egregiorum **C** *(iure def. Courbaud*[1] *139, Cima*[2]*)* et oratorum *Hense* ⟨et oratorum⟩ egr. *Stangl*[1] *del. Bake* || **10.11** atque hunc ipsum numerum *Bake* in **C** cum *Sorof*[4], *del. Kayser* || **11** in quo **C** cum *Rubner*[2] | exoriatur *Rubner*[2] || **13** oratores **L** *om.* **M** *(add.* **E**[3]*)* | quam poetae *secl. Kayser at cf. Sorof*[2] *3* || **14** reperiuntur **O** reperirentur **P**[1] *(corr.* **P**[2]) || **15** artium **C** rerum *Lag 32, Vassis*[1] | ⟨e⟩ rec. *Sorof* | e **L** *om.* **M** *Iul. Vict. secl. Ellendt* || **16** auriuntur **O**[v] | omnis vero r. d. c. q. i. m. **K** || **17** posita ⟨ita⟩ *Earle* | ⟨quoque⟩ atque **K** | in hominum more **EL** in hominū''' ore **H** *(in ras. certe non fuit* m*)* hominum in more *Iul. Vict.* in h. ore *Mueller, Koch, Reid alii,* in omnium ore *Pluygers* || **18** ceteris ⟨artibus⟩ *Iul. Vict.* ceteris ⟨autem⟩ **K** | ⟨necesse est⟩ excellat **K**

diiunctum, in dicendo autem vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere. (4 | 13) ac ne illud quidem vere dici potest aut pluris ceteris artibus inservire aut maiore delectatione aut spe uberiore aut praemiis ad perdiscendum amplioribus (5) commoveri. atque ut omittam Graeciam quae semper eloquentiae princeps esse voluit atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta, in hac ipsa civitate profecto nulla umquam vehementius quam eloquentiae studia vi- (10) guerunt. (14) nam posteaquam imperio omnium gentium constituto diuturnitas pacis otium confirmavit, nemo fere laudis cupidus adulescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit. ac primo quidem totius rationis ignari qui neque exercitationis ullam viam neque aliquod (15) praeceptum artis esse arbitrarentur, tantum quantum ingenio et cogitatione poterant consequebantur. post autem auditis oratoribus Graecis cognitisque eorum litteris adhibitisque doctoribus incredibili quodam nostri homines (15) dicendi studio flagraverunt. (20) excitabat eos magnitudo ac varietas multitudoque in omni genere causarum, ut ad eam doctrinam quam suo quisque studio consecutus esset

3 *de §§ 13–18 Leeman 115* || **7** doctrinarum inventrices: *Altevogt 13*

1–3 in dicendo – abhorrere *Quint. 8 proem. 25* || **8** *cf. Brut. 39; 49*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** diiunctum **MVO**^{v}**PR** disiunctum **OU** *Iul. Vict.* | dicundo **M** dicendo **LK** *Quint. Iul. Vict.* | autem *om. Quint.* | sit **L** *Iul. Vict.* est **MK** esse *Quint.* || **4** artibus **L** *om.* **MK** *secl. Friedrich* || **5** uberiore **L** liberiore **M** *an* liberiore specie *Friedrich* | ac praemiis *Wex at cf. Sorof*^{2} || **6** atque **C** *secl. Kayser* namque *Lamb*^{al} *Adler* | ut *om.* **K** || **7** eloquentiae **L** eloquentia ||| **H** (*in ras. fuit* e) eloquentia **EK** || **10** nulla – quam **L** *om.* **MK** || **11** nam *del.* **E**^{2} || **12–14** nemo – putavit **L** *om.* **MK** || **15** viam **L** *pr. Cima alii* vim **MV**^{2} || **16** esse *om. Rom exp.* **V**^{2} || **18** eorum l. adhibitisque **L** *om.* **M** || **20** dicendi **C** *Courbaud Sutton* discendi *anonymi docti ap. Lamb alii* | ac **L** *om.* **M** *at cf. Pichon 366* et *Richard Sutton* || **22** suo quisque **M** quisque suo **L** | consecutus **LHE**^{2} assecutus **E**^{1} **U**^{2} *Sutton* adsecutus **V**^{2} *Cima*

adiungeretur usus frequens qui omnium magistrorum praecepta superaret. erant autem huic studio maxima quae nunc quoque sunt exposita praemia vel ad gratiam vel ad opes vel ad dignitatem, ingenia vero, ut multis
5 rebus possumus iudicare, nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt. quibus 16 de causis quis non iure miretur ex omni memoria aetatum temporum civitatum tam exiguum oratorum numerum inveniri?

10 Sed nimirum maius est hoc quiddam quam homines opinantur et pluribus ex artibus studiisque collectum. 5 quid enim quis aliud in maxima discentium multitudine summa magistrorum copia praestantissimis hominum ingeniis infinita causarum varietate amplissimis eloquentiae
15 propositis praemiis esse causae putet nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? est enim et 17 scientia comprendenda rerum plurimarum sine qua verborum volubilitas inanis atque inridenda est et ipsa oratio conformanda non solum electione sed etiam constructione
20 verborum et omnes animorum motus quos hominum generi rerum natura tribuit penitus pernoscendi, quod omnis vis ratioque dicendi in eorum qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis expromenda est. accedat eo-

6 *de §§ 16–23 Kroll[1] 576–8* || **19.20** constructione verborum: *Stegemann 1083 sq.*

1–2 adiungeretur – superaret *Non. 230, 35* (*propter* usus) | adhibeatur *(sic)* – superabit *(sic) Iul. Vict. RL 443, 27* || **10** *cf. 3, 84, Plato Gorgias 448 c* || **14.15** *Brut. 182* maximis praemiis eloquentiae propositis || **17.18** *or. 53* flumen . . . verborum volubilitasque || **19** constructione verborum *cf. Rhet. ad Her. 4, 18; Brut. 272* || **23 – p. 8, 5** accedat – neglegenda est **K** *§ 401 (p. 488 Schw.)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **2** superabit *Iul. Vict.* || **5** indicare **U**[2] || **6** hominibus **C** *del. Ernesti def. Heusinger ad Off. 1, 7* || **7** iure *om.* **O**[1]**P** || **10** nimirum **L** *(pr. Ammon)* enim **M** || **12** quid enim quis **M** quis enim **L** quid enim aliud *Rom* || **14** causarum **L** *om.* **M** | amplissimae **R** || **17** comprendenda **M**[1] comprehendenda **M**[2]**L** || **19** confirmanda **P**[1]**R** || **20** animorum **MU** *om.* **V**[1] **OPR** (add. **V**[2]) || **23** expromenda **MV**[2] exprimenda **LH**[3] *(pr. Bornecque*[1]*)*

dem oportet lepos quidam facetiaeque et eruditio libero
digna celeritasque et brevitas et respondendi et lacessendi
18 subtili venustate atque urbanitate coniuncta. tenenda
praeterea est omnis antiquitas exemplorumque vis neque
legum ac iuris civilis scientia neglegenda est. nam quid ego 5
de actione ipsa plura dicam quae motu corporis, quae
gestu, quae vultu, quae vocis conformatione ac varietate
moderanda est? quae sola per se ipsa quanta sit histrio-
num levis ars et scaena declarat in qua cum omnes in oris
et vocis et motus moderatione elaborent, quis ignorat 10
quam pauci sint fuerintque quos animo aequo spectare
possimus? quid dicam de thensauro rerum omnium memo-
ria? quae nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis
adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclarissima

1.2 eruditio libero digna: *L. Valmaggi Boll. di fil. class. 16, 49 sq. Barwick 13–17* || **3–5** *Vogt 7* || **3** urbanitate: *Franck, De vocis urbanitas apud Ciceronem vi atque usu Berlin-Gotha 1932* || **4** antiquitas: *Plumpe 47 sq.* | exemplorumque vis: *Schönberger 8 sqq.*

1–2 libero digna: *1, 72, Pis. 22 Fin. 5, 17, 47. Lael. 89* || **3–5** *cf. 1, 159; 201; 256; or. 120; part. or. 96* || **7** sq. *cf. Cic. Brut. 239, or. 55* || **12**–p. **9, 1** quid – peritura *Iul. Vict. RL 440, 12* | *Rhet. ad Her. 3, 28* ad thesaurum inventorum atque ad omnium partium rhetoricae custodem memoriam. *Aug. Rhet. RL 137, 6* M. Tullius ... hoc ut opinor modo: „venio nunc ad thensaurum rerum omnium memoriam" *Alb. RL 545, 37:* M. Tullius dicit: „thesaurus est omnium rerum memoria" | memoria: *2, 350–360; Rhet. ad Her. 3, 28–39; Brut. 217–219, 227. 265. 301. part. or. 26* || **13** – p. **9, 1** quae-peritura *Aug. Rhet. RL 137, 6 sqq. Alb. RL 545, 37*

[**M** = **H E L** = **V O P U R**] **1** facetiaque **O** | liberior **P**^{1} *(corr.* **P**^{2}*)* || **4** est **C** *om. Rom secl. Piderit* | neque legum **O P R U** *om.* **V**^{1} neque ius legum **MV**^{2} *Rom* neque vis legum **K** || **5** ac **C** aut ς **V**^{2} *Rom Richard Sutton* || **6** plura *secl. Bake* || **7** informatione *Ellendt* || **10** et^2 **L** *om.* **M** | elaborent **L** *(pr. Pichon 367 Herthel 3 propter sensum et clausulam)* laborent **M** | ignorat **L** -et **M** *(pr. Friedrich*^{2} *16 Cima Costa)* || **12** thensauro **V O**^{v} thesauro **M O P U R** *Iul. Vict.* | omnium rerum *Iul. Vict. Alb.* || **13** inventis cogitatisque **H**^{2}**E L** (cogitisque **H**^{1}) inventis cognitisque ς *Pearce* inventis ordinatisque *Aug.* inventis conlocatisque *Kayser Herthel at cf. 2, 355* cogitatis inventisque *Iul. Vict.* | et verbis *om. Aug.* verbis et rebus *Rom* || **14** praeclara *Iul. Vict. Alb.*

fuerint in oratore, peritura. quam ob rem mirari desinamus quae causa sit eloquentium paucitatis, cum ex illis rebus universis eloquentia constet quibus in singulis elaborare permagnum est, hortemurque potius liberos 5 nostros ceterosque quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem complectantur neque eis aut praeceptis aut magistris aut exercitationibus quibus utuntur omnes, sed aliis quibusdam se id quod expetunt consequi posse confidant. ac mea quidem sententia nemo 10 poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio; quae nisi subest res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et paene 15 puerilem. neque vero ego hoc tantum oneris imponam nostris praesertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis ac vitae, nihil ut iis putem licere nescire, quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac

19 | 6 20 | 21

9–14 *Kroll*[1] *556 sq., E. Gilson Phoenix 7 (1953) 1–19*

1 desinamus igitur mirari quae *(sic)* – permagnum est **K** *§ 402 (p. 489 Schw.)* || **9–11** mea – consecutus *Quint. 2, 21, 4* | **9** sq.: *cf. 3,121* || **12–15** etenim – puerilem **K** *§ 402 (p. 489 Schw.)* | ex rerum – puerilem *Iul. Vict. RL 374, 11* || **13** *Claudianus Mamercus De statu animae 2,7 (CSEL 11, 123, 19)* cui nisi subest res || **17 – p. 10, 2** quamquam – dicatur *Quint. 2, 21, 5*

[M = HE L = VOPUR] **1** fuerint **C** *Iul. Vict. Alb* sint *Aug.* | desinamus igitur mirari quae **K** || **2** paucitas **K** || **2. 3** ex illis rebus **L** (**O**[v]) ex illius rebus **O**[1] ex iis rebus **MV**[2] ex multis causis **K** || **3** quibus in **L** in quibus **MK** || **4** hortamurque **R** || **6** eis ⟨se⟩ *Kayser* || **8** se id **L** *om.* **M** (*ante* quod *ras. 3 litt.* **H**) *secl. Kayser* || **10** esse poterit *Quint.* || **11** magnarumque *Rom* || **12** efflorescat **OPR** *Iul. Vict. editores* exfl- **VU** florescat **MK** (florascat **E**[1]) *Courbaud*, ecf.- *Friedrich* || **12** oportet *om. Iul. Vict.* || **13–15** quae – puerilem *secl. Kayser* || **13** quae **C** ac *Iul. Vict.* | subest res **L** sit **MKV**[2] sint ς *Ellendt Firmani Costa* res sit *Iul. Vict.* subsit res *Lamb (pr. Stangl*[2] *13)* res est *Stangl* || **14** habet elocutionem et **C** elocutionem existere ac *Iul. Vict.* habet locutionem et *Ammon* || **15** hoc ego *Rom* | hoc *del. Lamb Schuetz* || **17** ⟨non⟩ nihil **V**[2] | quamquam vis **LH**[1] quamvis **H**[2]**E** || **18** professioque **LH**[1]**E**[2] perfectioque **H**[2]**E**[1]

polliceri videtur, ut omni de re quaecumque sit proposita
22 ornate ab eo copioseque dicatur. sed quia non dubito quin
hoc plerisque inmensum infinitumque videatur, et quod
Graecos homines non solum ingenio et doctrina sed etiam
otio studioque abundantis partitionem iam ·quandam 5
artium fecisse video neque in universo genere singulos
elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem
dicendi quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut
deliberationum versaretur et id unum genus oratori reli-
quisse, non complectar in his libris amplius quam quod 10
huic generi re quaesita et multum disputata summorum
23 hominum prope consensu est tributum, repetamque non
ab incunabulis nostrae veteris puerilisque doctrinae quen-
dam ordinem praeceptorum, sed ea quae quondam accepi
in nostrorum hominum eloquentissimorum et omni digni- 15
tate principum disputatione esse versata. non quo illa
contemnam quae Graeci dicendi artifices et doctores reli-
querunt, sed cum illa pateant in promptuque sint omni-
bus neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari
aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater, 20
ut opinor, ut eorum quibus summa dicendi laus a nostris
hominibus concessa est auctoritatem Graecis anteponam.
7 24 Cum igitur vehementius inveheretur in causam prin-
cipum consul Philippus Drusique tribunatus pro senatus

16 disputatione *Zoll 52–56* || **16–22** *Laurand 12* || **23** *de §§ 24–29; Ruch 197–199; Zoll 96; 99*

5 *Arch. 2, 3* otium ac studium

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** videtur **C** (**O**[v]) *(pr. Sorof[2] 5)* videatur **O V**[2] ς *cod. Bernensis Quint. Klotz*[1] *Firmani* | videntur *cod. Ambrosianus Quint.* | posita *Lag 32 Lamb* || **2** ornate ab eo **M** ab eo ornate **L** || **5** iam **M** *om.* **L** *Cima at cf. Stangl*[7] *55* || **6** artium *secl. Firmani* | fecisse video **L** *om.* **M** || **9** deliberationibus *I. H. Voss ap. Orellium* || **11** re quaesita **L** requisita **M**[1] requisitum **H**[3]**E**[2]**P**[2]ς | disputata **LM**[1] disputatum **H**[3]**E**[2]**P**[2]ς || **13** nostrae **C** iuxta **V**[2] **R** || **16** quo **C** quod ς *Ellendt Sutton* || **18** quom **M** cum (quom) **V** cum **OPUR** quoniam *Rom* || **20** possint **M** possent (i) **V U**[2] possent **OPU**[1]**R** | mi **MU** mihi **V** mihi **OPR** || **22** anteponam **MV**[2] **U**[2] ante-ponamus **V**[1]**OPU**[1]**R**

auctoritate susceptus infringi iam ac debilitari videretur, dici mihi memini ludorum Romanorum diebus L. Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanum contulisse. venisse eodem, socer eius qui fuerat, Q. Mucius dicebatur 5 et M. Antonius homo et consiliorum in re publica socius et summa cum Crasso familiaritate coniunctus. exierant 25 autem cum ipso Crasso adulescentes et Drusi maxime familiares et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suae conlocarent, C. Cotta qui tum tribunatum 10 pl(ebis) petebat, et P. Sulpicius qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. hi primo die de temporibus 26 deque universa re publica, quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. quo quidem in sermone multa divinitus a tribus illis 15 consularibus Cotta deplorata et commemorata narrabat, ut nihil incidisset postea civitati mali quod non inpendere illi tanto ante vidissent. eo autem omni sermone confecto 27 tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut cum lauti accubuissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis

14 sermone: *Zoll 49–51* || **18** humanitatem *J. Heinemann, Humanitas RE Supplb. 5 282 sqq; Harder 291–316; Harder[1] 64–74; O. E. Nybakken, Humanitas Romana, Transactions and Proceedings of the Am. Phil. Ass. 70 (1939) 396; Altevogt 57–59; F. Klingner, Humanität u. Humanitas, Godesberg 1947; V. Ruegg, Cicero und der Humanismus, Zürich 1946; G. Vanella, L'humanitas della concezione oratoria e storiografica di Cicerone, Napoli 1947; R. Dumaine REL 27 (1949) 42–44; J. Meyer, Humanitas bei Cicero, Diss. Freiburg 1950; H. Hafter, Die römische Humanitas, Neue Schweizer Rundschau 21 (1954) 729 sq.; Zoll 128–137*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** ac debilitari **L** debilitarique **MR** || **2** mihi **MR** *om.* **VOPU** *Ald* memini mihi **R** memini dici mihi *Rom* || **4** socer **M** socerum **L** | eius qui **C** qui eius *I. H. Voss ap. Orellium* | fuerat **L** fuerit **M** *Pol Pearce* fuisse **V**[2] ς *Rom Ernesti* || **7** ad. duo Drusi *Steph* duo ad. Drusi *Junt* || **9** conlocarent **MPUR** -arant **VO** *Bake at cf. Lebreton 312* | tum **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii ret. Cima Richard* | tribunatum **C** tribunus **V**[2m] ς || **10** petebat **L** -batur **M** ς **V**[2] || **11** temporibus **M** temporibus illis **L** *Richard Sutton* | illis *del. Ellendt alii* || **14** in **L** *om.* **M** *del. Ellendt at cf. Cima a. l.* | ⟨ita⟩ div. *Earle* | ⟨et⟩ a **R** || **15** *fortasse* communita *Reid* || **16** mali civitati **E** || **19** superioris **MU**[2] superior **L**

eaque esset in homine iucunditas et tantus in loquendo
lepos, ut dies inter eos curiae fuisse videretur, convi-
28 vium Tusculani. postero autem die cum illi maiores natu
satis quiessent et in ambulationem ventum esset, dicebat
tum Scaevolam duobus spatiis tribusve factis dixisse: 5
„Cur non imitamur Crasse Socratem illum qui est in
Phaedro Platonis? nam me haec tua platanus admonuit
quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est
diffusa ramis quam illa cuius umbram secutus est Socra-
tes, quae mihi videtur non tam ipsa acula quae describi- 10
tur quam Platonis oratione crevisse, et quod ille durissi-
mis pedibus fecit, ut se abiceret in herba atque ita illa
quae philosophi divinitus ferunt esse dicta loqueretur, id
meis pedibus certe concedi est aequius."
29 Tum Crassum „immo vero commodius etiam" pulvi- 15
nosque poposcisse et omnis in iis sedibus quae erant sub
8 platano consedisse dicebat. ibi ut ex pristino sermone rela-
xarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum
sermonem quendam de studio dicendi intulisse.
30 Qui cum ita esset exorsus non sibi cohortandum Sul- 20
picium et Cottam sed magis utrumque conlaudandum

20 *de §§ 30–34 Kroll*[1] *578. Weidner 67–69. Prümm 51–52. Schulte 9–27; 46–58. Perret 172. Smethurst 273–283; A. Guillemin*[1] *185; Michel 103 sq.; Barwick 17 sq.*

7 *cf. Plato Phaedr. 229 A, 230 B* || **8–9** patulis . . . ramis = ἀμφιλαφής *(Phaedr. 230 B)* || **11.12** durissimis pedibus = ἀνυπόδητος *(Phaedr. 229 A; Xenophon Mem. 1, 6, 2)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** in homine **C** in omni re *Eussner* | tantus *om.* **V** *(sp. 2 litt. vac.)* | loquendo **M** iocando **L** *(pr. Langen*[1] *5, Pichon 369 alii)* || **4** et **M** *om.* **L** *del. Madvig ap. Henrichsenum* | esset **MRV**^{2} *(pr. Lamb Sorof*[2] *1)* esse **VOPU** *(pr. Madvig ap. Henrichsenum)* | dicebat **C** *del.* **V**^{2} *Lamb alii (ret. Firmani Richard)* || **4.5** dicebat tum *secl. Kayser* || **7** admonet *Bake* || **9** diffusa est *Rom* | acula **MV**^{v}**O**^{v}**UR** aquula **OPV**^{2} || **10** quae^{2} **MU**^{2} qua **L** || **11** et **MV**^{m} sed **V**^{v}**OPUR** *(pr. Dziatzko 363)* || **12** herbam ς *Lamb (at cf. Ov. Her. 7, 1)* | illa **L** *om.* **M**ς *Rom secl. Friedrich ret. Cima Richard Sutton* || **13** feruntur **V**^{2} || **15** Crassum ⟨dixisse⟩ **M**^{2} | pulvinos **V** || **16** iis ς suis **M** his **L** || **17** dicebat **C** *del.* ς**V**^{2} *Lamb Schuetz* || **18** sol. C. n. Crassum *exp.* **V**^{2}

videri, quod tantam iam essent facultatem adepti, ut non aequalibus suis solum anteponerentur sed cum maioribus natu compararentur „neque vero mihi quicquam" inquit „praestabilius videtur quam posse dicendo tenere homi-
5 num mentis, adlicere voluntates, impellere quo velit, unde autem velit deducere. haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit semperque dominata est. quid enim 31 est aut tam admirabile quam ex infinita multitudine ho-
10 minum existere unum, qui id quod omnibus natura sit datum vel solus vel cum perpaucis facere possit? aut tam iucundum cognitu atque auditu quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? aut tam potens tamque magnificum quam populi motus iudi-
15 cum religiones senatus gravitatem unius oratione converti? quid tam porro regium tam liberale tam munificum 32 quam opem ferre supplicibus, excitare adflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? quid autem tam necessarium quam tenere semper arma,
20 quibus vel tectus ipse esse possis vel provocare improbos

16 *ad §§ 32–35 Philippson 417; Hubbel 39; Kroll[3] 1085* || **17** opem ferre: *Steidle 28 adn. 1*

3–6 neque – deducere **K** *§ 406 (p. 490 Schw.)* || **6** – p. **14, 1** *cf. 2,33 sqq.*; *Tac. dial. 5, 4–6* || **8–11** quid – possit **K** *§ 406 (p. 490 Schw.)* || **16** *ad §§ 32–34 cf. De inv. 1, 2–5, Isocr. or. 3, 5–8; 15, 253–7; 4, 48* || **16–18** quid tam – periculis **K** *§ 407 (p. 490 Schw.)* || **17** *cf. § 169* adflictos excitet || **20** sq. *cf. § 202; 2, 35; Leg. 1, 62*

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **1** tantam **MV**[2] **U**[2] **R**[2] tm̃ **V**[v] tantum **OPR**[1] **U**[1] facultatem **MUR** facultatiũ **V**[v] facultatum **OPU**[1] || **3** n. v. m. q. i. **M** n. v. m. q. **K** n. v. i. m. q. **OPUR** neque vero inquit q. **V** n. m. v. q. i. ς || **5** ⟨coetus⟩ mentis ς**V**[2] *def. Stangl[7] 5 at cf. Sorof[1]* || **7** maximeque **L** maxime **M** *Costa* || **9** hominum multitudine ς *Lamb* || **11** perpaucis **HE**[2] **L** *(def. Lochmüller 4–12)* paucis **EV**[2] ς *Cima Costa Richard* || **12** sapientibus **M** -tissimis **L** || **13** ornata **LH**[1] exornata **H**[2] **E** | polita **C** perp- ς**V**[2] || **14** tamque **C** atque *Rom* | iudicium **EU** || **16** tam porro **MKV**[2] porro tam **L** || **20** tectus *del. Courbaud* | esse *del. Courbaud* | vel[2] *del. Courbaud* | protegere *Tittler* || **20** improbos **L** *(cf. Div. in Caec. 70)* integros **M** *Tittler* integer *Vassis[1] 32* integer reos *Deiter* iniquos *Stangl[7]* infestos *Meusel* integer improbos *Mueller* improbos *del. Bake*

vel te ulcisci lacessitus? age vero ne semper forum subsellia rostra curiamque meditere, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis quam sermo facetus ac nulla in re rudis? hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod conloquimur inter nos et quod ex- 5
33 primere dicendo sensa possumus. quam ob rem quis hoc non iure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut quo uno homines maxime bestiis praestent in hoc hominibus ipsis antecellat? ut vero iam ad illa summa veniamus, quae vis alia potuit aut dispersos homines 10 unum in locum congregare aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere aut iam
34 constitutis civitatibus leges iudicia iura describere? ac ne plura quae sunt paene innumerabilia consecter, comprehendam brevi: sic enim statuo, perfecti oratoris mode- 15 ratione et sapientia non solum ipsius dignitatem sed et privatorum plurimorum et universae rei publicae salutem maxime contineri. quam ob rem pergite ut facitis, adulescentes, atque in id studium in quo estis incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei p(ublicae) emo- 20 lumento esse possitis.“

3 sermo: *Barwick 28–30* || **6** *de § 33 Pallasse 59* || **13** *de § 34 Steidle 28. Neuhauser 12* || **16** sapientia: *S. van Riet Rev. Belge de Phil. 1941, 783*

2–4 quid denique potest esse in otio *(sic)* – rudis **K** *§ 408 (490 Schw.)* || **5–6** et quod – possumus *Non. 433,10* (*propter* sensus et sensa) || **9–13** *cf. Sest. 91, nat. deor. 2,148 (eadem de philosophia Tusc. 5, 5); alludit ad locum Quint. 3, 2, 4* || **13–15** ac ne *u. ad* brevi Charis. ars gr. 254, 21 B || **15–18** sic enim – contineri **K** *§ 408 (p. 490 Schw.)* || **18–21** *cf. Isocr. or. 15, 174*

[M = HE L = VOPUR] **2** meditere **MV²** -eris **L** || **5** et quod **C** atque **R** quod *exp.* **V²** *om. Rom* || **6** dicendo **L** in d. **M** *fort.* nos dic. *Friedrich* | possimus ς *Rom* || **9** antecellat **H¹E²L** -lant **H²E¹** || **11** ad **C** in *Firmani* || **13** describere **EL** discribere **H¹** *(pr. Friedrich² 17)* || **14** paene *om. Charis.* | comprehendam **M²L** *Charis.* comprendam **H¹** comparandam **E¹** || **15** breviter *Lamb* || **16** ipsius **MV² U²** istius **L** | sed etiam **R** || **17** plurimorum **L** et plur- **M** | ut un. **R** || **18** maximam **K** || **20** vobis **MU** nobis **L** || **21** possit malit *Friedrich² 17 Firmani*

9 35 Tum Scaevola comiter ut solebat „cetera“ inquit „adsentior Crasso, ne aut de C. Laeli soceri mei aut de huius generi aut arte aut gloria detraham, sed illa duo Crasse vereor ut tibi possim concedere: unum quod ab oratori-
5 bus civitates et initio constitutas et saepe conservatas esse dixisti, alterum quod remoto foro contione iudiciis senatu statuisti oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum. quis enim tibi hoc concesserit 36 aut initio genus hominum in montibus ac silvis dissipa-
10 tum non prudentium consiliis compulsum potius quam disertorum oratione delenitum se oppidis moenibusque saepsisse? aut vero reliquas utilitates aut in constituendis aut in conservandis civitatibus non a sapientibus et fortibus viris sed a disertis ornateque dicentibus esse constitu-
15 tas? an vero tibi Romulus ille aut pastores et convenas 37 congregasse aut Sabinorum conubia coniunxisse aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari? quid? in Numa Pompilio, quid? in Servio Tullio, quid? in ceteris regibus quorum multa sunt
20 eximia ad constituendam r(em) p(ublicam), num quod eloquentiae vestigium apparet? quid? exactis regibus, tametsi ipsam exactionem mente non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus, sed deinceps omnia nonne plena

1 comiter: *Heuer Comitas, facilitas, liberalitas Diss. Münster 1941* | *de §§ 35–44 Prümm 52 sq. Barwick 18–20* || **8** perfectum: *Hubbel 28; Barwick 7 sq.*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **2** Crasso **MV**^{m}**P** Crasse **V**^{v}**OP**^{2}**al** **UR** | aut^{1} **C** quis ς || **4** ut **L** aut **M**^{1} haud **M**^{2} ne **V**^{2} *Rom* | possum ς || **5** initio **M** *(cf. Cima ad l.)* ab initio **L** || **6** contionem **U** || **7** omni **L** *om.* **M** || **9** ⟨in⟩ initio **V**^{2} | dissip- **EL** dissupatum **H** || **10** non prudentium **L** *om.* **M** (non *add.* **M**^{2}) | pulsum **R** || **11** delenitum **H**^{1}**VP**^{2}**UR** delin- **EOPV**^{2} || **12** aut^{1} **L** atque **H**^{1} at **H**^{2}**E** | aut in constituendis aut in conservandis **M** aut instituendis aut conservandis **L** aut in inst. aut in cons. ς **V**^{2} aut i. c. a. i. c. *del. Bake* || **13** in *del. Ernesti* | fortibus **MOP** ⟨a⟩ fort. **VUR** || **14** ornateque **M** et ornate **L** *Sutton* || **15** vero **MU** *om.* **VOPR** *del. Stroux*[3] | et **M** aut **L** || **16** aut **M** *om.* **L** | conubia **L** coniugia **M** || **18** in **L** enim **H**^{1} enim in **H**^{2}**E** || **19** Tullio **M** Tullo **L** || **20** num quod **VU**^{1} numquid **O**^{2}**U**^{2}**R** num quidem **P** num **MO**^{1} || **22** lingua non mente *Weber at cf. Brut. 53*

38 consiliorum inania verborum videmus? ego vero si velim et nostrae civitatis exemplis uti et aliarum, plura proferre possim detrimenta publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos importata; sed ut reliqua praetermittam, omnium mihi videor exceptis, Crasse, vobis duo- 5 bus eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios, quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et saepe alias et maxime censor saluti rei publicae fuit. atque is non accurata quadam orationis copia sed nutu atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit; 10 quod nisi fecisset, rem publicam quam nunc vix tenemus iam diu nullam haberemus. at vero eius filii diserti et omnibus vel naturae vel doctrinae praesidiis ad dicendum parati cum civitatem vel paterno consilio vel avitis armis florentissimam accepissent, ista praeclara gubernatrice, 15 ut ais, civitatum eloquentia rem publicam dissipaverunt.
10 39 quid? leges veteres mosque maiorum, quid? auspicia quibus ego et tu, Crasse, cum magna rei publicae salute praesumus, quid? religiones et caerimoniae, quid? haec iura civilia quae iam pridem in nostra familia sine ulla 20 eloquentiae laude versantur, num aut inventa sunt aut
40 cognita aut omnino ab oratorum genere tractata? equi-

1 *de § 38 Martinelli*[1] *64; Michel 25 et 48* || **1–4** *cf. Philippson 417* || **2** civitatis exemplis *Vogt 15* || **12–17** *Michel REL 38 (1960) 35* || **17** mosque maiorum: *Plumpe 61–69; Guillemin 209–230*

1–4 *cf. De inv. 1, 1; Quint. 2, 16.* || **3.4** publicis – importata *Non. 130, 16* (*propter* „inportatum“) || **16** *Phil. 2, 6* reliquias rei p. dissipavisses

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** si **MVO**[v]**UR** sive **O**[1]**P** || **3** possim **C** possum *vel* possem ς | quam **C** quae *Non* || **4** importata **HL** inp- **E** || **6** Sempronios **M**[1]**L** -ium **M**[2] || **8** maxume **H**[1] -ime **H**[2]**L** -ima **E**[1] -imae **E**[2] || **9** atque is **LM**[2] atquis **H**[1] adquis **E**[1] atqui is *Kayser Costa* || **10** nutu **L** nuda **M** nuda *Rom Pol* nude *Beck ap. Ellendt* | verbo ⟨liberrimo⟩ *Pol* || **12** dudum **OP** || **14** avitis **M**[2]**L** aviteis **M**[1] || **16** eloquentia *secl. Kayser* | dissupaverunt **H**[1] dissip- **H**[2]**EL** || **17** mosque **L** *(cf. Cat. 1, 28; Pro domo 68, Sest. 98, Vat 34)* moresque **MV**[2] || **18** ⟨et⟩ ego **UR**ς *Cima Sutton at cf. Friedrich*[2] *16* | Crasse **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *16*

dem et Ser. Galbam memoria teneo divinum hominem in
dicendo et M. Aemilium Porcinam et C. ipsum Carbonem
quem tu adulescentulus perculisti ignarum legum haesi-
tantem in maiorum institutis rudem in iure civili; et haec
5 aetas vostra praeter te, Crasse, qui tuo magis studio quam
proprio munere aliquo disertorum ius a nobis civile didi-
cisti, quod interdum pudeat, iuris ignara est.

Quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, 41
oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime
10 posse versari, id nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem
multisque praeissem, qui aut interdicto tecum contende-
rent aut te ex iure manum consertum vocarent, quod in
alienas possessiones tam temere inruisses. agerent enim 42
tecum lege primum Pythagorei omnes atque Democritii
15 ceterique in ⟨iure⟩ sua physici vindicarent, ornati homi-
nes in dicendo et graves, quibuscum tibi iusto sacramento
contendere non liceret. urguerent praeterea philosophorum
greges iam ab illo fonte et capite Socrate, nihil te de bonis

11 aut interdicto *eqs: Roby*[1] *57 sqq.*

12 manum consertum vocarent: *cf. Mur. 26; Varro l. l. 6, 7, 64; Gell. N. A. 20, 10* || **16** *Caec. 97* sacramentum . . . iustum

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **2** M. *om.* **U** | ipsum *om.* **U** || **3** perculisti **MV**^{v} perp- **VOUR** pep- **P** percuss- *Lag 32* propuls- *Lag 81* || **5** vostra **H** *(pr. Stroux*[2] *138 sq.)* vr̄a **V**^{v}**OU** nostra **EVPRU**^{m} ς vestra *Wilkins* || **8** ⟨pro⟩ tuo ς *Rom* || **9** omnis **MR** omni **L** omni sermone ac *Schuetz* || **10** posse versari **L** versari posse **M** | in **L** a **M** || **11** praeissem **L** *Courbaud Firmani Costa Richard* praeessem **MU** *(pr. Roby*[1]*)* praesto essem *Reid* || **12** manum **VOPU**^{1} manu **MP**^{al}**U**^{2}**R** *Sutton* || **13** inruisses **V** irr- **MOPUR** || **14** lege **C** *del. Schuetz* | Pythagorei omnes **M** omnes Pythagorei **L** | Democritii ς *Lag 4* Democriti **MR** Democritici **VOPU** || **15** in ⟨iure⟩ sua *Friedrich*[2] *Harnecker Cima Wilkins Courbaud* in suo **C** in suo genere *vel* in suo iure *vel* suo iure ς in genere suo **V**^{2} *Rom* suo iure *Lamb* iure suo *Ellendt* sua in iure *Orelli Kayser Sorof* sua iure *Bake* in iure *Piderit Adler* id suum *Seyffert* qui sua *Stroux*[3] | vindicarent **M** vindicarentque **L** | ornati homines **L** *om.* **M** ornati *u. ad* graves *secl. Friedrich*[2] *19* | homines *secl. Sorof*[5] *Lochmüller 12 sq.* || **16** et *del.* **M**^{2} | quibuscum **LM**^{2} quibus quom **H**^{1} quibus quem **E**^{1} | iusto sacramento **M**^{2}**V**^{2}**U**^{2} iustum sacramentum **M**^{1}**L** || **17** contenderet **VR** || **18** Socrate **M** -is **L** | te *om. Rom* | de *om.* **R**

rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitae didicisse, nihil omnino quaesisse, nihil scire convincerent; et cum universi in te impetum fecissent, tum singulae familiae
43 litem tibi intenderent; instaret Academia, quae, quicquid dixisses, id te ipsum negare cogeret; Stoici vero nostri disputationum suarum atque interrogationum laqueis te inretitum tenerent. Peripatetici autem etiam haec ipsa, quae propria oratorum putas esse adiumenta atque ornamenta dicendi, ab se peti vincerent oportere, ac non solum meliora sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque de istis rebus quam omnis dicendi magistros scripsisse
44 ostenderent. missos facio mathematicos grammaticos musicos, quorum artibus vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate contingitur. quam ob rem ista tanta tamque multa profitenda Crasse non censeo. satis id est magnum, quod potes praestare, ut in iudiciis ea causa, quamcumque tu dicis, melior et probabilior esse videatur; ut in contionibus et in sententiis dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio; denique ut prudentibus diserte, stultis etiam vere videare dicere. hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse.
11 45 Tum ille, „non sum“, inquit, „nescius, Scaevola, ista in-

7 *Tusc. 5, 76* laqueis Stoicorum || **20** denique ut sapientibus *(sic)* – dicere *Aug. Princ. dial. 9 (Patr. Lat. Migne 32, 1415)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **3** convincentes *Earle Firmani* || **6** negare cogeret **L** necarent **E**[1] necaret **HE**[2] (*omisso* cogeret) scire negaret *Ald Steph* id ipsum negaret *Bornecque*[1] || **9** putas esse **L** putasses **M** putares esse *Ernesti* || **10** ab se **OPUR** ap (b supra) se **V** a se **M** *(cf. Neue – Wagner II*[3] *847 sq.)* || **12** istis **M** his **L** *Sutton* || **15** contingitur **C** *Sutton* concingitur **O**[2] coniungitur ς**V**[2] || quam ob rem ista **L** *(cf. Stroux*[2] *151)* quam ista **M**[1] qua ergo ista **H**[2] que ergo ista **E**[2] || **16** profitenda Crasse **L** profitenda causae **M**[1] profitendi causa est **M**[2] | non *del.* **H**[2] | id **MURV**[2] idem **V**[1]**OP** | est **LE**[1] esse **HE**[2] || **17** potes **L** potest **M** || **19** et in sententiis **EH**[2] et sententiis **H**[1] ut in sententiis **L** || **20** prudentibus **C** sapientibus *Aug.* || **21** videare dicere **M** dicere videaris **L** videaris dicere *Aug. Ernesti* || **22** poteris **L** poterit **M**

ter Graecos dici et disceptari solere. audivi enim summos homines, cum quaestor ex Macedonia venissem Athenas florente Academia, ut temporibus illis ferebatur, cum eam Charmadas et Clitomachus et Aeschines optinebant.
5 erat etiam Metrodorus, qui cum illis una etiam ipsum illum Carneadem diligentius audierat, hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum; vigebatque auditor Panaeti illius tui Mnesarchus et Peripatetici Critolai Diodorus. multi erant praeterea clari in 46
10 philosophia et nobiles, a quibus omnibus una paene voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia ac tantum in iudicia et contiunculas tamquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam. sed ego neque illis adsentie- 47
15 bar neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo Platoni, cuius tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgian; quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus inridendis ipse esse orator

1 audivi enim: *Hendrickson*[1] *187* | *de §§ 45–74 Arnim 104; Kroll*[1] *579–586; Prümm 53–56; Schulte 60–79; Perret 169–189; Barwick 25–28* || **14** *ad § 47 Laurand 22; Perret 183; Smethurst 28; Michel 96; Leeman 206; Zoll 137*

15 *Tusc. 1,48* inventori et principi || **15** sq. *cf. or. 62* || **18** Gorgian: *cf. 3,122*

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **2** ex Macedonia *secl. Cima* || **3** quom **H**[1] cum **H**[2] **E U**[2] quod **L** || **4** Charmadas **M**[1] **VOPU** Carmadas **R** Charneades **M**[2] Charneadas **V**[2] || **5** etiam **L** *(cf. Verr. 1,53) om.* **M** *del. Ernesti ceteri editores* | ipse *Schuetz* || **6** diligentius **MV**[2] **U**[2] diligenter **L** || **7** ferebant **L** -bat **M** -batur ς *Ellendt Wilkins* | acerrumum **H**[1] -imum **H**[2] **EL** | vigebat *Sutton* || **8** Panaeti **R** -tii **MVO PU** || **9** Critolai Diodorus **M** Critolaus et Diodorus **L** | praeclari *Rom Ernesti* in ph. praeclari **U** || **10** paene una **H**[1] (*corr.* **H**[2]) | voce repelli **MV**[2] repelli voce **L** || **11** ⟨et⟩ excl. **V**[2] || **13** pistrinum **HE**[2] **VO**[v] **PU** pristinum **E**[1] **OR** || **14** adsentibar **VR** || **16** omnium **M V**[2] **U**[2] hominum **L** | et eloquentissimo *secl. Ellendt* et elegantissimo *malit Bake* || **17** cuius **H**[2] **EL** quoius **H**[1] | cum Charmada diligentius legi **M** diligentius legi cum Carmada **L** (Carmade **V**[2]) || **18** Gorgian **L** -am **M** | maxume **H** -ime **EL** || **19** in **L** *om.* **MO**[1] *secl. Kayser alii cf. Lebreton p. 403 sq. cf. praeterea 1,171; 3,138* || **19** – p. 20, **1** summus orator **O**

summus videbatur. verbi enim controversia iam diu torquet Graeculos homines contentionis cupidiores quam
48 veritatis. nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in iure aut in iudiciis possit aut apud populum aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum neque sine legum moris iuris scientia neque natura hominum incognita ac moribus in iis ipsis rebus satis callide versari et perite potest. qui autem haec cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? sin oratoris nihil vis esse nisi composite ornate copiose loqui, quaero, id ipsum qui possit adsequi sine ea scientia quam ei non conceditis? dicendi enim virtus, nisi ei qui dicet et
49 ea quae dicet percepta sunt, extare non potest. quam ob rem, si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus, materies illa fuit physici de qua

1 controversia: *Zoll 57 sq.* || **3** *ad § 48–50 Michel 110* || **15** dicendi . . . virtus: *Liebers 136 sq.*

1–3 verbi – veritatis *Aug. cont. Cresc. 1, 12, 15 (CSEL 52, 338, verbo* homines *omisso). cf. Aug. de civ. Dei 9, 5:* sed ut ait Tullius „verbi controversia iam diu torqueat *(sic)* homines Graeculos – veritatis“ || **2** Graeculos: *alludere videtur ad locum Aug. contra Acad. 3, 8, 17 (Patr. Lat. Migne 63, 58)* || **13** ornate, copiose: *Tusc. 1, 7* copiose . . . ornateque dicere; *Aug. Conf. 1, 8, 28* copiose ornateque narrarent.

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** iam **MU**[2] tam **L** | torquet **C** torqueat *Aug. De civ. Dei 9, 5* homines *om. Aug. cont. Cresc* || **2** Graeculos **C**(**O**[v]) Graecos **O** | homines Graeculos *Aug. De civ. Dei 9, 5 Rom* || **3** statuit **MKV**[2] -et **L** || **4** aut[1] **H**[2]**EL** et **H**[1]*ς* in iure aut *exp.* **V**[2] | posset **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || **5** aut **MV**[2]**U** *om.* **V**[1]**OPR** || **7** publicarum *exp.* **V**[2] || **8** moris **VO**[v]**PUR** *exp.* **V**[2] *(pr. Herthel 7)* morum **MK** || **10** haec cognoverit **MU** cognoverit haec **L** || **11** in causis *secl. Pluygers* || **13** copioseque **M**[2] | loqui **M** eloqui **L** (copiosae loqui **U**) || **15** conceditis **H**[1]**L** concedis **H**[2]**EV**[2] | ei **L** (*ex* ea *corr.* **V**[1]) et **MK** | dicet **MKP** dicit **L** *Sutton* | et **M** *om.* **L** *del. Ellendt* || **16** quae dicet **MK** de quibus dicit **L** | sint **E**[2]**V**[2]*ς* *Firmani Sutton* || **17** est **L** esses **M**[1] esset **M**[2] | et **M** *om.* **L** | fertur **C** ferunt *ς* *Rom* || **18** physici **L** physicae **MU**[2] philosophiae *ς* *Rom*

dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est.
et, si Plato de rebus ab civilibus controversiis remotissi-
mis divinitus est locutus, quod ego concedo, si item Ari-
stoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis de
5 quibus disputaverunt eloquentes et in dicendo suaves at-
que ornati fuerunt, sint eae res de quibus disputant in
aliis quibusdam studiis, oratio quidem ipsa propria est
huius unius rationis de qua loquimur et quaerimus. et- 50
enim videmus isdem de rebus ieiune quosdam et exiliter,
10 ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum, disputa-
visse neque ob eam rem philosophiae non satis fecisse,
quod non habuerit in hac dicendi arte aliena facultatem.
quid ergo interest? aut qui discernes eorum quos nomi- 12
navi ubertatem in dicendo et copiam ab eorum exilitate
15 qui hac dicendi varietate et elegantia non utuntur? unum
erit profecto, quod ii qui bene dicunt, adferant proprium:
compositam orationem et ornatam et artificio quodam et
expolitione distinctam. haec autem oratio, si res non
subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse
20 est aut omnium inrisione ludatur. quid est enim tam 51
furiosum quam verborum vel optimorum atque ornatissi-

8 *de §§ 50–51 Weidner 53*

20 –p. 22, **1** quid – scientia *Gell. N. A. 1, 15, 7* || **21**–p. 22, **1** quam – sententia *Iul. Vict. R. L. 443, 32*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** oratoris **L** oratorum **M** || **2** ab **MOPU** *(cf. Stangl*[1] *30)* ac **VO**[v] **R** || **3** item **L** iisdem **H**[1] isdem **H**[2]**E** || **4** iis **M** his **L** || **5** intellegentes *Kayser* || **9** isdem **V** iisdem **OPURM** || **10** disputavisse **C**(**O**[v]) tacuisse **O** || **11** non *exp.* **V**[2] || **12** habuerint *Sorof*[2] *5* | in hac dicendi arte aliena **M** *(pr. Friedrich*[2] *19)* hanc dicendi ex arte alienam **L** ex a. aliena hanc d. *Rom* in hac a. alienam d. ς hanc d. in a. aliena *Gruter* in hac d. a. aliquam *Halm* hanc d. ex a. aliena *Wilkins Courbaud* || **13** qui **H**[2]**EVU** quid **H**[1] quo **OPR** quia ς | nominavi ubertatem in dicendo **L** nominavi /// ubertatem dicendo **H**[1] (*in ras. fuit* in; *post* ubertatem *suppl.* in **H**[2]) nomina dicendo ubertatem **E**[1] nominavi in d. u. **E**[2]ς nominavimus *dubitanter Friedrich* || **15** dicendi *secl. Steph Lamb* || **16** adferant **VU** *(pr. Pichon 365)* afferant **OP** afferunt **MR** *exp.* **V**[2] adferent *Schuetz* | proprium **L** -am **MRV**[2] || **17** ⟨et⟩ comp. ς **V**[2] || **18** dispositione ς | distinctam **C** dest- **V**[1] destinctam ⟨habent⟩ **V**[2] *Rom* || **20** ludatur **C** *(pr. Lebreton 177)* laedatur **U**[2] eludatur *Reid* | est enim **MUR** enim est **VOP** *Gell.* || **21** furiosum **C** vitiosum *Iul. Vict.* | ornatissimorum **C** amplissimorum *Iul. Vict.*

morum sonitus inanis, nulla subiecta sententia nec scientia? quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, orator id, si tamquam clientis causam didicerit, dicet melius et ornatius quam ipse ille eius rei inven-
52 tor atque artifex. nam si quis erit qui hoc dicat, esse 5
quasdam oratorum proprias sententias atque causas et certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam, fatebor equidem in iis magis adsidue versari hanc nostram dictionem; sed tamen in iis ipsis rebus permulta sunt, quae isti magistri qui rhetorici vocantur nec tra- 10
53 dunt nec tenent. quis enim nescit maxime vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut dolorem incitandis vel ab hisce isdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis? quae nisi qui naturas hominum vimque omnem humanitatis causasque 15
eas quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit.
54 atqui totus hic locus philosophorum proprius videtur, neque orator me auctore umquam repugnabit; sed cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi 20
voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa

2–5 *Michel 139* || **10** magistri qui rhetorici vocantur: *Kroll*[3] *1086* || **11** *ad § 53 sq. Laurand 23, 35*

1 *Tusc. 5,73* inanis sonos. || **11** *ad § 53 cf. § 60; or. 15 Plato Phaedr. 271 A–C. 261 A* || **11–14** quis – revocandis **K** *§ 411 (p. 490 Schw.)* || **18. 19** atque – repugnabit **K** *§ 411 (p. 490 Schw.)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** nec **C** ne **H**[1] (*corr.* **H**[2]) *Gell* || **3** orator id **M** *(pr. Stangl*[1] *28)* id orator **L** || **4** ipse ille **MR** ille ipse **L** || **7** ⟨quasi⟩ cert. **R**ς *Rom* cert. ⟨quasi⟩ **V**[2] || **7** rerum **C** artium **V**[2] | ⟨tamquam⟩ for. **M**[2] | for. ⟨quasi⟩ *Lamb* || **8** in iis **M** illis **VOPU** in his **RV**[2]**U**[2] || **9** iis ipsis **M** ipsis **VOP** his ipsis **UR** | multa **V**[2] *Rom* || **10** isti **L** *(cf. § 87)* ipsi **MV**[2] ipsi isti *Stroux*[3] | rhetorici *secl. Langen*[2] *6* rhetores *malit Reid* || **12** aut **VOPU**[1] vel **MKR** **V**[2]**U**[2] || **13** aut dolorem **MKVU** aut ⟨ad⟩ dol. **OPR**ς ad dolorem *secl. Friedrich*[2] 20 ad odium [dolorem] *Firmani* || **14** quae **C** *(def. Pearce ad l. Adler*[1] *9) Orelli Ellendt* quare *Passeratius apud Lambinum alii* quod *Rhode* | nisi ⟨si⟩ *Sorof*[2] 5 || **17** quod **C** quoad *Piderit*[1] || **18** atqui **L** atque **MK** | videtur **M** putatur **L** est *Orelli* || **21** quae sine **C** quae *del.* **M**[2] || **21–p. 23,1** illa scientia nulla est **L** ulla *(deinde per ras. in* illa *mutatum)* scientia |||| nullā sibi **H** ullā scientiam nullā sibi **E**[1] ulla scientia nullā sibi **E**[2] sine qua i. s. n. est *Bake* quae s. i. est sc. nulla *Friedrich* quae – nulla est *secl. Langen*[2] *4*

scientia nulla est, sibi adsumet; hoc enim est proprium oratoris quod saepe iam dixi: oratio gravis et ornata et hominum sensibus ac mentibus accommodata. quibus de rebus Aristotelen et Theophrastum scripsisse fateor. sed
5 vide ne hoc, Scaevola, totum sit a me. nam ego quae sunt oratori cum illis communia non mutuor ab illis; isti quae de his rebus disputant oratorum esse concedunt. itaque ceteros libros artis suae nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant. etenim cum illi in dicendo incide-
10 rint loci, quod persaepe evenit, ut de dis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi civium, de hominum, de gentium iure, de aequitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt credo omnia gymnasia atque om-
15 nes philosophorum scholae sua esse haec omnia propria, nihil omnino ad oratorem pertinere. quibus ego ut his de rebus in angulis consumendi oti causa disserant cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam et exiguo sermone disputant,
20 hic cum omni iucunditate et gravitate explicet. haec ego cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc aedilis curulis

13 55 … 56 … 57

4 Aristotelen et Theophrastum: *cf. Cic. de div. 2, 4*

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **1** enim **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **2** dixi **L** dixerat **M**[1] dixeram **M**[2]**V**[2]**R** || **4** Aristotelen **V** -lem *ceteri* || **6** oratori **MRV**[2] -is **L** | isti **C** ipsi *Kayser* | quae **L** qui **MV**[2] || **7** his **L** iis **M** | oratorum **L** horum **M** haec oratorum *Friedrich Costa* || **8** certos **RU**[2] | artis **L** aristii **H** arustii **E**[1] arstii **E**[2] artis ⟨isti⟩ **UR** *Sutton* | suae **M**[1]**VOP** suo **M**[2]**UR** suae ⟨quemque⟩ *Earle* || **9** cum **EL** quom **H**[1] | illi **L** -is **M** | inciderunt *Bake* || **10** dis **V** diis *ceteri* || **11** communi *del. Piderit*[1] civium de hominum de *del. Adler* civium de *del. Sorof at iure def. lectionem codd. Robby*[1] || **12** de gentium *del. Sorof* || **14** clamant *Bake* | atque omnes **OPRUM**[2] omnes *om.* **V** ⟨atque omnes ia⟩ atque omnes **M**[1] || **15** omnia **MU** *om.* **VOPR** *del. Schuetz* | propria *secl. Kayser* || **16** his de **VOPU** de his **ER** de iis **H** || **17** rebus ⟨omnibus⟩ **R** *Kayser Richard Sutton* || **18** eadem de quibus **HE**[2]**UR** eadem quibus **E**[1] ea de quibus **VOP** || **19** et *om.* **E**[1]ς | exiguo **M**[2]**VOPU** exigui **M**[1] exangui **R** *Friedrich Courbaud* exanguique ς *quod multi recentes editores in textum receperunt metaphorae elegantiam approbantes sed iniuria, ut putat Stroux*[3] *(cf. praeterea 3,81)* || **21** tum **L** *om.* **MR** *secl. Kayser ret. Richard* || **22** – p. 24, **1** nunc – et *Cobeto duce del. Kayser Wilkins*

est et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset; ac iam tum erat adulescentulus his studiis
58 mirifice deditus. iam vero de legibus tuendis, de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de iure civium generatim in ordines aetatesque discripto dicant vel Graeci, si volunt, 5
Lycurgum et Solonem – quamquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos – scisse melius quam Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos, vel nostri decemviros, qui XII tabulas perscripserint quos necesse est fuisse prudentis, ante- 10
ponant in hoc genere et Ser. Galbae et socero tuo C. Laelio, quos constat dicendi gloria praestitisse. numquam enim
59 negabo esse artes quasdam proprias eorum qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt, sed oratorem plenum atque perfectum esse eum, qui 15
de omnibus rebus possit copiose varieque dicere. etenim
14 saepe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum. quaero enim 20
60 num possit aut contra imperatorem aut pro imperatore

13 *ad §§ 59–73 Gilson 1–19* || **21** *ad § 60 Michel 89*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** et **MV**^{2} qui **L** || **3** tuendis **M** *(pr Stangl*^{9}*) Firmani Costa* instituendis **L** constituendis *Wilkins* inventis *Friedrich*^{3} de institutis *Adler* ⟨institutisque⟩ tuendis *Cima*^{2} *458* de conventis *Sorof* tuendis *del. Piderit alii* | de^3 **L** *om.* **M** || **4** de^1 **L** *om.* **M** | civium **M** civili **L** *Rom Ernesti Sutton* || **5** discripto *Piderit quem omnes secuti sunt* descripto **C** descriptorum *Lamb* discriptorum *Wilkins* | vel **L** velut **M** | si **L** *om.* **M** || **6** et **M** aut **L** | quamquam **L** quam **M**^{1} numquam **M**^{2} || **7** ponendos **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || **9** nostri *Man* -os **C** || **10** perscripserint **M**^{1}**V**^{1} -erunt **M**^{2}**V**^{2} **U** scripserint **OP** -erunt **R** || **11** in **L** *om.* **M** | Ser. **M** Servio **L** Sergio **R**ς || **12** numquam **C** nec ς *Orelli Ellendt Firmani* || **13** artes quasdam **L** quasdam artes **U**^{2} quasdam partis **M** quasdam artis *Piderit* | qui in his **L** quom iis **H**^{1} qui||| iis **H**^{2} qui is **E**^{1} (his **E**^{2}) || **14** posuerunt **L** dep- **M** disp- ς *Rom* || **16** copiose varieque **M** varie copioseque **L** || **18** non ⟨est⟩ *Rom* || **19** concedis *vel* conceditur ς || **20** atque sumendum **MV**^{2} et adsumendum **V**^{1} **U** et ass- **OPR** atque adsumendum *Piderit alii* atque eruendum *Richard* atque sum. *secl. Kayser* || **21** num ⟨in iudicio⟩ *Muther*^{1} *3*

dici sine rei militaris usu aut saepe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia; num apud populum de legibus iubendis aut vetandis, num in senatu de omni rei publicae genere dici sine summa rerum civilium
5 cognitione et prudentia; num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam extinguendos, quod unum in oratore dominatur, sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quae de naturis humani generis ac moribus a philosophis ex-
10 plicantur. atque haud scio an minus vobis hoc sim pro- 61 baturus; equidem non dubitabo quod sentio dicere: physica ista ipsa ⟨et⟩ quae paulo ante mathematica⟨e⟩ et ceterarum artium propria posuisti, scientiae sunt eorum qui illa profitentur; illustrari autem oratione si quis istas
15 ipsas artis velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. neque enim, si Philonem illum architectum, qui 62 Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse.
20 nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, cum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset. neque vero Asclepiades, is quo nos medico amicoque usi

16 *ad § 62 Michel 89*

7 quod unum *cf. § 219; 2, 215; or. 69; 128; Brut. 279*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** usu **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **2** aut **MUR** *om.* **V**[1]**OP** | maritumarum **H**[1] maritim- **H**[2]**EL** | scientia **L** sententia **M** || **4** dici *secl. Ernesti* || **7** diligentissuma **H**[1] -ssima **H**[2]**EL** || **10** haud scio an **MURV**[2] haud scio haud **V**[1]**OP** haud scio haut **V**[v] | vobis hoc sim **M** hoc sim vobis **VOPU** hoc vobis sim **R** || **11** equidem **MUR** *om.* **V**[1]**OP** | dubitabo **MR** dubito **L** *Schuetz Bake* || **12–13** ipsa – ceterarum *Kumaniecki*[4] ipsa quae paulo ante et mathematica et ceterarum **C** ipsa et mathematica et quae paulo ante ceterarum ς *Pearce quem omnes editt. sequuntur* || **14** illustrari **EH**[2] illustri **H**[1] illustrare **L** *Cima Courbaud Costa Richard* || **15** artis **M**[1] artes **M**[2]**L** | est ⟨tanquam ad architecti potius⟩ **R** *Rom* || **17** constat **MPU** -et **VOR** || **19** quam oratoris **L** *om.* **M** *at cf. Stangl*[7] *14 sq.* || **20** huic **MV**[2]**U**[2] hoc **L** || **21** non quom *Ellendt* non quam **H**[1] numquam **H**[2]**E** non cum **L**

sumus, tum cum eloquentia vincebat ceteros medicos, in
eo ipso quod ornate dicebat medicinae facultate utebatur,
63 non eloquentiae. atque illud est probabilius neque tamen
verum, quod Socrates dicere solebat, omnis in eo quod
scirent satis esse eloquentis. illud verius neque quemquam 5
in eo disertum esse posse quod nesciat, neque, si optime
15 sciat ignarusque sit faciundae ac poliendae orationis, di-
64 serte id ipsum posse de quo sciat dicere. quam ob rem si
quis universam et propriam oratoris vim definire com-
plectique volt, is orator erit mea sententia hoc tam gravi 10
dignus nomine, qui quaecumque res inciderit quae sit
dictione explicanda prudenter et composite et ornate et
65 memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate.
sin cuipiam nimis infinitum videtur quod ita posui „qua-
cumque de re" licet hinc quantum cuique videbitur cir- 15
cumcidat atque amputet; tamen illud tenebo, si quae ce-
teris in artibus atque studiis sita sunt orator ignoret tan-
tumque ea teneat quae sunt in disceptationibus atque
usu forensi, tamen iis de rebus ipsis si sit ei dicendum,
cum cognorit ab iis qui tenent, quae sint in quaque re, 20

8 *ad § 64 Michel 118*

4 Socrates: *Plato Gorgias 455 sqq. Xenoph Mem. 4, 6* || **4–5** Socrates – eloquentes *(sic) Iul. Vict. RL 374, 14* || **7** *or. 172* orationis faciendae et ornandae || **8** – p. 27, **2** ac per hoc si quis *(sic) u. ad* dicturum **K** *§ 403 (p. 498 Schw.)* || **15–16** *Fin. 5, 39* circumcidat amputet. *1, 44* amputata circumcisaque: *Acad. 2, 138* circumcidit et amputat

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** tum – medicos *secl. Sorof³ 657 alii* | tum cum **L** tum **M** cum **V²**ς *Courbaud* qui tum *Piderit* si tum *Cima² 459* || **4** Socrates ⟨quoque⟩ *Iul. Vict.* || **6–7** neque *u. ad* sciat **L** *om.* **M** | si ⟨id⟩ *Rom Sutton* ⟨si⟩ sit **M²**ς || **8** posse de quo sciat dicere **L** *(propter clausulam dicreticam praeferendum)* de quo sciat posse dicere **M** | quam ob rem **C** ac per hoc **K** || **10** erit **MU** *om.* **VOPR** || **11** dignus ⟨est⟩ **L** | quaequomque **H¹** | res **L** *om.* **MK** | quacumque de re **M²** | inciderit **H²EL** inciderint **H¹** | sit **H²EL** sint **H¹** || **12** composite **LE¹** copiose **HE²** || **13** dicet **M** *u. ad* at **L** || **14** infirmum **K** | posui **M** prop- **L** | quaquomque **H¹** || **15** quantumcumque *Langen² 7* | videbitur **MV²U** videtur **LK** || **16** atque **HE²** *(cf. Stangl¹ 30)* aut que **E¹** aut **L** || **18** sint **KU²** *Bake* | atque **MKR** aut in **L** || **19** si **L** *om.* **MK** || **20** quom **H¹** | cognoverit **R** | ⟨una⟩ quaque *Kayser*

multo oratorem melius quam ipsos illos quorum eae sunt artes esse dicturum. ita si de re militari dicendum huic erit 66 Sulpicio, quaeret a C. Mario affini nostro et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario paene hic melius
5 quam ipse illa scire videatur; sin de iure civili, tecum communicabit teque hominem prudentissimum et peritissimum in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. sin quae res inciderit, in qua de natura, de 67 vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continen-
10 tia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum – etsi haec quidem nosse debet orator –, cum Sex. Pompeio erudito homine in philosophia communicarit: hoc profecto efficiet, ut, quamcumque rem a quoque cognoverit, de ea multo dicat ornatius quam ille ipse unde
15 cognorit. sed si me audiet, quoniam philosophia in tris 68 partis est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores, duo illa relinquamus idque largiamur inertiae nostrae; tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo
20 magnus esse possit, relinquemus. quare hic locus de vita 69

2 *ad § 66 Michel 89*

5–8 si *(sic)* de – superabit *Non. 188, 25* (*propter* vocare) || **8–15** sin quae – cognorit **K** *§ 404 (p. 489 Schw.)* || **11. 12** Sexto Pompeio: *3, 78 Brut. 175 off. 1. 19* || **15. 16** tris partis: *Acad. 1, 19*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** oratorem *secl. Kayser* | ipsos illos **MU²** illos ipsos **L** | eae **EKL** hae **HR** *Firmani Cessi* | sunt **L** sint **MK** || **3** affini nostro **M** nostro affine **L** || **3–6** et – communicabit *om.* **R** || **5** ipse illa **M** ille ipse **L** ipse ille *Rom* | sin **C** si *Non* || **6** communicabit **C** serram vocabit *Non* | teque **L** te **M** *Non* atque *Kayser* | et perit. *om.* **P** *Non* || **7** in *om.* **V¹OP** | dicundi *Non* || **8** quae **MKL** aliqua **M²** qua **R** *Pol. Lamb* || **9** domo **K** || **10** et morte **R** | si **MUR** *om.* **V¹OP** || **11. 12** Sex. Pompeio *om.* **K** || **12** communicabit **R** *Ald* || **13** hoc **C** quae **K** | quoque **MVP** quoquam **O** quocunque **KRU** quoquo **ς V²** || **14** cognoverit **M** cognorit **VOPU** cognovit **R** | unde **C** a quo ante *Rom* || **15** audiet **M** -ierit **L** audies *vel* audietis *Frederking Philologus 60 (1901) 636* || **16** tributa **M¹L** *(cf. Brut. 152 or. 16 fin. 2, 17)* distr- **M²UR** || **18** idque **L** *(prob. Pichon 366)* atque **MV²** || **20** possit esse **Rς**

et moribus totus est oratori perdiscendus; cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare di-
16 cendo, si modo ad eum erunt delata et ei tradita. etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stel- 5 lisque dixisse; si de rebus rusticis hominem ab agro remotissumum Nicandrum Colophonium poetica quadam facultate, non rustica scripsisse praeclare: quid est cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam
70 causam tempusque cognorit? est enim finitimus oratori 10 poeta, numeris adstrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem
71 illa facultate et copia vagari qua velit. namque illud quod 15 ante, Scaevola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere: numquam mehercule hoc dicerem, si eum quem fingo me ipsum
72 esse arbitrarer. sed, ut solebat C. Lucilius saepe dicere, 20 homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus quam volebat familiaris, sed tamen et doctus et

3–10 *Ronconi 89* || **10** *ad § 70 Malcovati 10 sq.* || **20** *ad § 72 Neuhauser 135*

10–12 est – par **K** *§ 404 (p. 489 Schw.)* || **10** *sq. cf. 3, 27., or. 66; Isocr. or. 15, 45* | finitimus oratori poeta: 3, 27

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** et **M** *(cf. 2, 213)* ac **L** *(quod etiam probari potest et fortasse est praeferendum cf. § 68; 3, 204; Sulla 69; 71)* || **2** opus erit **MU²** volet **L** || **3** si modo **M** cum **L** | ad eum erunt **M** erint ad eum **VU¹** erunt ad eum **OPRU²** | delata **LM²** dil- **H¹** dilecta **E¹** | ei **M** *om.* **L** *Sutton* || **4** hominem **L** -es **M** || **5** Aratum *post* astrologiae *transp. Ernesti* | stellisque **MV²U²** stellisve **L** || **6** hominem **M** *om.* **VOPR** hominibus **U** || **7–8** poetica – rustica *del. Bake* | quadam – rustica **MUR** *om.* **VO^vP** („non est in veteri" **O^v**) || **14** ei **MRU²** illi **L** || **15** namque **C** nam ς nam quod *Tosanus, alii* || **15.16** quod ante *Stroux³ (cf. 1, 42, 1, 61, 1, 81)* quare **C** qua re *Piderit* quasi iure *Friedrich² 20* quasi tuo iure *Reid* quare *del. Madvig ap. Henrichsenum, alii* || **17** ⟨et⟩ in² **R** || **18** esse **MUR** *om.* **V¹OP** || **19** mehercule **P¹R** mercule **M¹** meercule **M²** mehercle **VOP²U** || **20** Lucius **UR** || **22** volebam *Ernesti Schuetz at cf. Adler ad l.*

perurbanus, sic sentio neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus; quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque extat, utrum simus earum ru-
5 des an didicerimus. ut qui pila ludunt non utuntur in ipsa 73 lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus didicerintne palaestram an nesciant, et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere an nesciant non obscurum est, sic in orationibus
10 hisce ipsis iudiciorum contionum senatus, etiam si proprie ceterae non adhibeantur artes, tamen facile declaratur utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

17

15 Tum ridens Scaevola „non luctabor tecum," inquit 74 „Crasse, amplius. id enim ipsum, quod contra me locutus es, artificio quodam es consecutus, ut et mihi quae ego vellem non esse oratoris concederes et ea ipsa nescio quo modo rursus detorqueres atque oratori propria traderes.
20 atque, cum ego praetor Rhodum venissem et cum summo 75 illo doctore istius disciplinae Apollonio ea, quae a Panaetio

1 perurbanus: *E. Frank, De vocis urbanitas apud Ciceronem vi atque usu Diss. Berlin-Gotha 1932; Altevogt 54–57* || **2** artibus eqs: *Altevogt 24* || **15** ridens: *Zoll 107*

1–3 sic enim *(sic)* sentio – perpolitus **K** *§ 405 (p. 489 Schw.)* || **5–6** qui – palaestrae *Non. 211, 19* (*propter* lusus *vel* ludus) || **9–14** sic in – accesserit **K** *§ 405 (p. 489 Schw.)*

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **1** sic ⟨enim⟩ **K** | ⟨hominem⟩ neminem *Steph. Lamb.* || **2** omnibus iis **M** his omnibus **L** | ⟨non⟩ sunt **U** || **3** ⟨homine⟩ dignae **UR**ς *Ald* | perpolitus **MPR** praep- **VOU** || **4** earum **MV**[2] earum rerum **L** || **5** in *om. Non* || **6** proprio **C** *Harl*[1] *Nonii* -ae *codd. Non* || **9** orationibus ς *Ven et omnes editores* oratoribus **C** || **10** proprie **C** propriae ς *Ald alii* || **11** adhibeantur **MK OPU**[1]**V**[2] *(cf. Lebreton 354)* adhibentur **V**[1]**RU**[2] *Ernesti* || **12** tantummodo **MOR** tantumne modo **VPU** || **17** et **L** *om.* **M** || **18** vellem **L** velim **M** || **19** modo *om.* **U** | extorqueres **R** || **20** atque cum *Kumaniecki* quae quom **M** haec cum **L** *Sutton* quae *secl. Lamb* namque cum *Rubner*[1] quid cum *Harnecker* quod cum *Vassis* quamquam cum *Stroux*[3] | cum illo ipso summo **UR**

acceperam, contulissem, inrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque contempsit multaque non tam graviter dixit quam facete. tua autem fuit oratio eius modi, non ut ullam artem doctrinamve contemneres, sed ut om-
76 nis comites ac ministratrices oratoris esse diceres. quas 5
ego si quis sit unus complexus omnis idemque si ad eas facultatem istam ornatissimae orationis adiunxerit, non possum dicere eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore; sed is, si qui esset aut si etiam umquam fuisset aut vero si esse posset, tu esses unus pro- 10
fecto, qui et meo iudicio et omnium vix ullam ceteris
77 oratoribus – pace horum dixerim – laudem reliquisti. verum si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur quin scias, neque eam tamen scientiam, quam adiungis oratori, complexus es, videamus ne plus 15
ei tribuamus, quam res et veritas ipsa concedat.

78 Hic Crassus, „memento," inquit me non de mea sed de oratoris facultate dixisse. quid enim nos aut didicimus aut scire potuimus, qui ante ad agendum quam ad cognoscendum venimus; quos in foro, quos in ambitione, 20
quos in re p(ublica), quos in amicorum negotiis res ipsa ante confecit quam possemus aliquid de rebus tantis suspi-
79 cari? quod si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud discendi 25

4.5 sed – diceres *Non. 142,10* (*propter* ministratrix) || **16** *Tusc. 5, 13* ad rem veritatemque

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **2** philosophiamque *Mueller* philosophiam atque *secl. Kayser* || **3** huiusmodi ς || **4** ut[1] *om. Non* || **5** ac ministratrices *Ellendt* ministratricesque *Non* ac ministros **H**[1]**E** ac ministras **H**[2]**VOPU** et ministros **R** || **6** unus **MUV**[2] *om.* **V**[1]**OPR** || **7** facultatem **L** -es **M** *Richard* || **9** admirandum **H**[1]**E**[2]**R** imitandum **E**[1]**H**[3] mirandum **VOPU** | sed is *om.* **R** | qui **V**[1]**OU** quis **MPRV**[2] || **10** nunquam **O**[1]**PR** || **11** omnium **C** *(cf. Verr. a. pr. 35; de domo 66; 108 Balb. 9)* cōi (*i.e.* communi) **V** || **12** horum *om.* **R** || **14** versetur **L** *(pr. Pichon 365)* -atur **M** || **15** vide *Schuetz alii* || **16** tribuamus **MR** *(quod certe elegantius)* tribuas **VOPU** || **18** aut **MUR** *om.* **V**[1]**OP** || **19** scire **C** discere *malit Stroux*[3] *coll. 3, 82* || **23** tantum tibi **O** || **24** maxume **H**[1] -ime **H**[2]**EL** || **25** mehercule ς**V**[2] | etiam **M** et **R** *om.* **VOPU** | dicendi **R** *Rom*

acerrimum defuit, quid censes, si ad alicuius ingenium vel maius illa, quae ego non attigi, accesserint, qualem illum et quantum oratorem futurum?

18 80 Tum Antonius „probas mihi" inquit, ista, Crasse, quae 5 dicis, nec dubito quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprenderit. sed primum id difficile factu est, prae- 81 sertim in hac nostra vita nostrisque occupationibus; deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac 10 exercitatione et consuetudine dicendi populari et forensi. aliud enim mihi quoddam orationis genus esse videtur eorum hominum, de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter aut de natura rerum aut de humanis rebus loquantur: nitidum quoddam genus est verborum et 15 laetum, et palaestrae magis et olei quam huius civilis turbae ac fori. namque egomet, qui sero ac leviter Graecas 82 litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, complures tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus; sed, 20 cum cotidie mecum haberem homines doctissimos – eos fere ipsos qui abs te modo sunt nominati, – cum hoc nescio quo modo apud eos increbruisset me in causis

3 *de §§ 80–95 Prümm 56sq.; Michel 134–137; Barwick 32–34* || 4 probas mihi: *Becker 19* || **20** cum cotidie mecum haberem: *Hendrickson*[1] *187*

16 – p. 32, **5** nam cum ego Graecas *(sic)* – exercitata *(multis omissis)* **K** *§ 412 (p. 490 Schw.)*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **3** oratorem *post* illum **L** || **7** comprenderit **M** comprehenderit **L** | factu est **L** *(cf. § 104; propter clausulam praeferendum)* est factu **M** || **11** orationis genus **M** genus orationis **L** || **13** et **M**[1]**L** aut **M**[2] || **15** et[1] **M** *(cf. Stangl*[7] *53)* sed **L** | olei **MURV**[2] otii **V**[1]**OP** || **16** nam cum ego **K** | qui – leviter *om.* **K** | ac **M** et **L** || **17** litteras ⟨quodam tempore⟩ **K** | pro consule ς procons̄ **VPU** proconsul **MOR** *Firmani Cessi* || **17–19** tamen – commoratus *om.* **K** || **18** venissem Athenas **M** Athenas venissem **L** | complures ⟨que⟩ *Bake* | tum **MUR** *om.* **VOP** autem *Vassis* || **19** sum *secl. Bake* | sed *secl. Bake* || **20** cotidie *om.* **K** || **20** – p. 32, **1** eos – versari *om.* **K** || **21** modo sunt nom. **MR** sunt modo nom. **L** modo nom. sunt **R** | cum **H**[2]**E** quom **H**[1] cumque **L** *Firmani Costa Richard Sutton*

maioribus sicuti te solere versari, pro se quisque eorum
quantum quisque poterat de officio et de ratione oratoris
83 disputabat. horum alii, sicuti iste ipse Mnesarchus, hos
quos nos oratores vocaremus nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, 5
nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem et, qui unam virtutem haberet, omnis
habere easque ipsas esse inter se aequalis et paris; ita,
qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse 10
sapientem. sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio
84 longeque ab nostris sensibus abhorrebat. Charmadas vero
multo uberius isdem de rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam – hic enim mos erat patrius Academiae adversari semper omnibus in disputando –; sed 15
cum maxime tamen hoc significabat eos, qui rhetores
nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil
plane tenere neque posse quemquam facultatem adsequi

5 operarios: *Kroll[1] 572* || **8** virtutem: *Liebers 138 sq.* || **12** *ad § 84–87 Kroll[2] 684–687; Guillemin[2] 187*

5 operarios: *§ 263; 2, 40* || **7** *cf. Quint. 2, 15, 34* huic eius substantiae ⟨Cleanthis⟩ maxime conveniet finitio „rhetoricen esse bene dicendi scientiam" || **8** *cf. 3, 55; 3, 65* || **9** *or. 123* par et aequalis oratio || **11–12** sed haec – abhorrebat **K** *§ 412 (p. 491 Schw.)* || **11** spinosa: *Fin. 4, 79* disserendi spinas

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1–2** quisque eorum quantum quisque poterat **L** *(cf. Kühner Stegmann Lat. Gram I 644)* quisque poterat **H[1]E** quisque ut poterat **H[2]K** quisque quae poterat ς *Rom alii* quae quisque poterat *codd. Lamb* || **2** de[2] **MOR** *om.* **VPU** *Richard at cf. Sorof[2] p. 6* | ratione *secl. Bake* | oratoris **L** oraonis **H** orationis **E** || **3** sicuti – Mnes. *om.* **K** | sicuti **M** sicut **L** | hos **LE** hoc **HK** || **4** nihil aliud dicebant **K** || **5** et *om.* **K** || **6** esse *om.* **OP** || **8** virtutem esse **R** || **9** ipsas **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii* | aequalis **HE[1]R** – es **E[2]L** | paris **HE[1]R** -es **E[2]L** || **10** omnis **L** omnes **MR** || **11** et exilis **C** ex illis **V[v]** || **12** ab **M** a **L** | Charmadas **H[1]EP[2]** Charneadas **V** Charmades **H[2]OP[1]U** Carneades **R** *Rom* || **13** quo **C** quod ς || **14** patrius **MUR** *om.* **V[1]OP** || **16** cum maxume **H[1]** cum maxime **E** quam maxime **H[2]** tum maxime **UR** *Rom* maxime **VOP** maxime cum ς || **17** nominabantur *Rom* | et qui **C** atque *Langen[1] 7* || **18** posse *om. Costa*

dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. dispu- 19 85
tabant contra diserti homines Athenienses et in re publi-
ca causisque versati, in quis erat etiam is qui nuper Ro-
mae fuit, Menedemus hospes meus. qui cum diceret esse
5 quandam prudentiam, quae versaretur in perspiciendis
rationibus constituendarum et regendarum rerum publi-
carum, excitabatur homo promptus atque omni abun-
dans doctrina et quadam incredibili varietate rerum atque
copia. omnis enim partis illius ipsius prudentiae petendas
10 esse a philosophia docebat neque ea quae statueren-
tur in re publica de dis immortalibus, de disciplina iu-
ventutis, de iustitia, de patientia, de temperantia, de
modo rerum omnium ceteraque, sine quibus civitates aut
esse aut bene moratae esse non possent, usquam in eorum
15 inveniri libellis. quod si tantam vim rerum maximarum 86
arte sua rhetorici illi doctores complecterentur, quaerebat
cur de prooemiis et de epilogis et de huiusmodi nugis – sic
enim appellabat – referti essent eorum libri, de civitatibus
instituendis, de scribendis legibus, de aequitate, de iusti-
20 tia, de fide, de frangendis cupiditatibus, de conformandis
hominum moribus littera in eorum libris nulla invenire-

15 *de § 86 Weidner 56*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** didicissent **U** || **2** Athenienses *secl. Bake alii* | et **MUR** *om.* **VOP** || **3** quis **M** quibus **L** || **7** excitabatur **C** excipiebatur *Hotomannus* exagitabatur *Gulielmus alii* | atque *Rubner* ab **C** | omni abundans *Bake Mnemosyne II 409 Rubner alii* homine abundanti **C** ab omni abundans *Cima Galmés* ab homine *del. Schuetz* || **8** et quadam **MUR** *om.* **V**[1]**OP** || **9** omnis enim **L** omni. senis enim **M** (*post* senis *sp. 3 litt. vacuum* **H**) | partis **H**[1]**EU** partes **H**[2]**L** || **10** dicebat ς *Rom Sutton* || **11** dis **H**[1]**EV** diis **H**[2]**OPUR** || **14** moratae **L** moderatae **HE**[2] moderante **E**[1] | possent **EVO**[v]**PU** -ssunt **HOR** || **15** inveniri libellis **MR** libris invenire **V**[1]**U** libris inveniri **OP** *Schuetz* || **16** rhetorica *Langen*[2] *6* | rhetorici illi doctores *secl. Bake* | quaerebat **L** querebatur **M** || **17** cur ⟨pluribus praeceptis⟩ *Muther*[1] *4* | huiusmodi **MR** eiusmodi **L** || **19** instituendis **C** instruendis *vel* constituendis *vel* statuendis ς | de scribendis **MUR** de descr- **VOP**ς || **20** de[3] *om.* **C** *add.* **V**[1] *(supra lineam)* ς | conformandis **MR** confirmandis **L** de formandis *Lag 4 Stroux*[3] || **21** in eorum libris nulla **L** *(cf. Pichon 367)* nulla in eorum libris **M** in eorum libris *del. Gruter Bake*

87 tur. ipsa vero praecepta sic inludere solebat, ut ostenderet non modo eos illius expertes esse prudentiae quam sibi adsciscerent, sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem ac viam nosse. caput enim esse arbitrabatur oratoris, ut et ipsis apud quos ageret talis qualem se ipse optaret 5 videretur; id fieri vitae dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in praeceptis suis reliquissent; et uti ei qui audirent sic adficerentur animis, ut eos adfici vellet orator; quod item fieri nullo modo posse, nisi cognosset is qui diceret quot modis hominum mentes et quibus et quo 10 genere orationis in quamque partem moverentur; haec autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quae isti rhetores ne primoribus quidem labris
88 attigissent. ea Menedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere. memoriter enim multa ex ora- 15 tionibus Demosthenis praeclare scripta pronuntians docebat illum in animis vel iudicum vel populi in omnem partem dicendo permovendis non fuisse ignarum, quibus ea rebus consequeretur, quae negaret ille sine philosophia
20
89 quemquam nosse posse. huic respondebat non se negare 20

4–14 *Solmsen 390, 395*

4 *cf. § 113* rationem dicendi et viam; *or. 10* ratione et via || **7–14** *cf. 2, 201. part. or. 27* || **13–14** quae – attigissent Non. 428, 4 *(propter* priores et primores) primoribus . . . labris: *Plaut. Trin. 910, Cic. Cael. 28*

[**M** = **HEL** = **VOPUR**] **2** illius expertes esse **L** exp. illius esse **H** exp. esse illius **E** || **3** adsciscerent **H**V^1 asciscerent **EOPUR** adscriberent *Steph.* | ipsam *om.* **V** || **4** arbitrabatur esse **E** *Rom* || **5** ipsis **C** ipse iis *Madvig De fin. II 93, alii at cf. Stroebel 36* | qualem **C** qua E^1 (*corr.* E^2) | se ipse **HL** se ipse esse **E** *Lamb* se esse ς *Klotz*¹ *Bake alii* | ipse sese videri optaret *Ammon* || **6** fieri ⟨et⟩ V^2 *Rom* | rhetorici *secl. Schuetz* || **7** doctores *secl. Schuetz* | uti ei qui **M** uti qui V^1**PUR** ut ii qui **O** uti eorum qui V^2 *Rom Sutton* || **8** animi V^2 *Richard Sutton* | vellet **L** velit **M**V^2 || **9** item **C** idem V^2 autem ς ita *Steph. Lamb* | posse ⟨aiebat⟩ **R**ς | cognosset **HVO** U^1 cognoscet **P**U^2 cognosceret **E**V^2**R**ς *Sutton* || **10** quibus **M** quibus rebus **L** || **13** quae **C** quam *Walker* || **15** refellere conabatur ς *Rom* || **16** Demosthenis **H**E^2**L** – enē E^1 -eni ς | praeclare **M** et praeclare **L** | dicebat *Rom Ernesti* || **18** quibus **MURV**^{2}**P**^{2} in quibus V^1**O**P^1 || **20** nosse **M** scire **L** nosse *del. Friedrich*² *21* quemquam † posse *Courbaud* | huic **C** huic ille ςV^2 *Sutton* hic *Man* cui hic *Bake* | negare **L** negasse **M**

Demosthenem summam prudentiam summamque vim habuisse dicendi, sed sive ille hoc ingenio potuisset sive, id quod constaret, Platonis studiosus audiendi fuisset, non quid ille potuisset, sed quid isti docerent esse quaerendum.
5 saepe etiam in eam partem ferebatur oratione, ut omnino 90
disputaret nullam artem esse dicendi; idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus, ut et blandiri eis suppliciter a quibus esset petendum et adversarios minaciter terrere possemus et rem gestam exponere et id
10 quod intenderemus confirmare et id quod contra diceretur refellere et ad extremum deprecari aliquid et conqueri, quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas, et quod consuetudo exercitatioque et intellegendi prudentiam acueret et eloquendi celeritatem incitaret, tum etiam
15 exemplorum copia nitebatur. nam primum quasi dedita 91
opera neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, cum repeteret usque a Corace nescio quo et Tisia, quos artis illius inventores et principes fuisse constaret; eloquentissimos autem homines,
20 qui ista nec didicissent nec omnino scire curassent, innumerabilis quosdam nominabat; in quibus etiam, sive ille inridens sive quod ita putaret atque ita audisset, me in illo numero, qui illa non didicissem et tamen, ut ipse dice-

3 Platonis studiosus: *Brut. 121. or. 15. Quint. 13, 2, 22; 10, 24 Gell. NA 3, 13 Plut. Dem. 5. Diog. Laert. 3, 46*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **5** ferebant **R** | omnino **L** omnimodis **M** || **6** quom **H**[1] || **7** blandiri eis suppliciter *Stroux*[3] blandiri suppliciter his **VOPR** blandiri et suptiliter **M** bl. et suppl. insinuare his **U** bl. suppl. et subtiliter insinuare iis ς *docti quidam ap. Lamb Piderit Ellendt Cima Kayser* blandiri suppliciter iis *Rom* | bl. eis suptiliter *Sorof Friedrich Wilkins Courbaud* || **8** a **L** *om.* **M** | minaciter **L** minas **M**[1] (*post* minas *sp. 2 litt. vac.* **H**) minis **M**[2] || **10** et id *secl. Kayser* id **LE**[2] *om.* **H**[1]**E** *secl. Sorof.* || **11** et ad **L** ad **MR** || **13** quod **MU**[2] cum **L** | et **C** *del. Friedrich*[2] *21 alii* || **14** et **L** atque **M** || **15** utebatur **R** || **17** esse **R**ς | quom **R** *Ellendt* quam **M** cum **LH**[2] quem ς | Corace **MUR** Chor- **VOP** || **18** et Tisia **M**[2]**R** etisia **M**[1] et Thesia **L** || **19** autem **MUR** om. **V**[1]**OP** tamen *Rom* || **20** scire **LN**[V] *(cf. Ellendt ad l.)* scisse **MU**[2]**N** *(pr. Stangl*[1] *30)* | innumerabilis **H**[1]**E** -es **H**[2]**L** || **21** quosdam ⟨habere⟩ *Rom Pol* | nominabat **C** nominaret **R** dicebat *Pol* || **23** illo **MU**[2] eo **L**

bat, possem aliquid in dicendo, proferebat. quorum ego illi alterum facile adsentiebar, nihil me didicisse, in altero autem me inludi ab eo aut etiam ipsum errare arbitrabar.
92 artem vero negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et num- 5 quam fallentibus rebus contineretur; haec autem omnia, quae tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta, quoniam et dicerentur ab iis, qui omnia ea non plane tenerent, et audirentur ab iis quibus non scientia esset tradenda sed exigui temporis aut falsa aut certe obscura 10
93 opinio. quid multa? sic mihi tunc persuadere videbatur neque artificium ullum esse dicendi neque quemquam posse, nisi qui illa quae a doctissimis hominibus in philosophia dicerentur cognosset, aut callide aut copiose dicere; quibus ⟨a⟩dicere Charmadas solebat ingenium tuum, 15 Crasse, vehementer admirans me sibi perfacilem in au-
21 94 diendo, te perpugnacem in disputando esse visum. itaque ego hac eadem opinione adductus scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit et pervenit in manus hominum, disertos me cognosse nonnul- 20

17 – p. 37, **7** itaque – contineret = *ORF² 236* || **19** in libello: *§ 208; Brut. 163* || **20** sqq.: *or. 18* M. Antonius . . . in eo libro . . . disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. *Quint. 8 proem. 13:* nam et M. Antonius . . . cum „a se disertos visos esse multos" ait „eloquentem neminem". *Quint. 12, 1, 21* an vero M. Antonius neminem a se visum eloquentem, quod tanto minus erat, professus est; *Plin. Ep. 5, 20, 5* nam eloquentia vix uni aut alteri immo (si M. Antonio credimus) nemini . . . contigit.

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1–2** ego illi alterum **L** ego alt. illi **E** alterum ego illi **H** || **3** ipsum etiam **V** || **6** contineretur **L** continetur **M** continentur **R** || **8** quoniam **MRN** cum **LN^v** | omnia ea **MUR** ea **V¹OP** ea omnia ς**V²** *Piderit* || **11** opinio ⟨immittenda⟩ **V²** *Rom* | tunc **EVOPU²** tum **HU¹R** | persuadere **VOPU²R** -eri **MU¹** *Firmani Costa* || **13** ni **H** || **14–15** dicere; quibus ⟨a⟩dicere *Hotomannus Stroux³* dicere; quibus dicere **MU** quibus dicere *om.* **V¹OPR** dicere ⟨in⟩quibus Charmadas ς**V²** *Ellendt Sorof Wilkins Cima Courbaud* dicere ⟨e⟩ quibus dicere *Gulielmus* quibus subicere *Pearce* dicere + quibus dicere *Friedrich* || **16** admirans **L** -ari **MV²** admirans ⟨dicere⟩ *Pol* | dicendo *Rom* || **17** perpugnacem **L** -antem **M** | itaque **MU²** tumque **VOPU¹** *Sutton* tum **R**ς**V²** || **19** excidit **L** excitabit **H¹E** exivit **H²** exiit **H³** || **20** me cognosse **L** *(melior clausula)* cognosse me **M** me cognoscere **RU²**ς

los, eloquentem adhuc neminem, quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione hominum dicere, eloquentem vero, qui mirabilius et magnificen-
5 tius augere posset atque ornare quae vellet, omnisque omnium rerum, quae ad dicendum pertinerent, fontis animo ac memoria contineret. id si est difficile nobis, quod ante quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro, sit tamen in re positum atque natura. ego
10 enim, quantum auguror coniectura quantaque ingenia in 95 nostris hominibus esse video, non despero fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate discendi maiore ac maturiore et labore atque industria superiore, cum se ad audiendum
15 legendum scribendumque dederit, existat talis orator, qualem quaerimus, qui iure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit; qui tamen mea sententia aut hic est iam Crassus aut, si quis pari fuerit ingenio pluraque quam hic et audierit et lectitarit et scripserit, paulum huic
20 aliquid poterit addere."

Hoc loco Sulpicius „insperanti" inquit „mihi et Cottae, 96 sed valde optanti utrique nostrum cecidit, ut in istum sermonem, Crasse, delaberemini. nobis enim huc venien-

21 *de §§ 96–106 Becker 33*

2–5 disertum – velit *(sic) Iul. Vict. RL 444, 36* || **10** *Mur. 65* quantum ego opinione auguror

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **2** possit *Iul. Vict.* | acute *supra lin. add.* **V**[1] *om.* **OP** | apud m. h. *om. Iul. Vict.* || **3** hominum *om. Iul. Vict. Sutton* || **4** dicere **MU** | mirabili dicere **VOPR** mirabiliter dicere **V**[2] *Rom* | et **C** ac *Iul. Vict.* || **5** posset **MVU**[2] -ssit **OPU**[1]**R** *om. Iul. Vict.* | vellet **C** velit *Iul. Vict.* || **7** quod **MVO**[v]**U** qui **OP** *Sutton* qui quod **R** || **8** discendum **LN**[v] dicendum **MN** | sumus **MOV**[2]**U**[2] *(cf. De or. 3, 7)* simus **V**[1]**U**[1]**R** || **10** ingenia **MUR** *om.* **VOP** (*suppl.* **V**[m]**O**[2]) || **11** non **LH** *(in ras. 5 litt.)* **E**[2] nec **E**[1] *Friedrich* || **12** et *om.* **V** || **14** quom **H**[1] | ad *om.* **P** || **15** dederit **M** maiore opere dederit **L** (dediderit **UR**) || **17–18** hic est iam **MU** iam hic est **VOP** iam est hic **R** || **19** paululum **R**ς || **19. 20** huic aliquid *Subl.* huc aliquid **M** *Costa* aliquid huic **L** | huic ⟨addet si modo⟩ poterit *Muther*[1] *p. 5* || **21** inquit mihi **M** mihi inquit **L**

tibus iucundum satis fore videbatur, si, cum vos de rebus aliis loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere possemus; ut vero penitus in eam ipsam totius huius vel studii vel artifici vel facultatis disputationem paene intumam perveniretis, vix op- 5
97 tandum nobis videbatur. ego enim, qui ab ineunte aetate incensus essem studio utriusque vestrum, Crassi vero etiam amore, cum ab eo nusquam discederem, verbum ex eo numquam elicere potui de vi ac ratione dicendi, cum et per me ipsum egissem et per Drusum saepe temp- 10 tassem; quo in genere tu, Antoni, – vere loquar – numquam mihi percontanti aut quaerenti aliquid defuisti et persaepe me, quae soleres in dicendo observare, docuisti.
98 nunc quoniam uterque vestrum patefecit earum ipsarum rerum aditum quas quaerimus, et quoniam princeps 15 Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, ut ea quae sentitis de omni genere dicendi subtiliter persequamini. quod quidem si erit a vobis impetratum, magnam habebo, Crasse, huic palaestrae et Tusculano tuo gratiam et longe Academiae illi ac Lycio tuum hoc sub- 20 urbanum gymnasium anteponam".

22 99 Tum ille „immo vero", inquit, „Sulpici, rogemus Anto-

14 *ad § 98 Becker 17, 37*

9 *cf. § 17* vis ratioque dicendi || 15 *or. 173* princeps inveniendi fuit.

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** iucundum satis **L** *(cf. Pichon 362)* satis iucundum **M** iucundum *del. Courbaud* | quom vos **M**[1] cum vos **M**[2]**OPUR** vos cum **V** || **5** paene *exp.* **V**[2] *om. Rom* | intumam **MV**[1]**O**[v] -imam *alii* | perveniretis **L** *(cf. Pichon 367)* veniretis **M** || **7** Crassi vero **M** Crasse tuo vero **L** || **8** cum **M**[2]**L** quom **M**[1] || **9** vi **C** *(cf. § 17)* via *cod. Gonvillianus Pearcii Lott Pearce Orelli Henrichsen Ellendt* | ac ratione **M** ac de ratione **L** *Man* atque ratione **R** || **10** cum **H**[2]**L** quom **H**[1]**E** | me **C** memet **R** *Cima Richard Lochmüller* | ipse **V**[2] || **11** quo in **MRU**[2] in quo **VOPU**[1] | vera **R** ⟨ut⟩ vere **H**[2] || **12** quid *Rom* || **14** earum *om.* ς *del. Ellendt* | ipsarum *del. Steph.* || **16** exordiendi **R** || **17** sentio **U**[1] (*corr.* **U**[2]) || **18** persequamini **MVOPU**[1] pros- **RU**[2]ς | nobis **P** || **19** magnum (a *suprascr.*) **V** magnum **U**[1] | tuo **MUR** *om.* **VOP** (*add.* **V**[m]) || **20** tuum **C**(**O**[v]) tum **OP**[1] (*corr.* **P**[2]) || **21** gymnasium *om. Rom* || **22** immo vero **MR** enimvero **L**

nium, qui et potest facere id quod requiris et consuevit, ut
te audio dicere. nam me quidem semper a genere hoc toto
sermonis refugisse et tibi cupienti atque instanti saepissi-
me negasse tute paulo ante dixisti. quod ego non superbia
5 neque inhumanitate faciebam neque quo tuo studio rectis-
simo atque optimo non obsequi vellem, praesertim cum te
unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptum-
que cognossem, sed mehercule istius disputationis inso-
lentia atque earum rerum quae quasi in arte traduntur
10 inscitia."

Tum Cotta „quoniam id quod difficillimum nobis 100
videbatur, ut omnino de iis rebus, Crasse, loquerere,
adsecuti sumus, de reliquo iam nostra culpa fuerit,
si te, nisi omnia quae percontati erimus explicaris, di-
15 miserimus."

„De iis credo rebus" inquit Crassus „ut in cretionibus 101
scribi solet QVIBVS SCIAM POTEROQVE."

Tum ille „nam quod tu non poteris aut nescies,
quis nostrum tam inpudens est qui se scire aut posse po-
20 stulet?"

„Iam vero ista condicione, dum mihi liceat negare
posse quod non potero et fateri nescire quod nesciam,
licet" inquit Crassus „vestro arbitratu percontemini."

4–10 *Becker 18*

8–10 sed – inscitia *Non. 322, 29* (*propter* insolens) || **22** *cf. Lactant. Div. inst. 3,5,4 (CSEL 19,186,20)* se nescire quod nesciat

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** id quod **L** quod **MR** id *del. Ellendt, alii* || **2** ⟨fateor⟩ semper **R**V^{2} *Cessi Richard Sutton* semper **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **4** ⟨ut⟩ tute ςV^{2} *Richard Sutton* || **5** neque quo **L**N^{v} ne . . . quod *(sp. 3 litt. vac.)* H^{1} neque quod H^{2} ne quod **E**N^{al} | tuo **MR** *om.* V^{1}**OPU** || **6** cum **EL** quom **H** || **7** maxume **H** -ime **EL** || **8** mehercule **MP** *(cf. Orator 157)* mehercules **L** || **9** in arte traduntur **M** trad. in arte **L** traderentur in arte **R** || **10** inscitia **L** *(pr. Herthel 8)* inscientia **H** inscientiā **E** || **11** quoniam id *om.* H^{1} id *om.* **E** *secl. Friedrich² 22 alii* || **16** cretionibus **MV** crit- **OPURN**^{v} conditionibus V^{2} certioribus P^{2}**N** creationibus *vel* cautionibus *vel* orationibus ς || **17** ⟨de⟩ quibus H^{2} || **18** nam quod **MR** namque quod **L** *Sutton* || **19** inpudens **MRN** imprudens **V** *(sed postea* r *exp.)* **OPUN**^{v} || **23** et contemini $V^{v}P^{al}$

102 „Atqui“ inquit Sulpicius „hoc primum ex te, de quo
modo Antonius exposuit, quid sentias quaerimus, existi-
mesne artem aliquam esse dicendi?“
„Quid? mihi nunc vos“ inquit Crassus „tamquam ali-
cui Graeculo otioso et loquaci et fortasse docto atque 5
erudito quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar,
ponitis? quando enim me ista curasse aut cogitasse ar-
bitramini et non semper inrisisse potius eorum hominum
impudentiam, qui cum in schola adsedissent ex magna
hominum frequentia dicere iuberent si quis quid quae- 10
reret? quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam,
103 qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur,
cum se ad omnia de quibus quisque audire vellet esse para-
tum denuntiaret. postea vero vulgo hoc facere coeperunt
hodieque faciunt, ut nulla sit res neque tanta neque tam 15
improvisa nec tam nova, de qua se non omnia quae dici
104 possunt profiteantur esse dicturos. quod si te, Cotta,
arbitrarer aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, ad-
duxissem huc Graecum aliquem, qui nos istius modi dispu-
tationibus delectaret; quod ne nunc quidem difficile 20

1 *ad § 102sq. Michel 5, 85* || **4–7** *Guillemin^{2} 187*

11 *cf. Plato Gorg. 447 C. Menon 70 B; Hipp. min. 363 CD* || **12** *cf. § 21* suscipere ac polliceri, *§ 116* suscipere atque profiteri

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** atqui **MRV**^{2} *(cf. 2,59; 3,51)* ad quae **V**^{1}**U** ad que **O** atque **P** *Sutton* | Sulpicius **L** *om.* **M** (*adscr.* **E**^{3}) *del. Stangl^{1} 31 (quem Sorof, Harnecker, Friedrich Wilkins Courbaud secuti sunt) Cottam dicere putans* (**H**^{2} *in mge* Cotta *adnotavit*) *retinendum putat Stroux^{3} Cessi* | primum **L** *om.* **M** *del. Stangl^{1} 31 ceteri* | ex te de quo modo **L** extende quomodo **M** (quod modo **V**^{2}**H**^{2}) ex te ⟨ostendi⟩ **V**^{2} || **4** nunc vos **L** *(pr. Pichon 367)* vos nunc **M** | alicui **E**^{2}**L** aliquoi **HE**^{1} || **5** et^{2} *om.* **VOPR** || **7** ponitis **M** imp- **L** || **8** et **MR** *om.* **V**^{1}**OPU** || **9** imprudentiam **H**^{2}ς | qui cum **L** qui quom *Ellendt* qui quod **H**^{1} quid quod **E** qui quod cum **H**^{2} | scholis **O** | ex magna **MV**^{1}**OP** et in magna **URV**^{2} et magna *Rom* magna ς *Firmani Costa Richard* || **10** iuberent **CN**^{V} auderent **V**^{2}**N**ς *Rom* || **13** quom **H** | esse paratum **L** separatum **M** || **14** ⟨ut⟩ vulgo **R** | hoc *om.* **V**^{1} (*suppl.* **V**^{2}) || **16** nec **L** neque **MR** || **17** possunt **L** *(pr. Pichon 365 et 368)* possent **M** possint **H**^{2} *edd.* || **19** nos **CN**^{V} *Pearce (cf. Stangl^{1} 38)* vos **RN**ς *Rom Lamb alii* | delectationibus ς

factu est. est enim apud M. Pisonem adulescentem iam huic studio deditum, summo hominem ingenio nostrique cupidissimum, Peripateticus Staseas, homo nobis sane familiaris et, ut inter homines peritos constare video, in 5 illo suo genere omnium princeps." „quem tu mihi," in- 23 105 quit Mucius, „Staseam, quem Peripateticum narras? gerendus est tibi mos adulescentibus, Crasse, qui non Graeci alicuius cotidianam loquacitatem sine usu neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium 10 sapientissimo atque eloquentissimo atque ex eo, qui non in libellis, sed in maximis causis et in hoc domicilio imperii et gloriae sit consilio linguaque princeps, cuius vestigia persequi cupiunt, eius sententiam sciscitantur. equi- 106 dem te cum in dicendo semper putavi deum, tum vero 15 tibi numquam eloquentiae maiorem tribui laudem quam humanitatis; qua nunc te uti vel maxime decet neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenii adulescentes cupiunt accedere."

„Ego vero," inquit, „istis obsequi studeo neque grava- 107 20 bor breviter meo more quid quaque de re sentiam dicere. ac primum illud, quoniam auctoritatem tuam neglegere,

19 *ad §§ 107–109 Kroll*[1] *586 sq. Fiske 12, 82*

11 domicilio imperii: *Sulla 33. Cat. 3, 1* || **19** *Ad §§ 107–109 cf. 2, 30–33*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** iam **VOP** *om.* **MUR** *del. Lamb quem multi sequuntur* || **2** hominem **L** *(pr. Herthel 9) om.* ς *Rom del.* **V**[2] *Courbaud* homo **M** || **3** cupidissimum **L** -mus **M** | homo ⟨eruditus⟩ ς *Rom* || **5** inquit mihi *Sutton* || **8** alicuius **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *22 Wilkins (at cf. § 102; 104, et Cima ad l.)* || **9** cantilenam **LN**[v] catilinae nam ... *(lac. 2 litt.)* **H**[1] doctrinam **H**[2] catilinae namque **E** || **10** atque eloquentissimo **MR** *om.* **V**[1] *(suppl.* **V**[2]*)* **OPU** *del. Cessi* || **11** imperio **R** || **13** persequi **V**[1]**O**[1]**U** qui persequi **V**[2]**O**[2]**R**ς qui prosequi **P**[2] persequi qui **M** || **14** putavi deum **L** patuit eum **M** putavi dominum *Rom* || **16** qua **LM**[2] quia **H**[1] quorum **E**[1] | te *om.* **VOP** *post* decet *transp. Klotz*[1] | decet neque **L** denique **M** (decet nec *suprascr.* **H**[2]) || **17** excellentis ingenii **L** *(cf. De or. 2, 122, Cael. 76 Off. 1, 71 ad Quir. 2)* excellentes ingeniis **M** || **20** meo more **VOPU** meo de more **R** more **M** more meo **H**[2] || **21** ac – neglegere *om.* **R** || **21** – p. 42, 1 *verba* quoniam – puto *in parenthesi collocant Friedrich Wilkins Courbaud at cf. Roschatt 215*

Scaevola, fas mihi esse non puto, respondeo, mihi dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia
108 positam. nam si ars ita definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis 5 atque ab opinionis arbitrio seiunctis scientiaque comprehensis, non mihi videtur ars oratoris esse ulla. sunt enim varia et ad volgarem popularemque sensum accom-
109 modata omnia genera huius forensis nostrae dictionis. sin autem ea, quae observata sunt in usu ac tractatione di- 10 cendi, haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis definita, generibus inlustrata, partibus distributa sunt – id quod video potuisse fieri –, non intellego quam ob rem non, si minus illa subtili definitione, at hac volgari opinione ars esse videatur. sed sive est ars 15 sive artis quaedam similitudo, non est quidem ea neglegenda; verum intellegendum est alia quaedam ad conse-
24 110 quendam eloquentiam esse maiora.“ tum Antonius vehementer se adsentiri Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent qui omnem vim dicendi in 20 arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique

4 *ad §§ 108–110 Michel 121, 149, 162*

4–7 nam – ulla **K** *§ 413 (p. 491 Schw.)* || **4** paulo ante: *§ 92* || **10** *or. 59* tractatio atque usus || **15–18** sed sive – maiora **K** *§ 413 (p. 491 Schw.)* || **16** *cf. 2, 356* sive artis imago quaedam est et similitudo

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** esse non **L** non esse **M** esse *secl. Steph. alii* | respondeo **L** responde **M** || **3.4** verbi controversia positam **L** *(cf. 1, 47)* verbis controversia posita **M** || **4** ita **L** ista **M** *exp.* **V**[2] *om.* **K**ς *Rom* ipsa ita *Lag 2* | definitur ⟨esse⟩ **K** || **4.5** ut – Antonius *om.* **K** | exposuit **LH**[2] *(cf. 1, 102)* dep. **H**[1]**E** posuit ς *Friedrich*[2] *23 alii* || **10** tractatione **C** ratione ς**V**[2] *Sutton* || **11** hominibus **L** omnibus **M** || **12** definita **M** designita **VO**[v]**U** designata **OPR** *Sutton* distincta ς || **13** id **MUR** *om.* **VOP** *del.* **H**[2] | video potuisse fieri **M** fieri potuisse video **L** || **15** est **L** *om.* **HE**[1] (*suppl.* **H**[2]) *post* ars *supra lin. ras. in qua videtur fuisse* est **H** | **16** non *del.* **H**[2] | **16.17** quidem – alia **L** *om.* **M** | quidem ea **L** ea quidem ς**V**[2] || **17** quaedam ⟨tamen constat⟩ **H**[2] || **18** esse *del.* **E**[2] | maior **E**[2] || **19** adsentiri **VU** assentiri **OPR** *Richard Sutton* assentire **M** || **21** rursum **L** rursus **MR**

philosophi facerent, repudiaret. „sed existimo," inquit, „gratum te his, Crasse, facturum, si ista exposueris, quae putas ad dicendum plus quam ipsam artem posse prodesse."

111 „Dicam equidem, quoniam institui, petamque a vobis," 5 inquit, „ne has meas ineptias efferatis; quamquam moderabor ipse, ne ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum numero atque ex forensi usu homo mediocris neque omnino rudis videar non ipse aliquid a me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum in- 10 cidisse. 112 equidem cum peterem magistratum, solebam in prensando dimittere a me Scaevolam, cum ita ei dicerem me velle esse ineptum – id erat petere blandius, quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri; – hunc autem esse unum hominem ex omnibus quo praesente ego ineptum 15 esse me minime vellem; quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. nam quid est ineptius quam de dicendo dicere, cum ipsum dicere numquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium?" 113 „perge vero" inquit „Crasse," Mucius. „istam enim 20 culpam quam vereris ego praestabo."

7 unus e togatorum numero: *Becker 21; Steidle 19; Zoll 111*

7 *Rep. 1,36* ut unum e togatis || **10** *cf. Val. Max. 4,5,4* || **16** sq. nam quid – necessarium **K** *§ 414 (p. 491 Schw.)* || **19** *ad § 113 sq. cf. 2,150 Quint. 1 proem. 26 sq. Iul. Sever. RL 355,17 sqq.*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** philosophorum V^2 *Rom* || **2** his **L** *(pr. Cima ad l.)* iis **M** | ⟨esse⟩ Crasse **L** *(*Crasse *exp.* V^2*)* || **4** quoniam ⟨obsequi voluntati vestrae⟩ *Muther*[1] *6* || **6** ne ut **OPUR** me ut V^1 nec ut **M**V^2 ⟨me⟩ ne ut *Cima*[2] *461* || **7** e togatorum **L** ex oratorum **M** || **8** ⟨ut⟩ videar H^2 | aliquid a me **L** *(pr. Pichon 367)* a me aliquid **M** || **9** promisisse **MOR** promsisse **V**U^1 prompsisse **P**U^2 ς *edd. vet. Sutton* || **10** cum **L** quom **H** quo **E** | magistratum **MN** -us **L**N^v *secl. Cima*[2] || **11** in prensando **MRN**^{v} in prehensando **V** impressando **OP** in presando **U** in pensando **N** | ita ei **M** ei ita **L** || **13** posset **M**V^2P^2**UR** posse V^1OP^1 || **13.14** esse unum hominem **C** esse hominem unum ς *Lamb alii* hominem esse unum *Kayser* ⟨semper iudicavi⟩ hominem esse unum *Lag. 3 Vict. Schuetz Firmani* ⟨semper⟩ esse u. h. *Steph.* || **14** omnibus ⟨iudicavi⟩ *Steph.* | ineptum **M** -us **L** || **15** me **M** *om.* **L** esse ineptus **R** ineptum me minime esse vellem *Havet 38 propter clausulam* || **17** ipsum **M** id ipsum **L** || **18** est **C** sit **V** *om. Costa* || **19** inquit Crasse **M** *(cf. Stangl*[1] *28)* Crasse inquit **L**

25 „Sic igitur“ inquit „sentio“, Crassus, „naturam primum atque ingenium ad dicendum vim adferre maximam; neque vero istis, de quibus paulo ante dixit Antonius, scriptoribus artis rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse. nam et animi atque ingeni celeres quidam motus 5 esse debent qui et ad excogitandum acuti et ad explicandum ornandumque sint uberes et ad memoriam firmi atque 114 diuturni; et si quis est, qui haec putet arte accipi posse – quod falsum est; praeclare enim res se habeat, si haec accendi aut commoveri arte possint; inseri quidem et do- 10 nari ab arte non possunt; omnia sunt enim illa dona naturae, – quid de illis dicam quae certe cum ipso homine nascuntur, linguae solutio, vocis sonus, latera, vires, con- 115 formatio quaedam et figura totius oris et corporis? neque haec ita dico ut ars aliquos limare non possit – neque enim 15 ignoro et quae bona sint fieri meliora posse doctrina et quae non optima aliquo modo acui tamen et corrigi posse – sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita voltu motuque corporis vasti atque agrestes, ut etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in 20

8 *ad § 114 Schulte 46–59; Michel 127*

4 *cf. § 87* dicendi rationem ac viam || **5–8** porro animi atque *(sic)* – diuturni **K** *§ 415 (p. 491 Schw.)* || **18** sq. sed – absoni *Non. 72, 5* (*propter* absonum) || **19 – p. 45, 1** ita voltu – possint *Non. 415, 6* (*propter* vastum)

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** igitur inquit sentio Crassus **M** *(pr. Stangl[7] 16)* inquit igitur sentio Cr. **VOPU** igitur sentio inquit Cr. **R** inquit igitur Crassus: Sentio ς**V**[2] *Rom Gruter* sentio igitur inquit Crassus ς || **2** vim *om.* **V**[1] (*suppl.* **V**[2]) || **5** quidem **OPR** || **6** qui **LM**[2] quia **M**[1]**K** | et[1] *om.* **L** | ad *om.* **H**[1] | excogitandum **H**[2] **EL** cogitandum **H**[1] | et[2] *om.* **VOPU** || **8** et si quis **CK** *(pr. Stangl[7] 53)* sed si quis **V**[2] sed quis ς | putet **L** -at **M** | arte ⟨sola⟩ **R** || **9** res se **M** se res **L** | habeat **C** habet ς**V**[2] *edd* | si haec **C** si aut malit *Bake* || **10** possint **C** possunt **E**[1]ς *Cima* || **11** omnia *del. Ernesti* | omnia – naturae *secl. Schuetz* || **11** suntque *Bake* || **12** dicam **MV**[2] -et **L** *Sutton* || **13** laterum *Pearce coll. Cato m. 28* | vires **L** aures **M** || **14** et figura *secl. Vassis* oris et tot. corp. *Vassis* | neque **L** neque enim **MR** enim *del. Ellendt quem omnes sequuntur praeter Friedrichium et Wilkinsium* || **15** aliquos **M** -id **L** *(pr. Pichon)* || **16** sunt ς *Rom* || **17** non optima **L** optima non **M** | ⟨sint⟩ *ins. Friedrich[2] 23*

oratorum numerum venire non possint. sunt autem quidam ita in isdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. magnum quoddam est onus atque munus suscipere atque 116
5 profiteri se esse omnibus silentibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum. adest enim nemo fere quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat. ita quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa quae laudanda sunt obruit. neque haec in eam sen- 117
10 tentiam disputo, ut homines adulescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino a dicendi studio deterream. quis enim non videt C. Coelio aequali meo maximo honori fuisse, homini novo, illam ipsam, quamcumque adsequi potuerit, in dicendo mediocritatem? quis vestrum aequa-
15 lem Q. Varium, vastum hominem atque foedum, non intellegit illa ipsa facultate, quamcumque habet, magnam esse in civitate gratiam consecutum? sed quia de 26 118 oratore quaerimus, fingendus est nobis oratione nostra

13 homini novo: *J. Voigt, Homo novus. Ein Typus der römischen Republik Stuttgart 1926. H. Strasburger Novus homo RE 17, 786 sqq.*

4–9 magnum – obruit **K** *§ 415 (p. 491 Schw.)* || **14** vestrum aequalem: *Brut. 182*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** numero ς *Rom* | possunt **O¹P¹** | sunt autem *secl. Kayser* || **2** ita in isdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati **M** ita naturae muneribus in isdem (hisdem **PR**) rebus habiles ita ornati **L** || **3** ⟨ad dicendum⟩ non nati *Muther¹ 6* | ficti **L** electi **M** facti ς dati *Friedrich⁴ 80* || **4** suscipere atque **MU** *om.* **VO¹PR** (*suppl.* **V²**) || **5** se **C(Oᵛ)** re **O** || **7** nemo fere **L** *(cf. Kühner – St II 613)* fere nemo **MU** | quin **C(Oᵛ)K** qui non **H²V²**ς qui **O** | vitiosa *Pluygers* | in dicente **VP¹U²RNᵛ** indicet **MKOPᵃˡ** iudicet **V²N**ς *(pr. Langen² 7)* || **8** quicquid **C** quidquid **R** || **8.9** offenditur ea laudet quae **V²** *Rom* || **9** laudabilia **O** || **11** dicendi **EH²VO²RUNᵛ** disc- **H¹O¹PN**ς || **12** videt **LE¹** -eat **HE²** | maximo **LNᵛ** *(Coelius consul factus est)* magno **MV²U²N** || **13** homini novo **L** omnino **M** || **14** potuerit **C** *(def. Cima ad l.)* -tuit *Schuetz Wesenberg ad Cael. p. 14 Luterbacher* -tuerat *Roby Wilkins Courbaud* | vestrum aequalem **L** | aequalem meum **MV²** || **16** habet **LNᵛ** *(pr. Stroux² 139)* -uit **MV²N** || **18** figendum **R**

detractis omnibus vitiis orator atque omni laude cumulatus. neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc quod quaerimus omittemus. itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quaeritur 5 necessaria, sed animi libera quaedam oblectatio, quam diligenter et quam prope fastidiose iudicamus! nullae enim lites neque controversiae sunt, quae cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores
119 malos perpeti. est igitur oratori diligenter providendum, 10 non uti eis satis faciat quibus necesse est, sed uti iis ipsis admirabilis esse videatur quibus libere liceat iudicare. ac si quaeritis, plane quid sentiam enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui et tacendum putavi. mihi etiam qui optime dicunt quique id facillime at- 15 que ornatissime facere possunt, tamen nisi timide ad dicendum accedunt et in ordienda oratione perturbantur, paene
120 impudentes videntur; tametsi id accidere non potest. ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis expectationemque ho- 20 minum pertimescit. qui vero nihil potest dignum re,

9 item in theatro: *Kroll ad or. 62*

5—7 itaque – iudicamus **K** *§ 416 (p. 491 Schw.)* || **10—12** est *u. ad* iudicare **K** *§ 417 (p. 491 Schw.)* || **18—21** ut – pertimescit **K** *§ 418 (p. 491 Schw.)*

[**M** = **HE L** = **VOPUR**] **1** orator *secl. Kayser* | atque **C** aeque *Mohr at cf. Madvig² 374* | cumulatus **LN**^{V} *(cf. 1, 20)* -andus **MN** || **3** barbaries ς **V**² || **4** hoc **L** hic **M** *(pr. Friedrich² 23)* || **5** itaque **C** atque *Frederking* || **7** diligenter **MK** ind- **L** || **11** uti eis **M** ut illis **L** ut his *Rom* | uti iis ipsis *scripsi* uti iis **H** uti eis **E** ut his ipsis **L** ut iis ipsis *Steph* || **12** ac **CN**^{V} at **V**²**N** || **14** quod **LM**² quid **M**¹ | ⟨et⟩ tacui *Goerenz ad Ac. 2, 8* || **15** etiam qui **L** etiam quoque **M** etiam quoque qui **H**² etiam qui quam *Schuetz* | quique id facillime **L** qui me infacillime **M** quique cum facillime **H**² || **15. 16** atque ornatissime *secl. Ellendt Kayser* || **16** ornatissime **C** promptissime *Bake* || **17** ordienda **MN** *(cf. § 98, Orator 122)* exordienda **LN**^{V} || **20** expectationemque hominum **MK** hominumque exp. **L** || **21** vero *secl. Kayser* | dignum re **MUR** *om.* **V**¹**OP**

dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere
atque edere, is mihi, etiamsi commovetur in dicendo, ta-
men impudens videtur. non enim pudendo, sed non facien-
do id quod non decet, impudentiae nomen effugere debe-
5 mus. quem vero non pudet – id quod in plerisque video –,
hunc ego non reprehensione solum, sed etiam poena dig- 121
num puto. equidem et in vobis animum advertere soleo
et in me ipso saepissime experior, ut et exalbescam in prin-
cipiis dicendi et tota mente atque artubus omnibus con-
10 tremescam. adulescentulus vero sic initio accusationis
exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo
debuerim, quod continuo consilium dimiserit, simul ac
me fractum ac debilitatum metu viderit.“

Hic omnes adsensi significare inter sese et conloqui 122
20 coeperunt. fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor qui
tamen non modo non obesset eius orationi, sed etiam pro-
bitatis commendatione prodesset.

Tum Antonius „saepe, ut dicis“, inquit, „animum ad- 27
verti, Crasse, et te et ceteros summos oratores, quamquam
25 tibi par mea sententia nemo umquam fuit, in dicendi
exordio permoveri. cuius quidem rei cum causam quae- 123

20 pudor: *Michel 413*

7–9 equidem – contremescam **K** *§ 418 (p. 491 Schw.)* || **18** *Flacc. 62* fractum prope ac debilitatum || **21.22** *cf. 2,211* probitatis commendatione

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **2** atque edere *om.* **V**^{1} (*suppl.* **V**^{2}) | ⟨non⟩ commovetur **H**^{2} commoveatur ς **V**^{2} *Rom* || **3** non enim pudendo **L** *(pr. Stroux^{2} 151,1)* non enim . . . ◡ sed **H**^{1} *(lac. 12–14 litt.)* ◡ faciendo solum quod decet **H**^{2} *in mge, Costa* non enim ◡ sed **E** || **4** nomen **C** *(cf. de off. 3,57)* crimen *Ruhnken, Stangl^{1} 32* || **7** animum advertere **M** animadvertere **L** || **8** ut et **MK** ut **L** **9** artubus omnibus **MK** (artibus **K**) omnibus artubus **L** | contremescam **MKVPU** -iscam **H**^{2}**V**^{2}**O**ς extremescam **R** || **10** ⟨in⟩ initio **ERV**^{2}ς || **19** sese **MRN** se **LN**^{V} | conloqui ⟨submissa voce⟩ *Havet clausulae sanandae causa* || **19.20** conloqui + coeperunt *Courbaud* || **20** mirificus quidam **MR** quidam mirificus **L** || **21** modo non **L** *om.* **M** *secl. Friedrich at cf. Sorof^{2} 1* || **23** animum adverti **MN** animadverti **LN**^{V} || **24** summos oratores **C** oratores summos ς *Rom Kayser* oratores *del. Havet* || **26** cum causam **H**^{2}**E** quom causam **H**^{1} causam cum **L**

rerem, quidnam esset cur, ut in quoque oratore plurimum esset, ita maxime is pertimesceret, has causas inveniebam duas: unam quod intellegerent ii quos usus ac natura docuisset non numquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere; ita non iniuria, 5 quotiensc umque dicerent, id quod aliquando posset acci-
124 dere ne illo ipso accideret ⟨tempore⟩ timere. altera est haec, de qua queri saepe soleo: ceterarum homines artium spectati et probati, si quando aliquid minus bene fecerunt quam solent, aut noluisse aut valetudine impediti non 10 potuisse consequi id quod scirent putantur – „noluit", inquiunt, hodie agere Roscius aut crudior fuit –, oratoris peccatum si quod est animum adversum, stultitiae pec-
125 catum videtur. stultitia autem excusationem non habet, quia certe nemo videtur, aut quia crudus fuerit aut quod 15 ita maluerit, stultus fuisse. quo etiam gravius iudicium in dicendo subimus. quotiens enim dicimus, totiens de nobis iudicatur; et qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; cuius in dicendo aliquid

14–17 *cf. Michel 414*

8 *cf. 2, 37* ceterarum artium homines || **17–19** quotiens – gestum **K** *§ 419 (p. 491 Schw.)*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** cur ut **L** cur **M** cur cum **H**[2] | quoque **C** quoquo ς *Kayser* | plurimum ⟨eloquentiae⟩ **H**[2] || **2** *in verbo* causas **E** *desinit* || **6** aliquando ⟨alicui nimis⟩ **V**[2] *Rom* | posset **L** possit **H** || **7** tempore *ins. Stroux*[2] *150* | ne illo ipso accideret **H** ne tum accideret **L** ne illud ipsum acc. ς**V**[2] *Rom* ne tum ipsum acc. *Madvig De fin. II 65* | ne illo ipso ⟨tempore⟩ acc. ς *Friedrich*[2] *24* || **8** soleo: ceterarum **L** *(pr. Stroux*[2] *149)* soleo de cetera **H**[1] soleo ceteri **H**[2] (*in mge* q̄) soleo quod ceterarum ς**V**[2] *edd. recc.* soleo et enim cet. *Bake* || **9** fecerunt **VPR** *(pr. Stroux*[2] *150)* -erant **H** -erint **O**ς**V**[2] || **10** impeditos ς *Rom* || **11** putantur **MV**[2] -entur **L** || **12** cruor **H** || **13** spectatum **H** | quod est **LH**[1] quid est **H**[2] quid non est **H**[3] | animum adversum **H** animadversum **L** || **14** habet ⟨illud habet⟩ *Piderit*[1] || **15** quia certe nemo *Kumaniecki*[4] *(cf. pro imp. Cn. Pomp. 43)* quia ante nemo **H** quia nemo **L** quare nemo ς**V**[2] *Rom Firmani* atque nemo *Bake* || **17** enim **C** ergo **K** || **19** – p. 49, **1** cuius in dicendo aliquid reprehensum est **LN**[V] qui autem in dicendo quid reprehensus est **MN** (cui **N**) cuius ... quid reprehensum est *Sorof (at cf. Stroux*[2] *150)*

reprehensum est, aut aeterna in eo aut certe diuturna valet 28
opinio tarditatis. illud vero quod a te dictum est esse 126
permulta, quae orator a natura nisi haberet, non multum
a magistro adiuvaretur, valde tibi adsentior inque eo vel
5 maxime probavi summum illum doctorem Alabandensem
Apollonium, qui cum mercede doceret, tamen non patie-
batur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere,
operam apud sese perdere dimittebatque et ad quam
quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere
10 atque hortari solebat. satis est enim in ceteris artificiis 127
percipiendis tantummodo similem esse hominis et id
quod tradatur vel etiam inculcetur, si quis forte sit tar-
dior, posse percipere animo et memoria custodire. non
quaeritur mobilitas linguae, non celeritas verborum, non
15 denique ea quae nobis non possumus fingere: facies, vul-
tus, sonus. in oratore autem acumen dialecticorum, sen- 128
tentiae philosophorum, verba prope ⟨iam⟩ poetarum, me-
moria iuris consultorum, vox tragoedorum, gestus paene
summorum actorum est requirendus. quam ob rem nihil
20 in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri pot-
est. quae enim singularum rerum artifices singula si
mediocriter adepti sunt, probantur, ea nisi omnia summa
sunt in oratore, probari non possunt.

10 *ad § 127 sq. Michel 415*

16–18 quaeritur vero in oratore *(sic)* – consultorum **K** *§ 420 (p. 491 Schw.)* || **18** *cf. Quint. 12, 5, 5* vox quidem non, ut Cicero desiderat, paene tragoedorum

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **3** a natura nisi ς *Ellendt* aut natura nisi **M** nisi a natura **L** nisi haberet a natura ς *Piderit Kayser* || **5** probavi **L** probabis **M** | illum summum ς | Alabandensem **C** (**O**^{v}) Albanensem **O** || **8–9** ad quam quemque artem ς *duo codd. Lamb* ad quamque artem **HV**^{1}**OP**^{1} ad quamcumque a. **P**^{1}**R** || **10** satis est enim **VOPU** satis esse enim **MR** satis enim est ς *Ellendt* | in *om.* **VOPU** *del. Richard Sutton* || **11** percipiendis **L** *(pr. Stroux*^{2} *150)* perficiendis **M** *del. Ellendt Kayser* || **12** tradetur (-atur **V**^{2}) vel etiam **L** tradatur ut laetitia **M** || **16** ⟨queritur⟩ vero in or. acumen **K** | sententiae **VP**^{2}**U** *(cf. Stroux*^{2} *150)* sententia **M** *(supra a aliquid erasum)* **KP**^{1}**R** scientia ς *(iniuria def. Friedrich*^{2} *25)* || **17** prope iam *Kumaniecki*^{4} prope **L** prudentium **MKV**^{2} propemodum *Cima* || **19** *in syllabis* summo *desinit* **H** || **22** summa sunt in oratore **L** (sint **V**^{2}) sunt in oratore summa ς *Piderit Kayser* || **23** possunt **L**(**O**^{v}) potest **O**^{1} *Ellendt alii (pr. Bornecque*^{1}*)*

129 Tum Crassus „atqui vide“ inquit „in artificio perquam tenui et levi quanto plus adhibeatur diligentiae quam in hac re, quam constat esse maximam. saepe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem, non 5 quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset. nihil est enim tam insigne nec tam ad diuturnitatem memoriae stabile
130 quam id in quo aliquid offenderis. itaque ut ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudem dirigamus, 10 videtisne quam nihil ab eo nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate fiat, nisi ita ut deceat et uti omnis moveat atque delectet? itaque hoc iam diu est consecutus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. hanc ego absolutionem perfectionemque in 15 oratore desiderans, a qua ipse longe absum facio impudenter; mihi enim volo ignosci, ceteris ipse non ignosco. nam qui non potest, qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc, ut Apollonius iubebat, ad id quod facere possit detrudendum puto. 20

29
131 „Num tu igitur“ inquit Sulpicius „me aut hunc Cottam ius civile aut rem militarem iubes discere? nam quis ad ista summa atque in omni genere perfecta potest pervenire?“

Tum ille „ego vero“ inquit „quod in vobis egregiam 25 quandam ac praeclaram indolem ad dicendum esse cognovi, idcirco haec exposui omnia, nec magis ad eos deterrendos qui non possent, quam ad vos qui possetis exacuendos accommodavi orationem meam; et quamquam in utroque vestrum summum esse ingenium studiumque perspexi, 30

21 *de §§ 131–133 Becker 33*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** perquam tenui ς opera quam tenui **L** et opera quam *Rom* || **4** reperire **OPUR** -isse **V** *Rom* || **5** potuisse **OPUR** -et **V** *Rom* || **7** ferre **VO**^{v}**P**^{2}**UR** facere **O** *om.* **P**^{1} || **10** huius *in mge* **V** || **11** perfecte **OPUR** -tum **V**ς *Rom* || **12** fiat ⟨nihil⟩ ς *Ellendt* || **14** quo quisque **L** quocunque quis *Madvig* | in suo **L** in eo *Lamb at cf. Lael 79* || **18** qui² *om.* **V** | quem **VOPU** qui **R** || **28** qui non possent *om.* **O** *suppl.* **O**^{v} || **30** studiumque *om.* **R**

tamen haec quae sunt in specie posita, de quibus plura
fortasse dixi quam solent Graeci dicere, in te, Sulpici,
divina sunt. ego enim neminem nec motu corporis neque 132
ipso habitu atque forma aptiorem nec voce pleniorem aut
5 suaviorem mihi videor audisse; quae quibus a natura
minora data sunt, tamen [qui] illud adsequi possunt, ut
iis quae habent modice et scienter utantur et ut ne dede-
ceat. id enim est maxime vitandum et de hoc uno minime
est facile praecipere non mihi modo, qui sicut unus pa-
10 ter familias his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio
quem saepe audio dicere caput esse artis decere, quod
tamen unum id esse quod tradi arte non possit. sed si 133
placet sermonem alio transferamus et nostro more ali-
quando, non rhetorico, loquamur".

15 „Minime vero" inquit Cotta „nunc enim te iam exore-
mus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio nec
ad aliam dimittis artem, ut nobis explices, quicquid est
istud, quod tu in dicendo potes – neque enim sumus nimis
avidi; ista tua mediocri eloquentia contenti sumus – id-
20 que ex te quaerimus (ut ne plus nos adsequamur quam

1 plura fortasse dixi: *Steidle 32 adn. 108* || **9** pater familias: *Zoll 126 sq.*

9 pater familias *cf. § 159* || **11** *Quint. 11, 3, 177* vere hoc dictum est „caput esse artis decere quod facias" *Iul. Vict. RL 442, 18:* ut ait M. Tullius „caput artis esse decere quod facias" *Alb. RL 546, 37* ut ait M. Tullius „caput artis est decere quod facias" *Iul. Sever. RL 370, 5* scire autem debes ... caput esse artis decere quod facias. *Hieronymus Epist. 69, 7 (CSEL 54, 695)* caput est artis decere quod facias (*cf. praeterea or. 74* histrio quid deceat quaerit.)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** sunt *om.* **R** || **5** a natura **V**[2] ς *editt. (cf. 1, 126; 133; 2, 126; 3, 31; 195, 197, 216, 223, 229)* ab natura **L** *Stroux*[3] || **6** qui illud **L** qui *del.* ς || **9** unus ⟨e multis⟩ *Piderit*[1] | pater familias *secl. Piderit*[1] *Kayser* || **10** illi ipsi ς || **11** decere **L** decere ⟨quod facias⟩ *Quint.* unde idem habent *Hieron, Severianus, Iul. Vict. quod etiam apud Ciceronem inserendum putat P. V. Winterfeld Philol. N.F. XII 627 quem sequitur Stroux*[2] *176 adn. 1* || **12** esse ⟨tenet⟩ **R** | sed **OPUR** atque **V** || **15** enim *om.* **R** || **16** est *om.* **P** || **17** quicquid **OPR** quidquid **VU** || **20** adsequamur **V**[1] **U** ass- **V**[2] **OPR** sequamur *Sorof*[4]

quantulum tu in dicendo adsecutus es) quoniam, quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis, quid praeterea esse adsumendum putes?"

30 134 Tum Crassus adridens „quid censes", inquit „Cotta nisi studium et ardorem quendam amoris? sine quo cum in 5 vita nihil quisquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis nemo umquam adsequetur. neque vero vos ad eam rem video esse adhortandos, quos, cum mihi quoque sitis 135 molesti, nimis etiam flagrare intellego cupiditate. sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi 10 illud, quod eo quo intendas ferat deducatque, cognoris. quare quoniam mihi levius quoddam onus imponitis neque ex me de oratoris arte sed de hac mea, quantulacumque est, facultate quaeritis, exponam vobis non quandam aut perreconditam aut valde difficilem aut magnificam 15 aut gravem rationem consuetudinis meae, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio versari adulescenti 136 licebat." tum Sulpicius „o diem, Cotta, nobis" inquit „optatum! quod enim neque precibus umquam nec insidiando nec speculando adsequi potui, ut quid Crassus 20 ageret meditandi aut dicendi causa, non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret, id spero nos esse adeptos omniaque iam ex ipso, quae diu cupimus, cognituros.

31 137 Tum Crassus „atqui arbitror, Sulpici, cum audieris, non 25 tam te haec admiraturum quae dixero, quam existimaturum tum, cum ea audire cupiebas, causam cur cuperes

4 *ad § 134 Michel 139–141*

9–10 *cf. Quint. 10, 7, 5*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **6** quisquam *Huldrich* quicquam **L** (*om.* **O**[1], *suppl.* **O**[v]) *Firmani Sutton* || **8** adhortandos **L** cohort- ς || **9** etiam **VOPU** et **R** | flagrare **C** fraglare **V**[v] || **11** tendas **P**[1] || **14** quandam non *Lamb* || **15** reconditam ς **R**[m] || **16** rationem consuetudinis meae **L** *(def. Cima Wilkins ad. l.)* rationem sed consuetudinem meam *Piderit Rubner 193* ⟨sed⟩ rationem *Stroux*[3] rationem *exp.* **V**[2] *om. Rom* orationem *Pol* || **22** Diphilo ς Diiphilo **L** Deyphilo **R** Deiphilo **V**[2] | expiscari *Siesbeyus ap. Madvig*[1] *185*

non fuisse. nihil enim dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum. nam principio, illud quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista om-
5 nium communia et contrita praecepta didicisse: primum 138
oratoris officium esse dicere ad persuadendum accommodate; deinde esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione, sine designatione personarum ac temporum, aut de re certis in personis ac temporibus locata; in 139
10 utraque autem re quicquid in controversiam veniat, in eo quaeri solere aut factumne sit aut, si est factum, quale sit aut etiam quo nomine vocetur aut, quod nonnulli addunt, rectene factum esse videatur; existere autem con- 140
troversias etiam ex scripti interpretatione, in quo aut
15 ambigue quid sit scriptum aut contrarie aut ita ut a sententia scriptura dissentiat; his autem omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria. sed causarum, 141
quae sint a communi quaestione seiunctae, partim in iudiciis versari partim in deliberationibus; esse etiam

7–9 *Riposati*[1] *165–170* || **13** *ad § 140 Laurand 95 sq.* || **15** ambigue: *Riposati*[1] *257 sq.; Stroux*[4] *31 sq.* | contrarie: *Riposati*[1] *260 sq.; Stroux*[4] *38 sq.* || **15–16** a sententia scriptura dissentiat: *Riposati*[1] *258–260; Stroux*[4] *33–38* || **17** *ad § 141 Hendrickson 129–136; Hinks 170–176; Riposati*[1] *224–227, 230*

5 sq. *cf. Quint. 2, 15, 5* Cicero pluribus locis scripsit officium esse oratoris dicere adposite ad persuadendum || **13** *ad § 140 cf. 2, 110, Part. or. 108, Top. 96 (plane aliter De inv. 1, 12–13, 17)* || **17** sq. *cf. Top. 91. Cf. Quint. 3, 3, 15* itaque quidam tria genera rhetorices dicere maluerunt optime autem ii, quos secutus est Cicero, genera causarum

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** non auditum **V**[2] || **3** illud quod **L** *(cf. 1, 71)* id quod ς *edd. recc.* || **6** officium *om.* **R** || **7** omnem **OPUR** omnino **V** || **8** ac *malit Friedrich Courbaud* aut **L** et ς || **10** utraque **L** certa *Bake* | quicquid **OPUR** quidquid **V** || **13** rectene **VOPU** rectumne **R**ς *Rom* | factum **C** actum *Volkmann 53 quem sequitur Stroux*[2] *40 (at cf. Harnecker*[1] *17)* || **13–16** existere *u. ad* dissentiat *secl. Langen*[2] || **14** ex scripti **C** (**O**[v]) in scripti **O** || **16** scriptura **VO**[v] scriptum **OPUR** | dissideat *Ald Sutton* || **17** sed **C** et *Bake* || **18** sunt **U**[1] | seiunctae **VU** -ta **OPR** || **19** deliberativis **R**

genus tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur; certosque esse locos quibus in iudiciis uteremur, in quibus aequitas quaereretur; alios in deliberationibus, quae omnes ad utilitatem dirigerentur eorum quibus consilium daremus; alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. 142 cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum quid diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque componere; tum ea denique vestire atque ornare oratione; post memoria saepire; ad extremum agere cum dignitate et venustate, etiam illa cognoram et acceperam, 143 ante quam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent; deinde rem demonstrandam, postea controversiam constituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum, post quae contra dicerentur refellenda, extrema autem oratione ea quae pro nobis essent amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis infirmanda atque frangenda. **32** 144 audieram etiam quae de orationis ipsius ornamentis traderentur: in qua praecipitur primum, ut pure et Latine loquamur, deinde ut plane et dilucide, tum ut ornate, post ad rerum dignitatem apte et quasi decore; singularumque rerum praecepta

1 genus tertium: *Durry 107* || **7** *ad § 142 Striller 35; Solmsen*[1] *47 adn. 44* | oratoris vis: *Steidle 26 sq.* || **13** *ad § 143 Laurand 98 sq.; Riposati*[1] *265* || **14** *ad § 144 Stroux*[1]

7 *cf. Quint. 3, 3, 7* idem in ⟨libris de⟩ oratore quinque rebus constare eloquentiam dicit || **13** *ad § 143 cf. or. 122. Top. 97 sq.* || **22** *De opt. gen. or. 4* pure et accurate loquentes quod est Latine | *cf. 3, 37–51 Rhet. ad Her. 4, 17* || **23** plane: *Rhet. ad Her. 4, 17* | ornate: *Rhet. ad Her. 4, 18*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** quaereretur *Crat* quaeritur **L** || **4** quae ς *Ellendt alii* qui **L** *Sutton* || **6** referrent **R** || **8** eum debere *Rubner*[2] *11* || **10** ac iudicio *Rom* | disponere *Ald alii* || **13** ac venustate *Ernesti* || **14** rebus **V**[2] *Rom* || **15** rem ⟨gestam⟩ **R** || **21** ⟨in arte⟩ trad. *Muther*[1] | qua **L** *(def. Cima ad l.)* quo *Schuetz (cf. 2, 83; 2, 239; 2, 331) Friedrich Courbaud* || **24** quasi *secl. Firmani*

cognoram. quin etiam, quae maxime propria essent 145
naturae, tamen his ipsis artem adhiberi videram. nam
de actione et de memoria quaedam brevia, sed magna
cum exercitatione praecepta gustaram. in his enim fere
5 rebus omnis istorum artificum doctrina versatur, quam
ego si nihil dicam adiuvare, mentiar; habet enim quaedam
quasi ad commonendum oratorem, quo quidque referat
et quo intuens ab eo, quodcumque sibi proposuerit, mi-
nus aberret. verum ego hanc vim intellego esse in prae- 146
10 ceptis omnibus, non ut ea secuti oratores eloquentiae lau-
dem sint adepti, sed quae sua sponte homines eloquentes
facerent, ea quosdam observasse atque digessisse. sic
esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex elo-
quentia natum; quod tamen, ut ante dixi, non eicio; est
15 enim, etiam si minus necessarium ad bene dicendum,
tamen ad cognoscendum non inliberale, etiam exercitatio 147
quaedam suscipienda vobis est – quamquam vos quidem
iam pridem estis in cursu, – sed iis qui ingrediuntur ad
studium quique ea, quae agenda sunt in foro tamquam
20 in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra
praediscere ac meditari.

„Hanc ipsam" inquit Sulpicius „nosse volumus. ac 148
tamen ista, quae abs te breviter de arte decursa sunt,

9 *ad § 146 Kroll*[1] *577 adn. 1; Weidner 57*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** his **V** (*aliquid supra lin. erasum fortasse* in) **O**²**U** in his **O**¹**PR** || **11** sed **C** et *Rubner*² *12* || **12** digessisse *Gesner*¹ *Schuetz* id egisse **L** adegisse *Lag 23* coegisse *Koch*¹ conlegisse *Nizolius, alii* ad artemque redegisse *Ernesti Bake* indagasse *Stater Class. Rev. 27 (1913), 159 post* id egisse *plura excidisse putat Kayser; lectionem codd. servant Ellendt Friedrich Courbaud* || **14** reicio *Lamb* || **16** etiam *O. M. Mueller* ea **L** et *Lott alii* at *Thanner* eius *Man* praeterea *Lamb secl. Bake* | ⟨itaque et praecepta tractanda⟩ et *Madvig*¹ *III 85 sqq* || **18** ii *Ernesti* | et eis *Luterbacher* || **18. 19** ad studium **L** ad stadium *Lott Crat Lamb* („e codice longe optimo" *coniecturam speciosam sed non necessariam vocat Stroux*³) in stadium *Gruter alii, delere malit Friedrich* || **21** praediscere **RV**²ς prodiscere **V**ᵛ**OPU** *(cf. Pichon 369)* perdiscere ς | ac **L** atque ς | **22** nosce **R** || **22. 23** ac tamen **OPRV**² *(cf. Madvig de Fin. II 85)* attamen **VU** at etiam *Langen*² *8* || **23** ista ⟨quoque⟩ *Harnecker* | aps te **V**ᵛ a te **R** | sunt **VPU** sint **OR**

audire cupimus, quamquam sunt nobis quoque non inaudita. verum illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias quaerimus."

33 149 „Equidem probo ista" Crassus inquit" quae vos facere soletis, ut causa aliqua posita consimili causarum earum 5 quae in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate. sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires exercent suas et linguae celeritatem incitant verborumque frequentia delectantur. in quo fallit eos quod audierunt, dicendo homines ut dicant 10 150 efficere solere. vere enim etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo facillime consequi. quam ob rem in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. caput au- 15 tem est quod ut vere dicam minime facimus – est enim magni laboris, quem plerique fugimus – quam plurimum scribere. ⟨stilus est⟩ stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio 20 facile vincit, hanc ipsam profecto adsidua ac diligens scrip- 151 tura superabit. omnes enim, sive artis sunt loci sive

4 *ad § 149 Weidner 54*

6.7 *cf. Quint. 10, 5, 14* declamationes ... ad veritatem accommodatae || **13** sq. in istis – dicere *Iul. Vict. RL 441, 1 sq.* || **18** stilus est, inquit M. Tullius, stilus optimus – magister *Iul. Vict. RL 444, 3* (*cf. praeterea Plin. Epist. 7, 17, 13*: nam quod M. Cicero de stilo, ego de metu sentio. timor est, timor emendator asperrimus) | *Quint. 10, 13, 1* nec inmerito M. Tullius hunc „optimum effectorem ac magistrum dicendi" vocat || **22** – p. 57, **7** omnes *u. ad* scribendo *Iul. Vict. RL 444, 4*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **4** Crassus *del. Madvig de fin. II 11 Courbaud* | inquit Crassus *malit Steindorf ap. Orellium* || **7** modo *om.* ς || **13** ⟨etsi ergo⟩ in istis *Iul. Vict.* | etsi *om. Iul. Vict.* | etiam *om. Iul. Vict.* et **R** || **18** ⟨stilus est⟩ *ins. Stangl Philol. 45, 222 ex Iulio Vict. (cf. etiam Plin. Ep. 7, 17, 13)* | optimus **P**[1] **R**ς opimus **VOP**[2] **U** | optimus ⟨est⟩ *Sorof* | praestantissimus ⟨est⟩ ς *Bake* praestantissimus ⟨dicitur⟩ *Cahen Bull. Critique 11 (1905) 508–11* || **19** effector dicendi *Iul. Vict.* | magister ⟨habetur⟩ *Kayser* | nec **O** | neque iniuria *secl. Vassis*

ingenii cuiusdam atque prudentiae, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se et occurrunt; omnesque sententiae verbaque omnia quae sunt cuiusque gene-
5 ris ⟨maxime propria⟩ maximeque inlustria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est; tum ipsa conlocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poetico sed quodam oratorio numero et modo. haec sunt 152 quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt,
10 neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur. et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur similia scripto-
15 rum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. ut concitato navigio cum re- 153 miges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum, sic
20 in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum scriptorum similitudine et vi concitata. in cotidianis autem commentationibus equi- 154 34

22 *ad § 154 sq. cf. Michel 429 sq.*

13–15 hanc – videantur *Iul. Vict. RL 444, 9*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** atque **L** *Iul. Vict.* ac ς *editt.* || **1.2** qui modo – scribimus *om. Iul. Vict.* || **2** inquirentibus **V**ᵛ **R U** *Iul. Vict. Ald Iunt Crat Man Steph* anq- **V**ᵛ **O P** *Courbaud Friedrich Wilkins Cima* (*et* anquirentibus *in textu et* inquirentibus *in mge* **V** *siglis* .v. *instructum*) || **2–4** omnique – verbaque *om. Iul. Vict.* || **5** maxime propria *ins. Herthel 11 ex Iul. Vict.* | maximeque inlustria **L** (ill – **OPR**) maxime inlustria *Iul. Vict.* ς || **6** collocatio **OP** collatio **V**² **R** ς *Rom* || **7** conformatioque **V U P**² confirmatioque **O P**¹ **R** | perficitur **L** perspicitur *Iul. Vict.* || **10** nisi diu **L** nisi qui diu **O** ς *Lamb alii* || **13** ⟨et⟩ hanc *Iul. Vict.* || **13.14** etiam si subito dicas *Iul. Vict.* || **17** ⟨et⟩ ut *Bake* | incitato *Rom* || **17** inhibuerunt **L** *(cf. ad Att. 13, 21, 3)* -erint **V**² ς sustinuerunt *Lamb* || **22** commentationibus *Lag 16, 23, 70, 73, 86 (cf. Brut. 249)* concitationibus **L** concert- **R** ς *Steph* conditionibus *vel* concionibus ς cogitat- *Crat alii* exercit – *Thanner*

dem mihi adulescentulus proponere solebam illam exer-
citationem maxime, qua C. Carbonem nostrum illum
inimicum solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propo-
sitis quam maxime gravibus aut oratione aliqua lecta ad
eum finem quem memoria possem comprehendere, eam 5
rem ipsam quam legissem verbis aliis quam maxime pos-
sem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem ver-
bis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem. sed
post animadverti hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae
maxime cuiusque rei propria quaeque essent ornatissima 10
atque optima occupasset aut Ennius, si ad eius versus me
exercerem, aut Gracchus si eius orationem mihi forte
posuissem: ita, si isdem verbis uterer nihil prodesse, si
aliis etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem.
155 postea mihi placuit eoque sum usus adulescens, ut summo- 15
rum oratorum Graecas orationes explicarem. quibus lectis
hoc adsequebar, ut cum ea quae legeram Graece, Latine
redderem, non solum optimis verbis uterer et tamen usi-
tatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando,
156 quae nova nostris essent, dum modo essent idonea. iam 20
vocis et spiritus et totius corporis et ipsius linguae mo-
tus et exercitationes non tam artis indigent quam laboris;
quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imi-
temur, quorum similes velimus esse. intuendi nobis sunt
non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetu- 25
dine ad aliquam deformatitem pravitatemque veniamus.
157 exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quam

2 sq. *cf. Brut. 105* || **17** Quint. 10, 5, 2: vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant id se L. Crassus in illis Ciceronis De oratore libris dicit factitasse || **20–22** iam vocis – laboris *Iul. Vict. RL 441, 4 (libere)* || **23** sq. quibus – esse *Iul. Vict. RL 441, 26 (libere)* || **24–26** intuendi – veniamus *Iul. Vict. RL 441, 30 (libere)*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **5** ⟨ad⟩ quem Muther || **13** posuissem **L** prop- ς *Courbaud* | nil prodesse *Havet propter clausulam* || **17** legeram **L** -erem ς *Ald Sutton* -erim *Crat.* || **18** et tamen **L** attamen V^2 || **22** exercitationis **R** | indigent V^2P^2 indiget V^1OP^1UR haec erunt *Iul. Vict.* || **23** oratio **P** || **27** ediscens **R**

plurimis et nostris scriptis et alienis. atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consueris, etiam istam locorum simulacrorumque rationem, quae in arte traditur. educenda deinde dictio est ex hac dome-
5 stica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem, subeundus visus omnium et periclitandae vires ingenii, et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. legendi etiam poetae, cognoscendae historiae, om- 158
10 nium bonarum artium doctores atque scriptores et legendi et pervolutandi et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partis et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque
15 dicendum. perdiscendum ius civile, cognoscendae leges, 159 percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina rei p(ublicae) iura sociorum, foedera, pactiones,

3 *cf. 2, 351sqq.* || **4–7** *cf. Iul. Vict. RL 445, 28* M. Tullii sententia qui praecipit ducendam dictionem ex domestica – aciem, subeundum visum || **15**sq. *cf. § 18; 201; 256; 2, 62 or. 120, part. or. 96*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** [exer]citatione *redit* **H** || **3** etiam *om.* ς *secl. Kayser Firmani* || **4** educenda deinde dictiost **HL** (dictio est **L**) ducendam dictionem *Iul. Vict.* || **4–8** educenda *u. ad* proferenda est *secl. Bake* | hac *om. Iul. Vict.* || **6** forensem *om. Iul. Vict.* || **7** subeundus **LH** -dum *Iul. Vict.* | visus *editores ex Iul. Vict.* visum *Iul. Vict.* usus **L** *Adler Courbaud Richard Sutton om.* **H** gustus *Orelli* subeundum visus periculum et per. *Harnecker* || **7** omnium **C** *Iul. Vict.* hominum ς *Madvig ap. Henrichsen Halm* || **8** proferenda est **L** -dast **H** || **9** cognoscendae historiae **HU**[2] *(cf. § 187)* -enda -ria **L** *Sutton* || **10** doctores atque scriptores **H** scriptores atque doctores **L** | et legendi **L** eligendi **H** legendi *vel* et perlegendi ς || **11** laudandi et **M** || **12** refellendi **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *25 ret. Courbaud Firmani Richard* || **13** quicquid **MOPR** quidquid **VU** || **14** quaque **C** quacunque **V**[2] ς *Rom* | re *om. Lamb* | eliciendum **L** elig- **M** || **14.15** atque dicendum perdiscendum **MV**[2] ad quae discendum **VOP** ad quae perdiscendum **U** et perdiscendum **R** atque discendum ς atque eruendum *Koch*[1] *(coll. Or. 79)* atque educendum *Ammon* atque perdiscendum *Friedrich*[2] *26* atque ediscendum *Costa* atque dicendum *secl. Lamb Schuetz alii, sed et propter sensum et propter clausulam (cf. Laurand Style de Cicéron 178, 2) retinendum* || **17** – p. 60, **1** pactiones *u. ad* imperii **L** *om.* **M**

causa imperii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspargatur omnis oratio. effudi vobis omnia quae sentiebam; quae fortasse, quemcumque patrem familias adripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis per- 5 contantibus respondisset.“

35 160 Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. sed quamquam satis iis qui aderant ad id quod erat propositum dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo quam ipsi vellent ab eo peroratum. tum Scae- 10 vola „quid est, Cotta?“ inquit „quid tacetis? nihilne vobis 161 in mentem venit, quod praeterea a Crasso requiratis?“ „id mehercule“, inquit „ipsum attendo. tantus enim cursus verborum fuit et sic evolavit oratio, ut eius vim et incitationem aspexerim, vestigia ingressumque non viderim, 15 et tamquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste neque proposito argento neque tabulis et signis propalam conlocatis, sed iis omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis: sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius 20 ingenii per quaedam involucra atque integumenta perspexi, sed ea contemplari cum cuperem, vix aspiciendi

7 *de §§ 160–165 Becker 33*

4 *cf. § 132* || **11–13** nihilne – attendo *Non. 71, 3* (*propter* attendere)

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** cognoscenda est **L** cognoscendast **M** *del. Pluygers* | liberandus **R** | est **L** *om.* **M** *secl. Costa* | etiam ex omni g. **M** ex omni etiam g. **L** ex omni g. etiam **R** || **3** perspargatur **C** spargatur **V**^{2} perspergatur **U** aspergatur *vel* spargitur *vel* perspargitur ς | vobis **MUR** *om.* **V**^{1}**OP** || **4** ⟨si⟩ quemcumque **L** *Richard* || **5** percunctantibus **R** || **8** sed **C** si **R** || **9** sentiebat **R** || **12** quod **RN**ς *edittores (cf. Kühner Stegmann II 500 A 3)* quid **CN**^{v} *Non Stroux*^{3} | a **L** *Non* ab **M** | id ⟨immo id⟩ ς *Rom* || **13** mehercule **C** me Hercules *Non (cf. Orator 157)* | ipsum inquit *Non* || **14** ut ⟨et⟩ **R** | et **C** atque ς || **15** non **LN**^{v} vesti **H** *unde* vix **N**ς *edd.* || **17** explicata veste **L** explicavisti ◡ **M** (avisti *in ras* **M**^{1}) || **18** conlocatis **V**^{1}**U** collocatis **MOPR** collatis **V**^{2} *Rom* || **20** modo *om.* **V**^{1} (*suppl.* **V**^{2}) ς *del. Ellendt alii* || **21** integumenta **L** integim- **M** | prospexi ς *Rom* || **22** ea contemplari quom **M** cum contemplari **VU** ea cum contemplari **OPR** tanta cum contemplari **V**^{2} | prospiciendi *Stangl*^{3}

potestas fuit. itaque nec hoc possum dicere me omnino
ignorare quid possideat, neque plane posse atque ⟨iam⟩
vidisse." „quin tu igitur facis idem" inquit Scaevola „quod 162
faceres, si in aliquam domum plenam ornamentorum vil-
5 lam⟨ve⟩ venisses? si ea seposita, ut dicis, essent, tuque
valde spectandi cupidus esses, non dubitares rogare do-
minum, ut proferri iuberet, praesertim si esset familiaris;
similiter nunc petes a Crasso, ut illam copiam ornamen-
torum suorum, quam constructam uno in loco quasi per
10 transennam praetereuntes strictim aspeximus, in lucem
proferat et suo quidque in loco conlocet. „ego vero", in- 163
quit Cotta „a te peto, Scaevola – me enim et hunc Sulpi-
cium impedit pudor ab homine omnium gravissimo, qui
genus huius modi disputationis semper contempserit,
15 haec, quae isti forsitan puerorum elementa videantur,
exquirere: – sed tu hanc nobis da veniam, Scaevola, et
perfice ut Crassus haec, quae coartavit et peranguste
refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet." „ego 164

11 *ad § 163 Becker 17*

8–10 nunc pete *(sic)* – aspeximus *Non. 180, 16* (*propter* transenna) || **9** sq. quasi – aspeximus *Non. 512, 18* (*propter* strictim) || **17** – p. 62, **1** peranguste – sua *Prisc. inst. gr. GL 2, 539*

[**M** = **H L** = **VOPUR**] **1** itaque nec **M** ita neque **L** *Sutton* | dicere **L** *om.* **M** || **2** atque iam vidisse *Kumaniecki*^{4} atque invidisse **M** ac vidisse **L** atque vidisse ς atque me vidisse *Friedrich*^{2} *26 vel* atque id vidisse *Friedrich Costa* atque in luce vidisse *Sydow* || **4** villamve *Waldarfer pr. Havet Stangl*^{7} villam **M** ullam **L** vel villam $\mathbf{V}^2\mathbf{H}^3$ vel in villam ς *Rom Lamb* villamque ς *del. Bake Friedrich*^{2} *26 Firmani Cessi* || **5** tuque **C** tu qui ς *Lamb edd. recc.* || **7** esset **MVU**^{2} esses **OPU**^{1}**R** || **8** petes **V**^{1}**OPU**^{1}**R** petis **MU**^{2} petas **V**^{2} *Rom* pete *Non* quin petis *Lamb* | illam **M** *Non* eam **L** *Sutton* || **9** quam **L** *Non om.* **M** | constrictam *Lamb* | quas *ante* quasi *add.* **M**^{1} *in mge* quam *inde fecit* **M**^{3} || **10** transennam **M** *Non* trassennam **L** || **11** quidque **VPU** quicque **MOR** || **12** Scaevola – me enim **MPUR** Scaevolam ēī **V**^{v}; Scaevola. me ēī **V**^{m} Scevola Me ēī **O** || **16** hanc nobis da veniam **M**^{2} *(pr. Sydow 233)* hanc nobis veniam **M**^{1} (*in mge signum* q̄) | hanc nobis veniam Scaevola perfice **N** hoc nobis hoc da **V**^{1} hoc nobis da **OPURN**^{v} veniam nobis da Scaevola **V**^{2} nobis hoc da *Lamb* da hanc nobis veniam *Friedrich*^{2} hanc nobis veniam Scaevola da *Madvig ap. Henrichsen alii* | et *om.* ς *del. Ellendt alii* || **18** ⟨id⟩ in **VOPR**

mehercule" inquit Mucius „antea vestra magis hoc causa volebam quam mea. neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere eius in causis oratione delector; nunc vero, Crasse, mea quoque te iam causa rogo, ut quoniam tantum habemus otii quantum 5 iam diu nobis non contigit, ne gravere exaedificare id opus quod instituisti. formam enim totius negotii opinione maiorem melioremque video, quam vehementer
36 **165** probo." „enimvero" inquit Crassus „mirari satis non queo etiam te haec, Scaevola, desiderare, quae ego neque 10 ita teneo ut ii qui docent, neque sunt eius generis, ut si optime tenerem, digna essent ista tua sapientia ac tuis auribus." „ain tu?" inquit ille: „si de istis communibus et pervagatis vix huic aetati audiendum putas, etiamne illa neglerere possumus, quae tu oratori cognoscenda esse 15 dixisti: de naturis hominum, de moribus, de rationibus iis quibus hominum mentes et incitarentur et reprimerentur, de historia, de antiquitate, de administratione rei publicae, denique de nostro ipso iure civili? hanc enim ego omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia 20 sciebam inesse; in oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem numquam videram.

166 „Potes" inquit „igitur" Crassus „ut alia omittam quae

23 *ad § 166–168 Michel 446 sq.*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **3** eius **L** *om.* **M** || **4** te iam *Kiessling* etiam **C** *def. Ellendt Friedrich Costa Richard at cf. Kühner Stegmann II 53* quoque iam *Kayser Sorof* || **6** graveris ς | exaedificare **LM**[1] -ari **M**[2] | id **L** *om.* **M** || **8** maiorem melioremque **L** meliorem gravioremque **M** meliorem maioremque ς || **10** ego neque **L** *(pr. Pichon 368)* neque ego **M** || **11** ita *om.* **VOP** *secl. Courbaud Firmani Richard Sutton* | ut ii qui *scripsi* ut hi qui **L** uti qui **M** uti ei qui *Piderit* uti ii qui *Kayser* || **12** ista tua sapientia **O**[1]**P**[1] ista sapientia **M U R V**[2] **O**[2] **P**[2] *editt.* ista optima sapientia **V**[1] || **13** ain **L** an **MV**[2] **U**[2] || **14** putas **L** -es **M** || **15** neglere **V**[v] negligere **V**[m] || **16. 17** de moribus – quibus **L** *om.* **M** || **17** et incitaretur **M**[1] **UV**[2] ut incitarentur **M**[3] incitarentur **VOP** et incitantur **R** ς *Ven Schuetz* | reprimerentur **C** -untur ς *Rom Ven Schuetz* || **19** de **L** *om.* **M** | ipso nostro ς *Rom* | civile **M**[1] (*corr.* **M**[2]) || **21** scibam *Courbaud propter clausulam* || **23** inquit igitur **L** *(cf. § 112 et 113)* igitur inquit **M** || **23** – **p. 63, 1** quae sunt innumerabilia et immensa **R** ς *(cf. 1, 181)* quae sunt immensa **L** innumerabilia et immensa **MV**[2]

sunt innumerabilia et inmensa et ad ipsum tuum ius civile veniam, oratores putare eos, quos multas horas expectavit, cum in campum properaret et ridens et stomachans P. Scaevola, cum Hypseaus maxima voce, plu-
5 rimis verbis a M. Crasso praetore contenderet, ut ei quem defendebat causa cadere liceret, Cn. autem Octavius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelae iudicio atque omni molestia stultitia adversarii
10 liberaretur?" „ego vero istos" inquit – „memini enim **167** mihi narrare Mucium – non modo oratoris nomine, sed foro dignos vix putarem." „atqui non defuit illis patronis" inquit Crassus „eloquentia neque dicendi ratio aut copia, sed iuris civilis prudentia, quod alter plus lege agendo
15 petebat quam quantum lex in XII tabulis permiserat – quod cum impetrasset causa caderet –, alter iniquum putabat plus secum agi quam quod erat in actione, neque intellegebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum.

20 Quid? his paucis diebus nonne nobis in tribunali Q. **37** 168 Pompei pr(aetoris) urbani familiaris nostri sedentibus, homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde pete-

5 M. Crasso praetore: *cf. Broughton I 508*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** et ad **MU** et ut ad **L** || **2** expectavit **M** -avi **L** || **4** P. **M** *om.* **L** | Hypsaeus *Man quem omnes fere sequuntur* Hypseus **MVOR** Hipseus **U** Ipseus **P** | plurimis **L** pluribus **M** || **5** a – praetore **MRV**^{2} *om.* **V**^{1}**OPU** || **6** causa **MRV**^{2}**U**^{2} causae **V**^{1}**OPU**^{1} || **8** causa **MRV**^{2} -ae **V**^{1}**OPU** | turpi tutelae **MVU** urpitutele **O**^{1}**P** turpicule **R**ς turpitule *vel* turpitudine ς || **11** istos inquit **LN**^{v} inquit istos ⟨non puto⟩ **MRN** inquit istos ⟨oratores non puto⟩ **V**^{2}ς || **12** foro **VOP** *cf. Stroux*^{2} *151* ne foro quidem **MUR** | vix **MVOP** *om.* **UR** *secl. Ellendt Sorof alii (cf. Stroux*^{2} *151)* | putarem **V**^{1}**OPU** *(pr. Stroux*^{2} *151)* -ari **MRN** -are ς**V**^{2} -arim *Ellendt alii* || **13** dicendi **MRUV**^{2} discendi **V**^{v} diṣcendi **OP** || **14** prudentia **LN**^{v} *(clausula dicretica ideo praeferenda)* scientia **MV**^{2}**N** || **15** quam quantum **L** tum **M**^{1} quantum **M**^{2} quam **M**^{3} | XII **MR** duodecim **L** | permiserat **MVN** -erit **OPU**^{1}**RN**^{v} || **16** causa **R**ς**V**^{2}**U**^{2} -ae **MV**^{1}**OPU**^{1} | iniquum **L** iniquom **M** inicum **V**^{v} || **17** erat **M** esset **L** *Courbaud* || **20** ⟨in⟩ his ς**V**^{2} || **21** urbani **L** urbis **M**

retur, vetus atque usitata exceptio daretur CVIVS PE-
CVNIAE DIES FVISSET? quod petitoris causa compa-
ratum esse non intellegebat, ut si ille infitiator probasset
iudici ante petitam esse pecuniam quam esset coepta de-
beri, petitor rursus cum peteret ne exceptione excluderetur 5
169 QVOD EA RES IN IVDICIVM ANTEA VENISSET. quid
ergo hoc fieri turpius aut dici potest quam eum, qui hanc per-
sonam susceperit, ut amicorum controversias causasque tu-
eatur, laborantibus succurrat, aegris medeatur, adflictos ex-
citet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis 10
170 miserandus, aliis inridendus esse videatur? equidem pro-
pinquum nostrum P. Crassum illum Divitem et multis
aliis rebus elegantem hominem et ornatum et praecipue
in hoc ferendum et laudandum puto, quod, cum P. Scae-
volae frater esset, solitus est ei persaepe dicere neque illum 15
in iure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam
adsumpsisset quod quidem hic, qui mecum consul fuit,
filius eius est consecutus, neque se ante causas amicorum
tractare atque agere coepisse quam ius civile didicisset.
171 quid vero ille M. Cato? nonne et eloquentia tanta fuit, 20
quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate

11 *de § 170 Steidle 34*

3.4 non intellegebat – deberi *Non. 130, 19* (*propter* infitiatores)

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** usitata **L** *om.* **M** | cuius **C** quis *Pol*[al] || **3** ille *secl. Langen* || **4** iudici **MV**[v]**UR** iudiciạ **O** iudicia **P** | esse pecuniam **MU** *Non* pecuniam esse **L** | esset coepta deberi **VPU** essent coepta deberi **O** esset coeptam deberi **R** esset coeptam debere **M** || **5** ne **L** *om.* **M** || **6** venisset **M** *(cf. Stroux*[2] *153)* non venisset **L** || **7** ergo **C** autem **R** | hoc **L** *om.* **M** | potest *post* turpius *transpos.* **VOPU** || **8** suscepit **R** || **12** illum Divitem *secl. Bake* | et **LN**[v] quom **M**[1] cum **M**[3]ς || **13** rebus **M** in rebus **L** | eloquentem **V** | et[2] **L** (et ... et *cf. 1, 38; Tusc. 5, 11 Top. 98, Quinct. 3*) tum **M** || **14** ferendum **L** *Ernesti Friedrich* efferς **V**[2] *Ven Pearce Wilkins Courbaud* | P. **M** *om.* **L** || **15** fratri **V**[2] | est **L** *om.* **M** est ei *exp.* **V**[2] | illum ⟨nisi prudens esset⟩ *Muther 18* || **16** illi arti **C** clienti *Sydow secl. Ernesti Schuetz Adler Wilkins ret. Courbaud Firmani Cessi* || **17.18** *verba* quod — consecutus *in parenthesi collocant Friedrich Courbaud at cf. Roschatt 217* || **20** M. **VOP** *om.* **U**[1]**R** *del. Friedrich ret. alii* | nonne **C** ratione **R**

efferre maximam potuit, et iuris civilis omnium peritissimus? verecundius hac de re iam dudum loquor, quod adest vir in dicendo summus, quem ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper ius civile contempsit.
5 verum quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis 172
esse participes, nihil occultabo et, quoad potero, vobis exponam quid de quaque re sentiam.

Antoni incredibilis quaedam et prope singularis et di- 38
vina vis ingenii videtur, etiam si hac scientia iuris nudata
10 sit, posse se facile ceteris armis prudentiae tueri atque defendere. quam ob rem hic nobis sit exceptus; ceteros vero non dubitabo primum inertiae condemnare sententia mea, post etiam impudentiae. nam volitare in foro, hae- 173
rere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia privata
15 magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate ac iure certetur, iactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, adluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum,
20 testamentorum ruptorum aut ratorum ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut liber quispiam sit ignoret, insignis est impu-

3–7 *Becker 20* || **13** *de §§ 173sq. Weidner 52sq.* || **16** in causis centumviralibus: *Jobbe-Duval 537–577*

10.11 *Fam. 13, 64, 1* tuetur ac defendit. *Tac. Germ. 14* defendere tueri || **13** *cf. 2, 101* toto foro volitare

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** efferre **L** ecferre **M**^{1} et ferre **M**^{2} | maximam **L** -ime **M** || **2** iam **MURV**^{2} *om.* **V**^{1}**OP** || **4** ius civile *secl. Kayser* || **5** ac **R** || **7** sentiam **LM**^{3} sententia **M**^{1} || **9** etiam si **MU** si **L** et si ς | scientia **L** sententia **M** || **10** posse se **O**^{v}**PR** posse **VUM** prope esse **O** | ⟨causas⟩ tueri **R**ς *Kayser* || **12** inertiae *et* impudentiae *transp. Schuetz* || **16** aetate **R** || **17** usucapionum **M** **U**^{1}**R** ususcapionum **VOPU**^{2} || **18** circumluvionum **M** *om.* **VOPU** et colluvionum **R** || **19** luminum **MVOPU**^{1}**N**^{v} fluminum **U**^{2}**RN** luminum fluminum **V**^{2}ς || **20** ruptorum aut ratorum *secl. Ernesti Schuetz Firmani sed cf. Roby*^{1} *64* ruptorum aut irritorum *Orelli* || **22** quare **C** quae *Costa* | denique **CN**^{v} demum **N**ς | civis **MPRU** cives **V**^{v}**O** | aut **C** an **V**^{2} *Rom* || **23** aut **M** ac **L** an **V**^{2}ς *Rom Bake* | ignoret suppl. **V**^{2m}

174 dentiae. illa vero deridenda adrogantia est in minoribus navigiis rudem esse se confiteri, quinqueremis autem aut etiam maiores gubernare didicisse. tu mihi cum in circulo decipiare adversari stipulatiuncula et cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum quo ille 5 capiatur, ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? citius hercule is, qui duorum scalmorum naviculam in portu everterit, in Euxino ponto Argonautarum 175 navim gubernarit. quid? si ne parvae quidem causae sunt, sed saepe maximae, in quibus certatur de iure civili, quod 10 tandem os est eius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere? quae potuit igitur esse causa maior quam illius militis, de cuius morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset et pater eius re credita testamentum mutasset et, quem ei visum esset, fecisset 15 heredem essetque ipse mortuus, res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset egissetque lege in hereditatem paternam testamento exheres filius? nempe in ea causa quaesitum est de iure civili, possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento 20

11 patroni: *Neuhauser 191sq.*

3 in circulo *cf. § 159* || **13**sq. *cf. Val. Max. 7, 7, 1*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **2** se **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Costa* | autem *om.* ς *Firmani Richard Sutton* || **3** tu mihi **L** tu||| **M** tune mihi ς**V**² *Rom* tum mihi ς tu mi *Stangl*⁷ *55* || **4** decipiaris **R**ᵛ || **5** in tabellis **M** *om.* **L** (*suppl.* **V**²) in tabulis *Lamb* | id sit **C** adsit **U** || **6** ullam **MU** *om.* **V**¹**OPR** | maiorem *secl. Kayser* || **7** hercule **MR** hercle **L** || **8** everterit **L** evertit **MV**² everteret **U** everterat *Lag 2* || **9** navim **M** *(cf. Top. 61)* -em **L** | quid? si ne **L** quod sine **M**¹ quod sane **M**³ qui sine *Rom* || **10** in **L** *om.* **M**ς *del. Ellendt alii* || **11** os **L** mos **M** | eas *om.* **OP** *suppl.* **O**ᵛ || **15** ei **MUR** *om.* **V**¹ *(suppl.* **V**²*)* **OP** || **15.16** heredem fecisset ς *Rom Lamb* | res delata est **OPUR** res *om.* **M** *exp.* **U**² res delata esset **V** ⟨et⟩ res delata esset **V**² ⟨et⟩ res delatae essent *Rom* re delata *Bake* || **17** viros **MR** centumviros **VOPU** | egissetque lege **MURV**² essetque **V**¹**OP** || **18** testamento – filius *del. Lamb Schuetz sed cf. Roby*¹ nempe in ea causa *del. Bake Kayser* nempe **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii* || **19** quaesitumque est *Kayser* de iure civili *del. Kayser*

neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim. **39** 176
quid? qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt, cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse di-
5 cerent, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis et gentilitatis iure dicendum? quid? quod item in centumvirali 177 iudicio certatum esse accepimus, qui Romam in exilium venisset, cui Romae exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, intestatoque esset mortu-
10 us, nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in iudicio atque inlustratum est a patrono? quid? nuper, cum ego C. Sergi Oratae contra 178 hunc nostrum Antonium iudicio privato causam defenderem, nonne omnis nostra in iure versata defensio est?
15 cum enim M. Marius Gratidianus aedis Oratae vendidisset neque servire quandam earum aedium partem in mancipi lege dixisset, defendebamus, quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset neque declarasset, praestare debere. quo quidem in genere familiaris noster M. 179
20 Buculeius, homo neque meo iudicio stultus et suo valde sapiens et ab iuris studio non abhorrens, simili [in re] quodam modo nuper erravit. nam cum aedis L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit.

12–19 *cf. ORF*[2] *253*

2 Marcellos: *Radin 480–484; Merill ibidem; Roby in ed. Wilkinsii ad l.* || **6** *ad § 177 Neuhauser 191*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** scripsisset **MRNV**² **U**² scripsit **V**¹**N**ᵛ **OPU**¹ || **2** qua de re **C**(**N**ᵛ) quod ea de re **N** || **3** iudicaverunt **R**ς | Claudi **V** || **4** patrici **V**¹ (*exp.* **V**²) | gente **L** -em **M** | dicerent redisse ς *Rom Kayser* || **5** oratoribus *secl. Pluygers* | et **C** ac ς *Rom Piderit* || **7** qui **C** cum *Ellendt alii* quom *Courbaud* || **8** ⟨non⟩ esset *Rom* || **9** applicuisset *Rom Sutton* || **10** *ante* nonne *defectus signa posuit Ernesti* || **12** quid **C** inquit **V**ᵛ | Sergi **VU** -ii **MOPR** | Oratae ς**V**² *Wilkins Courbaud* Auratae **C** || **13** ⟨in⟩ iudicio *Lamb Steph* || **14** in iure versata **L** *om.* **M** | defensio est **L** defensiost **M** || **15** Gratidianus **L** Gratidanus **M** | aedis **M**¹ -es **M**³**L** | Oratae ς**V**² *Wilkins Courbaud*, Auratae **C** *Ellendt* || **16** mancipi **V** -pii **MOP UR** || **17** quicquid **C** quidquid **V** || **19** debere **M** -et **L** || **20** Buculeius **L** Buceleius **M** || **21** in re **M** *(def. Cima) om.* **L** *secl. Ellendt Piderit Cima Wilkins Courbaud* iure ς || **23** lumina uti **L** uti lumina **M**

Fufius autem simul atque exaedificari coeptum est in quadam parte urbis, quae modo ex illis aedibus conspici posset, egit statim cum Buculeio, quod, cuicumque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lu-
180 mina putabat. quid vero? clarissima M.' Curii causa Mar- 5
cique Coponii nuper apud centumviros quo concursu hominum, qua expectatione defensa est? cum Q. Scaevola, aequalis et collega meus, homo omnium et disciplina iuris civilis eruditissimus et ingenio prudentiaque acutissimus et oratione maxime limatus atque subtilis atque, ut 10
ego soleo dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet negaretque, nisi postumus et natus et, antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum postumum et natum 15
et mortuum heres institutus; ego autem defenderem eum hac tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut si filius non esset, qui in tutelam veniret, M.' Curius esset heres, num destitit uterque nostrum in ea causa in aucto-

5 *ad § 180 Perrin 335–376; 518–540, Stroux*[4] *42–46* || **8.9** disciplina iuris civilis: *Altevogt 6*

5 – p. 69, 3 *cf. ORF*[2] *262* || **5** *M.' Curii causa cf. § 242; 2, 24; 2, 140 sqq. Top. 44, Caec. 53; Brut. 195, 256, de inv. 2, 122. ORF*[2] *245–248; 260–262* || **10** *cf. Brut. 197; or. 20* subtili quadam et pressa oratione limati

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** autem *secl. Ernesti* exaedificari **M** *(cf. 2, 63)* aedificari **L** *(pr. Cima ad l.)* || **2** quae modo **MRV**[2] quomodo **V**[1]**OPU** || **3** posset **L** possit **M** | Buculeio **L** Buceleio **M** | cuicumque **M**[2]**L** quoiquomque **M**[1] || **4** caeli ⟨via⟩ *Rom* | mutari **MV**[2]**N** muatata **LN**[v] *Lamb* || **5.6** Marcique Coponii **L** M. Copii **M** || **7** cum Q. **RV**[2] quom Q. *Friedrich* quomque **M** cumque **VOPUM**[3] || **8** homo hominum ditissimus et disciplina **V**[2] || **11.12** eloquentium *u. ad* peritissimus *del. Schuetz* || **14** venisset **L** *(cf. De inv. 2, 62; 2, 122; Caius Inst. 2, 179; cf. etiam Brut. 195; Top. 44; Boeth. ad Cic. Top. IV p. 341)* veniret **MV**[2] || **15** posse **M** non posse **L** || **16** autem **C** videlicet **V**[2m] || **16.17** eum hac tum **MV**[2] hac eum **L** eum hac tamen *vel* eum ea tum ς hac eum tum *Piderit* || **17** si ⟨ei⟩ **V**[2] || **18** qui – veniret **L** *om.* **M** | tutelam **L** ⟨suam⟩ tutelam ς *edd. (sed cf. Stangl*[12]*)* | venisset *Lamb alii* || **18.19** heres esset ς *Kayser* || **19** desistit **P** | in ea causa *secl. Kayser*

ritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc 40
est in medio iure civili versari? omitto iam plura exempla 181
causarum amplissimarum, quae sunt innumerabilia; ca-
pitis nostri saepe potest accidere ut causae versentur in
5 iure. etenim si C. Mancinum nobilissimum atque opti-
mum virum atque consularem, cum propter invidiam
Numantini foederis pater patratus ex S. C. Numantinis
dedidisset eumque illi non recepissent posteaque Manci-
nus domum revenisset neque in senatum introire dubi-
10 tasset, P. Rutilius M. F. tr(ibunus) pl(ebis) iussit educi,
quod eum civem negaret esse, quia memoria sic esset
proditum quem pater suus aut populus vendidisset aut
pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium:
quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus cau- 182
15 sam contentionemque maiorem quam de ordine, de civi-
tate, de libertate, de capite hominis consularis, praeser-
tim cum haec non in crimine aliquo, quod ille posset
infitiari, sed in civili iure consisteret? similique in genere,
inferiore ordine, si quis apud nos servisset ex populo
20 foederato seseque liberasset et postea domum revenisset,
quaesitum est apud maiores nostros, num is ad suos
postliminio redisset et amisisset hanc civitatem. quid? 183
de libertate, quo iudicium gravius esse nullum potest, nonne

2 *ad § 181 Michel 526–528*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **4** accidere **LM**^{3} accedere **M**^{1} || **5** si C. **L** sic C. **M** | Mancinium **R** || **6** atque **MU** *om.* **V**^{1}**OPRN**^{v} ac **V**^{2} *del. Schuetz* | *post* consularem *1 litt. erasa* **V** | cum **L** quom **M**^{1} cum eum ς *Ellendt alii* quem *Bake* || **8** dedidisset **VO**^{2}**U**^{2} dedisset **MO**^{1} **PRU**^{1} || **9** venisset **V**^{2} || **10** Rutilius **M** Rupilius **L** ⟨Naevius⟩ Rupilius **V**^{2} | ⟨de senatu⟩ iussit **V**^{2} *Richard Sutton* || **11** memoria **MV**^{2}**U**^{2} -riae **VOPRU**^{1} || **13** patratus pater **R** | dedidisset **VO**^{2} **PU** dedisset **MO**^{1}**R** | esse **MURV**^{2} esset **V**^{1}**OP** || **14** possimus **O** || **15** de ordinanda civitate ς *Kayser* || **16** de libertate – consularis *secl. Kayser* | *post* hominis *et* praesertim *distinguendum esse censet Vassis*^{1} *46 quem Friedrich Courbaud sequuntur* | praesertim **MUR** *om.* **V**^{1}**OP** || **17** in **M** *om.* **L** | posset **L** possit **MV**^{2} || **18** consisteret **MPR** consisterent **VOU** || **19** inferiore **L** inferiori **M** inferiorique **V**^{2} inferioreque ς inferiori ex *Mueller* inferiore ordine *secl. Kayser* || **21** quaesitum est **M**^{3}**L** quaesitumst **M**^{1} || **23** libertate **MURV**^{2}**O**^{m} **R** liberalitate **V**^{1}**OP** | gravius esse nullum **MO PU** esse gravius nullum **V** gravius nullum esse **R**ς

ex iure civili potest esse contentio, cum quaeritur, is qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit? quid? quod usu memoria patrum venit, ut pater familias qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem praegnantem in provincia reliquisset, Ro- 5 mae alteram duxisset neque nuntium priori remisisset mortuusque esset intestato et ex utraque filius natus esset, mediocrisne res in contentionem adducta est, cum quaereretur de duobus civium capitibus, et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de eius matre quae, si iudicaretur 10 certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri cum su- 184 periore divortium, in concubinae loco duceretur? haec igitur et horum similia iura suae civitatis ignorantem, erectum et celsum, alacri et prompto ore atque vultu huc atque illuc intuentem vagari cum magna caterva toto 15 foro, praesidium clientibus atque opem amicis et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem, nonne inprimis flagitiosum putandum est?

41 185 Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam 20

20 *ad § 185–190 Georgesco 191 adn. 5*

15 *Sex. Rosc. 135* per forum volitet cum magna caterva || **20** – p. 71, **1** et quoniam – segnitatem *Non. 176, 26* (*propter* segnitas) | et quod *(sic)* – segnitatem *Non. 251, 29* (*propter* castigare)

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **2** continuone an ubi lustrum conditum liber sit **M** *(probat Stroux² 152) post* lustrum ⟨sit⟩ *ins. Ellendt quem omnes sequuntur, ante* lustrum ⟨sit⟩ *ins. Stroux³* si non sit conditum lustrum sitne liber **L**(**R**ᵛ)**N**ᵛ *(pr. Pichon 365) variis coniecturis abundant recentiores codices:* continuone an tibi lustrix conditum, liber sit *vel* c. ante lustro condito liber sit *vel* continuone an tribus lustris conditis liber sit *vel* census sit si non sit conditum lustrum sitne liber *vel* si non conditum lustrum sitne liber continuone an tribus lustris conditis liber sit ς || **5** Romae **M** Romaeque **L** *Cima Richard Sutton* || **7** mortuus *Bake Sorof alii at cf. § 177* | intestato **C**(**R**ᵛ**N**ᵛ) intestatus **N** *Lamb* | et **L** *om.* **M** || **8** contentionem **MN** controversiam **LN**ᵛ | adducta est cum **L** adductast quom **M** || **9** pueri **OP** || **12** loco **MOPU**¹ *(cf. Friedrich² 22)* locu **V**¹ locum **V**²**RU**²ς || **15** cum magna **M** *(cf. Sext. Rosc. 135 Mur. 69)* magna cum **L** || **18** atque tendentem *secl. Ellendt* || **20** impudentia **C** inprudentia *Non* imprudentia ς | diximus *Non*

segnitatem hominum atque inertiam. nam si esset ista
cognitio iuris magna atque difficilis, tamen utilitatis
magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi
laborem impellere. sed, o di immortales, non dicerem hoc,
5 audiente Scaevola nisi ipse dicere soleret nullius sibi artis
faciliorem cognitionem videri. quod quidem certis de 186
causis a plerisque aliter existimatur; primum quia veteres
illi, qui huic scientiae praefuerunt, optinendae atque augendae
potentiae suae causa pervolgari artem suam noluerunt;
10 deinde, posteaquam est editum expositis a Cn. Flavio
primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose
digesta generatim componerent. nihil est enim, quod ad
artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet quorum
artem instituere volt, habet illam scientiam, ut ex
15 iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit.
hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me 187
esse paulo obscurius, sed experiar et dicam, si potero,
planius. omnia fere quae sunt conclusa nunc artibus, **42**
dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in musicis numeri
20 et voces et modi; in geometria liniamenta, formae,
intervalla, magnitudines; in astrologia caeli conversio,
ortus, obitus motusque siderum; in grammaticis poetarum
pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio,
pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa

4–6 *Becker 20*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** segnitatem – inertiam *om.* **VO**[1]**P** (*add.* **O**[2]**V**[m]) segnitatem **L** *Non* segnitiam **M** segnitiem **V**[m] **O**[2] **U** ς *Sutton* || **4** di **M** dî **V** dii **OPUR** || **5** ipse **L** ille **M** | sibi artis **OPRU** ṣịḅị artis sibi **V** (ṣịḅị *del.* **V**[2]) artis sibi **M** sibi *del. Courbaud* || **7** aliter existimatur **L** alt̃ nominatur **M** || **8** optinendae **VUR** obt- **MOP** || **9** pervolgari **M**[1] pervulgari **M**[3]**L** || **10** editum ⟨ius⟩ *Firmani* | Fabio ς *Rom* || **11** illi **R**[m] || **11.12** artificiose digesta generatim *Ven* artificiose digesta et generata **L** artificiosa digeste degeneratā **M**[1] art. d. generatim **M**[3] artificiose digesta et generatim **V**[2] || **14** habet **C** -eat **V**[2] *Crat. Kayser* || **15** nondum **L** non **M** || **17** ut **P**[2]**R**[v] || **18** plenius **U**[1] (*corr.* **U**[2]) || **19** dissipata **C** disiuncta *Adler*[1] *14* diiuncta *Adler in editione* disiecta *Sorof* || **21** astrologia caeli **L** caeli astrologia **M** || **22** obitus motusque siderum **L** *(cf. de div. 1, 128)* obitusque siderum **M** || **23** historiarum **M U** *(cf. 1, 158)* -iae **L**

ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere ignota quondam omnibus et diffusa late videbantur.
188 adhibita est igitur ars quaedam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi adsumunt, quae rem dissolutam divolsamque conglutinaret et ratione quadam 5 constringeret. sit ergo in iure civili finis hic: legitimae atque usitatae in rebus causisque civium aequabilitatis
189 conservatio. tum sunt notanda genera et ad certum numerum paucitatemque revocanda. genus autem id est, quod sui similis communione quadam, specie autem diffe- 10 rentis, duas aut pluris complectitur partis. partes autem sunt quae generibus iis ex quibus manant subiciuntur; omniaque quae sunt vel generum vel partium nomina, definitionibus quam vim habeant est exprimendum. est, enim definitio rerum earum, quae sunt eius rei propriae, 15 quam definire volumus, brevis et circumscripta quaedam
190 explicatio. hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos haec haberetur oratio cernerem; nunc complectar quod proposui brevi. si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam aut me impedito 20

3 *de §§ 188–190 Villey Recherches sur la littérature didactique du droit romain Paris 1945* || **15** definitio *Riposati*[1] *53–59. 64*

6 sq. *cf. Top. 9* || **11** partis *cf. Top. 31, 33*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** disponere ornare *Schuetz* || **2** ignota **C** *(def. Piderit in ed.*[4]*)* incondita *vel* infinita *Schuetz* ignorata *Bake* incognita *Stangl (Berl. Phil. Woch. 1908, 1563)* | quondam **LM**[2] quodam **M**[1] quodam ⟨modo⟩ *Harnecker alii* | omnibus **L** *om.* **M** *del. Harnecker alii* | et **C** aut *Bake* | late diffusa *Harnecker* diffusa **L** -e **M** | vagabatur *Cima* || **3** adhibita est **L** adhibitast *ex* habitast *fecit* **M** | quaedam **VOPU** quondam **R** *om.* **M** *del. Schuetz* | ⟨et⟩ extrinsecus **M** | ex **L** *om.* **M** ⟨et⟩ ex **R** || **4** quondam **R** | quam sibi totam *Bake* || **5** divolsamque **M** divulsamque **L** || **6** sit **C** sic ς || **7** aequalitatis **VOP** || **9** id est **C** est id *vel* est idem ς || **10** sui **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Firmani* || **12** ⟨hae⟩ sunt *Schuetz* | manant **M** *(cf. 3, 68)* emanant **L** *Sutton* || **13** omniaque quae **OPR** omnia quaeque **MVU** omnia ⟨vero⟩ quae *Pol* || **15** earum rerum ς || **16** et **L** *om.* **M** *inde* brevius circumscripta ς || **17** hisce **M** his **L** | ergo *Sutton* || **18** nunc **C** nam *Costa* || **19** proposivi *Havet* || **20** diu **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *28 alii*

occuparit aut mortuo effecerit, ut primum omne ius civile in genera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem iuris
5 civilis habebitis, magis magnam atque uberem quam dif- 191 ficilem et obscuram. atque interea tamen, dum haec quae dispersa sunt coguntur, vel passim licet carpentem et colligentem undique repleri ista iuris civilis scientia. nonne **43** videtis equitem Romanum hominem acutissimum omnium
10 ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem, qui mecum vivit semperque vixit ita tenere ius civile, ut ei, cum ab hoc discesseritis, nemo de iis qui peritissimi sunt anteponatur? omnia sunt enim posita ante 192 oculos, conlocata in usu cotidiano, in congressione homi-
15 num atque in foro, neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur. eadem enim elata sunt primum a pluribus; deinde paucis verbis commutatis etiam ab isdem scriptoribus scripta sunt saepius. accedit vero, quo 193 facilius percipi cognoscique ius civile possit, quod minime
20 plerique arbitrantur, mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio. nam sive quem haec Aeliana studia

6 *ad §§ 191–197 Guillemin 155*

1 sqq. *cf. Quint. 12, 11, 4* ut L. Crassus in libris Ciceronis destinat iura quaerentibus reddet aut eloquentiae componet artem aut pulcherrimis vitae praeceptis dignum os dabit

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** occuparet ς || **2** eorum generum quasi **U** eorum genera quasi **M** eorum quasi **VOPR** generum *del. Pichon Courbaud* || **4** perfectam ⟨quidem⟩ **V**[2] *Rom* || **6** et **L** atque **M** || **7** cogantur *Ernesti* || **8** repleri ista – scientia **VOPR** repleri istam – scientiam **U** replere istam — scientiam **M** repleri iusta *u. ad* scientia ς *editt.* replere iustam – scientiam *Friedrich*[2] *26 Cessi* || **9** acutissimum **M** *(cf. 1, 180)* -issimo **L** | omnium **MV**[2]**UR** omnino **V**[1]**OP** || **9.10** acutissimo hominem ingenio *Bake* || **12** ut ei quom **M**[1] (cum **M**[2]) uti cum **VOPU** ut eum **R** | discesseritis **MP**[2] discesseris **L** || **15** aut **C** atque *vel* ac ς || **16** continentur **C** continerentur ς | elata sunt **M** sunt elata **L** sunt lata *Rom* || **17** a **L** *om.* **M** | verbis commutatis **M** commutatis verbis **L** (commutata verbis **R**) || **20** suavitas in cogn. ς || **21** sive **MUR** si **VOP** | haec **L** *om.* **M** *Ald secl. Friedrich*[2] *28 Costa* | Aeliana *Madvig ap. Henrichsen* aliena **C** antiqua *Man*[m]

delectant, plurima est et in omni iure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies, quod et verborum vetustas prisca cognoscitur et actionum genera quaedam maiorum consuetudinem vitamque declarant; sive quem civilis scientia, quam Scaevola non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiae, totam hanc, descriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII tabulis contineri videbit; sive quem ista praepotens et gloriosa philosophia delectat – dicam audacius – hosce habet fontis omnium disputationum suarum qui iure civili et legibus continentur. ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, cum virtus et iustus atque honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur, vitia autem hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinclis, verberibus, exiliis, morte multantur; et docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. fremant omnes licet, dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus,

19 *ad § 195 sq. Michel 449 sq.*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** delectent ς *Lamb* | plurima est **L** plurimast **M** | et[1] **L** *om.* **MR** *secl. Friedrich Costa* | civili **MR** *om.* **V**[1]**OPU** (*suppl.* **V**[2]) || **2** in **L** *om.* **M** || **3** vetustas prisca **MU** prisca vetustas **L** || **5** quem civilis scientia ς *Piderit alii* quis civili≡ scientia **M** (*in ras. fuit* s) quod civilem scientiam **V**[1]**OPU** sive quis civilem scientiam ⟨contempletur⟩ **RU**[2]ς *Richard* contemplatur *vel* complectitur ς *(quod placet Ellendtio)* consectatur *Wyttenbach Bibl. crit. I, 14 Sorof. Stangl* amplexatur *Schöne 29* quaerit *Stroux*[3] sive quis civili scientia ⟨ducitur⟩ *Klotz*[1] || **7** descriptis **C** discriptis *Piderit* | omnibus civitatis **L** *om.* **M** || **8** continere **M**[1] | videbit **MV**[2] videbitis **L** videatis **P**[2] || **9** praepotens ista *Kayser* | delectat *del. Cahen Courbaud* || **10** habebit *Ernesti Sutton* || **11** *in vocabulo* civili **H** *deficit* || **12** cum **L** tum **V**[2] quoniam *Piderit* || **12.13** virtus et iustus *Cappelmann alii* verus et iustus **L** *Richard* vero et iustus **V**[2] *Rom* verus iustus *edd vett Sutton* vera virtus *Friedrich*[4] *81* || **13** atque honestus *secl. Ellendt* | ⟨atque⟩ splendore **RU**[m] | splendore *secl. Ellendt* | decorantur **R** || **15** vinclis **MV**[1]**PU** vinculis **ORV**[2] | verberibusque **O** || **19** mentem **V**[2] | homines **V**

si quis legum fontis et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare. ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis 5 tamquam nidulum adfixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflammati esse debemus in eius modi patriam, quae una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? cuius primum nobis mens, mos, disciplina nota esse debet, vel quia est 10 patria parens omnium nostrum vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. percipietis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem, quod, quantum praestiterint nostri maiores prudentia ceteris genti- 15 bus, tum facillime intellegetis, si cum illorum Lycurgo et Dracone et Solone nostras leges conferre volueritis. incredibile est enim, quam sit omne ius civile praeter hoc nostrum inconditum ac paene ridiculum; de quo multa soleo in sermonibus cotidianis dicere, cum hominum no- 20 strorum prudentiam ceteris omnibus et maxime Graecis antepono. his ego de causis dixeram, Scaevola, iis qui perfecti oratores esse vellent iuris civilis esse cognitionem necessariam.

196 197

45 198 Iam vero ipsa per sese quantum adferat iis qui ei 25 praesunt, honoris, gratiae, dignitatis quis ignorat? ita-

1 auctoritatis pondere: *Plumpe 37, Zoll 134 sq.* || 2–8 *Vogt 89, Becker 23* || 9 disciplina: *Mauch 56 adn. 1* || 12 *ad § 197 Balogh 846–880* || 22 perfecti oratores: *Barwick 7 sq.* || 25 – p. 76, 1 *Wlassak 38*

5 sq. *Od. 1, 55–59; 151–158; 9, 28, 5, 135 sq.; Cic. Leg. 2, 1, 3* si quidem etiam ille sapientissimus vir Ithacam ut videret immortalitatem scribitur repudiasse

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] 2 ubertate utilitatis ς *Rom* || 3 decet **R** || 4 ac tanta natura *secl. Ellendt* ac tanta *del. Kayser* tanta *del. Cima Firmani* ⟨necessitas⟩ natura *Sorof* || 5 nidulum **OPRUV²** nidum **V¹** in circulum *Vict.* || 7 patria ς || 12 tantis *om.* **R** || 15.16 Lycurgo – Solone *del. Kayser* || 17 enim est **R** || 20 omnibus **L** hominibus ς**V²** || 21 ergo *Vict.* || 22 cognitionem esse ς || 24 sese **L** se **O**

que [non] ut apud Graecos infimi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos pragmatici vocantur, sic in nostra civitate contra amplissimus quisque et clarissimus vir, ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poeta est: 5

Egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus,

multique praeterea, qui, cum ingenio sibi auctore dignitatem peperissent, perfecerunt, ut in respondendo iure aucto-
199 ritate plus etiam quam ipso ingenio valerent. senectuti vero 10 celebrandae et ornandae quod honestius potest esse perfugium quam iuris interpretatio? equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adulescentia comparavi, non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus atque ad ornamentum senectutis, ut cum me vires, quod fere iam 15 tempus adventat, deficere coepissent, ista ab solitudine

9 auctoritate: *Heinze 358–360*

1.2 infidi *(sic)* – oratoribus *Prisc. inst. gr. GL 2, 107* || **3** *cf. § 253; Quint. 3, 6, 59* sive quod Graeci πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. sed Cicero quidem his pulcherrimos illos De Oratore substituit; *cf. praeterea Quint. 12, 3, 4* || **7** *Ennius Ann. X, 335 ROL I, 120 idem versus citatur Tusc. 1, 18* || **10**sq. *ad locum alludit Quint. 12, 11, 4*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** ut ς non ut **VOPR** non **U** non *del. Ald Junt alii, retinuit Schuetz qui post* civitate *interpungit* | infimi **C** infidi *Prisc.* || **3** pragmatici **C** *(cf. Quint. inst. 12, 3, 4)* πραγματικοὶ *editt.* || **4** quisque *om. Rom* || **5** civilis *om. Richard* || **8** qui **L** alii *Madvig*[1] *86 sqq del. Rubner*[2] | cum *del. Ernesti* | auctore dignitatem **L** *(quod iure defendunt Klotz*[1]*, Stangl*[9] *Wilkins, cf. Verr. 3, 49)* auctoritatem *Man Matthiae* acutiore dignitatem *Baiter* auctoritatis dignitatem *Friedrich Cessi* auctorum dignitatem *Muther 594 Firmani* ingenii sibi acumine dignitatem *Orelli* auctiorem dignitatem *Sydow, Pascucci* auctore *del. Pearce Madvig alii* || **9** peperissent ς**V**[2] *Rom* repperissent **L** *Sutton* | in *secl. Rubner*[2] *14* | ⟨de⟩ iure *Rom edd. vett. at cf. Matthiae* || **13** inde *secl. Ernesti* || **14** forensium *editt. vett. Ernesti Sutton* | atque ad **OPR** **V**[m] *(cf. e. g. 1, 262 Sext. Rosc. 54, 102, 153 Verr. 1, 78, 3, 83, 5, 7; Font. 30; Cluent. 20; Mur. 6; 87; Sulla 60; Sest. 70; 91; Cael. 42; Deiot. 24)* atque at **V**[v] **U** atque ς**V**[2] *editt.* || **16** ista **VOPU** *(cf. 1, 255)* ita **R** *Madvig apud Henrichsen* tristi *Stroux*[3] *del.* **V**[2] *Ernesti*

domum meam vindicarem. quid est enim praeclarius quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum „unde sibi,“ si non
5 „populi et reges,“ at omnes sui cives „consilium expetant“ [suarum]

summarum rerum incerti: quos ego mea ope
ex incertis certos compotesque consili
dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

10 est enim sine dubio domus iuris consulti totius oraculum 200 civitatis. testis est huiusce Q. Muci ianua et vestibulum, quod in eius infirmissima valetudine adfectaque iam aetate maxima cotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebratur.

15 Iam illa non longam orationem desiderant, quam ob 46 201 rem existimem publica quoque iura, quae sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum et vetustatis exempla oratori nota esse debere. nam ut in rerum privatarum causis atque iudiciis depromenda
20 saepe oratio est ex iure civili et idcirco, ut ante diximus oratori iuris civilis scientia necessaria est, sic in causis publicis iudiciorum, contionum, senatus omnis haec et

2sq. *Fam. 1, 8, 3* honoribus amplissimis ... perfuncti essemus || **3** *TRF*³ *p. 75 Ennius inc. fab. v. 351 Ennius Eumenides Scaen. 141 sq. Vahlen 599 ROL I 270* || **12** adfectaque *cf. Gell. N. A. 3, 16, 19* || **18** exempla *cf. § 256; or. 120 part. or. 96*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **5** expetant **L** expectant ς**V**² || **6** suarum summarum **L** suarum *om.* ς *del. Ribbeck*³ *Friedrich Courbaud Wilkins Cima* summarum *om.* ς *del. Ernesti Ellendt Vahlen*² *Warmington* || **7** mea ope ex **L** *Ribbeck*³ *Vahlen*² ope mea ex *Reisig (Coniect. in Aristoph. p. 72) G. Hermann (Opusc. II, 275)* at cf. *Vahlen Kl. Schr. II, 595* || **8** ex incertis **L** ’x incertis *Hermann* pro incertis *Ribbeck*¹ **TRF**¹ incepti certis *Ribbeck Tr. R. corollarium* XXXV ex mestis *L. Müller* | compotesque ς**V**² compotes **L** compotisque *Ellendt* | consili ς consilii **VOPU** consilio **R** || **12** valitudine **PRV**² | adfectaque **V**¹**U** aff- **OPR** eff- **V**² || **13** maxime ς *Vict.* || **15** iam ⟨vero⟩ *Rom Sutton* || **20** et *om.* **P** || **21** sic ⟨hic⟩ ς || **22** haec *om.* **O** | et *om.* ς

antiquitatis memoria et publici iuris auctoritas et regendae rei publicae ratio ac scientia tamquam aliqua materies iis oratoribus, qui versantur in re publica, subiecta
202 esse debent. non enim causidicum nescio quem neque [pro] clamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis antistes, cuius cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, ⟨dator⟩ tamen esse deus putatur, ut et id ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; deinde, qui possit, non tam caduceo quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari; tum, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium supplicioque constringere; idemque ingeni praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare; idemque languentem labentemque populum aut ad decus excitare aut ab errore deducere aut inflammare in improbos aut incitatum in bonos mitigare; qui denique, quemcumque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit vel

4 causidicum: *W. Kubitschek RE 3 (1897) 1812 sqq.; Neuhauser 202* || 5 rabulam: *Neuhauser 203*

4 *or. 47* non enim declamatorem . . . aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus. *Quint. 12, 1, 25*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] 2 ac **L** et ς *Rom* || 4 debent **L** *(cf. Lebreton 4)* debet ς *Lamb edd. recc.* || 5 clamatorem *Ellendt alii (cf. 2, 86; 3, 81, Brut. 182)* proclamatorem **C** declamatorem *Piderit, Klotz*[2] *quod etiam probari potest (cf. 3, 138, Orat. 47)* || 8 ⟨dator⟩ *ins. Kumaniecki*[3] *coll. Verg. Aen. 1, 734* (*cf.* praeterea **TLL** s. v. dator) tamen **C** ⟨inventor⟩ tamen *Muther* auctor tamen *Tittler* parens tamen *Baiter* pater tamen *Orelli* tamen ⟨praeses⟩ *Stroux*[3] *(coll. Verr. 5, 185 de lege agr. 2, 15 Tac. hist. 4, 53, Plin. Pan 94, 1)* tamen ⟨invenisse⟩ *Madvig* tum adfuisse *Piderit* tamen dedisse *Klotz*[1] *Courbaud* largitus tamen esse *Sorof* tamen affuisse *Harnecker* tamen creasse *Stangl* amentasse *Tucker Class. Quart. 7 (1913) 55* | putatur **C** putabatur *Ernesti alii* | ut et id *Kumaniecki*[2] *(cf. De div. 1 63)* ut et **L** et ut ≡ (*in ras. fuit* i) **P** ut id *vel* ut ς ut ei *Kayser* || 9 erat **L** est ς **V**[2] *Rom* | partum **L** natum ς factum ς *Rom* || 10 delatum **L** perl- ς **V**[2] *Rom* || 15 labentem languentemque ς· *Rom* | labantemque *Lamb alii* || 18 ⟨cum⟩ res *Rubner*[2] || 19 postulet **L** -at **R** -ari *Rom* -arit **V**[2] *Pol* | eum **C** tum *Rubner*[2]

sedare. hanc vim si quis existimat aut ab iis qui de dicendi 203
ratione scripserunt, expositam esse aut a me posse exponi
tam brevi, vehementer errat neque solum inscientiam
meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.
5 equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontes, unde hauri-
retis atque itinera ipsa ita putavi esse demonstranda, non
ut ipse dux essem, quod et infinitum est et non necessa-
rium, sed ut commonstrarem tantum viam et, ut fieri
solet, digitum ad fontes intenderem.

10 „Mihi vero" inquit Mucius „satis superque abs te vide- 47 204
tur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum.
nam ut Socraten illum solitum aiunt dicere perfectum
sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione
sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis;
15 quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent esse se
quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam:
sic ego intellego, si in haec, quae patefecit oratione sua
Crassus, intrare volueritis, facillime vos ad ea quae cupi-
tis, perventuros ab hoc aditu ianuaque patefacta."

20 „Nobis vero" inquit Sulpicius „ista sunt pergrata per- 205
que iucunda; sed pauca etiam requirimus inprimisque ea
quae valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa
sunt, cum illa te et non contemnere et didicisse confiterere.
ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem
25 diuturni desiderii nostri. nam nunc quibus studendum
rebus esset accepimus, quod ipsum est tamen magnum;
sed vias earum rerum rationemque cupimus cognoscere."
„quid? si" inquit Crassus „quoniam ego, quo facilius vos 206

1–4 *Guillemin² 187* || **10** *de §§ 204–208 Becker 33*

22.23 percursa sunt: *§ 137 sqq; § 148* quae abs te breviter de arte decursa sunt

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** inscripserunt **P** || **3** inscitiam *Ald. Lamb Richard* || **4** rei *Bake* || **5** hauriretis **VRU²** -rietis **OPU¹** || **7** dux essem **VU** duxissem **OPR** || **8** commostrarem **VU** | fieri **L** dici *Ernesti* ferri *Mueller* || **11** sint ς || **12** Socraten **U** -tem **VOPR** || **13** si quis **V** si qui **OPR** *om.* **U** || **14** percipiendaeque **OPUR** perspiciendaeque **V** perficiendaeque ς periclitandaeque *Lag 84* || **15** se esse *Rom* || **20** sunt *om.* **R** || **21** et **R** || **22** breviter *om.* **R** || **28** quidni *Bake*

apud me tenerem, vestrae potius obsecutus sum voluntati quam aut consuetudini aut naturae meae, petimus ab Antonio, ut ea quae continet neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse iam dudum questus est, explicet nobis et illa dicendi mysteria enuntiet?" „ut 5
videtur," inquit Sulpicius; nam Antonio dicente etiam
207 quid tu intellegas sentiemus." „peto igitur" Crassus inquit „a te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id aetatis oneris ab horum adulescentium studiis imponitur, ut exponas quid iis de rebus, quas a te quaeri vides, sentias." 10
48 „deprehensum equidem me," inquit Antonius, „plane video atque sentio, non solum quod ea requiruntur a me quorum sum ignarus atque insolens, sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id
208 nunc me isti vitare non sinunt. verum hoc ingrediar ad ea 15
quae vultis audacius, quod idem mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla expectetur ornata oratio. neque enim sum de arte dicturus, quam numquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, quae in commentarium meum rettuli, 20
sunt eius modi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata; quae si vobis hominibus eruditissimis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quaesieritis quae ego nescirem, meam facilitatem laudatote, cum vobis non meo iudicio sed 25
209 vestro studio inductus non gravate respondero." tum Crassus „perge modo" inquit „Antoni. nullum est enim

25 facilitatem: *Heuer, Zoll 129* || **26** *de §§ 209–262 Prümm 58sq.*

4 libellum: *ORF² 236sqq* || **5** *Tusc. 4, 55* rhetorum ... mysteria; *Mur. 25* enuntiatis vestris ... mysteriis || **18–22** neque *u. ad* tractata: *ORF² 237* || **19** *cf. 2, 29* id quod ipse non didici

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **4** iam *del. Piderit Cima Firmani def. Adler* || **7** sentias intellegemus *Man (at cf. 1, 204; 2, 298)* | Crassus inquit **L** inquit Crassus ς || **10** exponas ⟨hic⟩ *vel* ⟨his⟩ ς || **11** equidem *om. Rom* || **12** atque sentio *secl. Ernesti* || **15** hoc **C** ego ς **V²** *Rom* || **25** facultatem ς *Rom* || **27** Crassus perge modo inquit **L** Cr. p. i. modo *vel* Cr. i. p. modo ς | inquit *secl. Friedrich Costa*

periculum, ne quid tu eloquare nisi ita prudenter, ut neminem nostrum paeniteat ad hunc te sermonem impulisse."

„Ego vero" inquit „pergam et id faciam, quod in prin-
5 cipio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud de quo agitur intellegent. nam si forte 210 quaereretur quae esset ars imperatoris, constituendum
10 putarem principio qui esset imperator; qui cum esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de reli-
15 quis rebus quae essent propriae belli administrandi; quarum qui essent animo et scientia compotes, eos esse imperatores dicerem utererque exemplis Africanorum et Maximorum, Epaminondam atque Hannibalem atque eius generis homines nominarem. sin autem quaereremus 211
20 quis esset is, qui ad rem publicam moderandam usum et scientiam et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui quibus rebus utilitas rei publicae pareretur ⟨et⟩ augeretur teneret iisque uteretur, hunc rei publicae

17 exemplis: *Schönberger; Rambaud 27–40* || **19** *de § 211 Martinelli[1] 65*

4–8 *cf. Rep. 1, 24, 38; or. 116; fin. 2, 3*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** eloquare **OPRV**[2] loquare **V**[1] eloquere **U** || **6** disputent explanent **R** || **8** esse **C** etiam *Klotz*[2] *Richard del. Schuetz alii, iure def. Stangl*[7] *17 ret. Cessi Sutton* | quo de ς *Gruter* | intellegent **VU** intelligent **OPR** intellegant *Ernesti at cf. Lebreton 370 sq.* ⟨non⟩ intellegunt *Adler*[1] *14* || **10** qui[1] **V**[1] **UR**[V] quis **OPV**[2] quid ς || **11** quidam **V**[1]**U** quidem **P**[2] *exp.* **V**[2] *om.* **OP**[1]**R** *del. Friedrich*[4] *81 Courbaud Costa* || **12** adiungerem *Kayser* || **13** collocationibus ς || **15** propriae **OPR** -a **VU** || **16** eorum **R** || **17** ⟨et⟩ Ep. *add. Stroux*[3] | **18** atque[1] *exp.* **V**[2] *om. Rom* || **19** ⟨alios⟩ eius *malit Stroux*[3] | quaeremus **P** || **20** moderandam ς**V**[2] morandam **L** || **21** contulisse **R** attulisset ς || **22** pareretur **V**[1]**PU** pararetur **ORV**[2] *Lamb Sutton* pateretur ς || **23** et *ins. Stroux*[3] | augeretur **L** augereturque ς**V**[2] *editores* | teneret ς**V**[2] *editores* teneretur **L**

rectorem et consilii publici auctorem esse habendum; praedicaremque P. Lentulum principem illum et Tiberium Gracchum patrem et Q. Metellum et P. Africanum et C. Laelium et innumerabiles alios cum ex nostra civitate
212 tum ex ceteris. sin autem quaereretur quisnam iuris con- 5
sultus vere nominaretur, eum dicerem, qui legum et consuetudinis eius, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum et ad agendum et ad cavendum peritus esset et ex eo genere Sex. Aelium, M'. Manilium, P.
49 Mucium nominarem. atque ut iam ad leviora artium stu- 10
dia veniam, si musicus, si grammaticus, si poeta quaeratur, possim similiter explicare quid eorum quisque profiteatur et quo non amplius ab quoque sit postulandum. philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia paene profitetur, est tamen quaedam descrip- 15
tio, ut is, qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc
213 appelletur. oratorem autem, quoniam de eo quaerimus, equidem non facio eundem quem Crassus, qui mihi visus 20
est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine, atque eum puto esse, qui et verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. hunc ego appello ora- 25
torem eumque esse praeterea instructum voce et actione
214 et lepore quodam volo. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii

1 *cf. § 215* consilii publici auctor; 3, 63 auctorem publici consilii || **10** *Brut. 3* leviorum artium studio *Cat. M. 50* in levioribus studiis

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** Tiberium **V** Tib. **OPUR** || **4** cum **L** tum **O** *Rom edd. vett.* || **5** iure **R** || **8** et ad agendum **R** *Rom* et agendum **L** *secl. Orelli* ad scribendum *Ernesti (coll. Mur. 19)* et ad cavendum **OPURV**^{2} et at cavendum **V**^{1} ad respondendum agendum cavendum *Vict. Schuetz* || **9** Manlium **V**^{2} || **12** possim **L** possum ς **V**^{2} *Rom* || **13** quo **L** quod ς **V**^{2} *Rom* | ab **V**^{1}**OPR** a **U**ς**V**^{2} *Rom* || **14** ipsius **UR**ς**V**^{2} ipsi **V**^{1}**OPR**^{V} || **23** et^1 **L** *secl. Gruter Ernesti alii* || **26** oratione ς *Rom* || **27** noster mihi ς *Lamb*

sui finibus immensis paene describere. nam et civitatum
regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit, in
quo per mihi mirum visum est, Scaevola, te hoc illi con-
cedere, cum saepissime tibi senatus breviter impoliteque
5 dicenti maximis sit de rebus adsensus. M. vero Scaurus
quem non longe ruri apud se esse audio, vir regendae rei
publicae scientissimus, si audierit hanc auctoritatem
gravitatis et consilii sui vindicari a te, Crasse, quod eam
oratoris propriam esse dicas, iam, credo, huc veniat et
10 hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque con-
terreat; qui quamquam est in dicendo minime contem-
nendus, prudentia tamen rerum magnarum magis quam
dicendi arte nititur. neque vero, si quis utrumque potest, 215
aut ille consilii publici auctor ac senator bonus ob eam
15 ipsam causam orator est, aut hic disertus atque eloquens,
si est idem in procuratione civitatis egregius, aliquam
scientiam dicendi copia est consecutus. multum inter se
distant istae facultates longeque sunt diversae atque
seiunctae, neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Afri-
20 canus, Q. Metellus, C. Laelius, qui omnes eloquentes
fuerunt, orationem suam et rei publicae dignitatem exor-
nabant. neque enim est interdictum aut a rerum natura aut 50
a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius
quam singulas artes nosse liceat. quare non, [et] si [sit] 216
25 eloquentissimus Athenis Pericles idemque in ea civitate
plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco eius-

20.21 qui – exornabant *Non. 299, 3* (*propter* exornare)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** mihi permirum **V**[2] permirum mihi ς *Rom* | illi **C** mihi *Firmani* || **5** dicente **V**[2] || **6** sese **V**[2] || **8** gravitatis auctoritatem **O** || **9** oratoris **L** -orum *Rom* -oriam *Lag 63* | dicis **O** || **13** utrum **V**[2] || **15** aut **VOPR** ut **U** | atque **L**(**U**[m]) et **U** aut ς *Iunt* || **16** aliquam **C** *Ellendt Friedrich quod sane tolerari potest cf. Ellendt ad l.* illam *Man Piderit Sorof Wilkins Harnecker Courbaud* alienam *Wyttenbach Costa* eam ipsam *Klotz*[2] civilem aliquam *Muther* reliquam *Gessner*[1] aliam *Stroebel* aliam quoque *Cima*[2] *Cessi* alteram *Reid Stroux*[3] || **17** scientiam dicendi copia ς scientia dicendi copiam **L** civilem dicendi copiam *Firmani* || **22** a rerum **VOU** *(cf. Lebreton 411)* rerum **PR** || **24** etsi **C** *ret. Richard* et *del. Lamb quem omnes sequuntur* | sit *del. Lamb* non si et *Stroux*[3] nec sei *Stangl*[7] *18*

dem hominis atque artis utraque facultas existimanda est, nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis scien-
217 tia. nam si ut quisque in aliqua arte et facultate excellens aliam quoque artem sibi adsumpserit, is perficiet, ut 5 quod praeterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quaedam esse videatur, licet ista ratione dicamus pila bene et duodecim scriptis ludere proprium esse iuris civilis, quoniam utrumque eorum P. Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur ei quos physicos Graeci nominant 10 idem poetae, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit. at hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia sicut propria sua esse atque a se possideri volunt, dicere audent geometriam aut musicam philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus praestantissimum fuisse 15
218 fateantur. ac si iam placet omnis artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere: ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse ieiuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa 20 vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percucurrisse, neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. fateor enim callidum quendam hunc et nulla in

9–16 *Zoll 25*

23 – p. 85, 2 fateor – debere *Non. 180, 21* (*propter* tironem)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** inest **VOP**ᵐ **R** est **PU** || **4** ut quisque *Naegelsbach Stil[8] 373* quisque ut **C** quisquam ut ς *Rom* || **5** is **C** ita *Lamb Sutton* id *Thanner secl. Orelli alii* | perficiat **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || **6** praeterea ea **V** || **8** scriptis **L** scrupis **V**[2] *Rom edd. vett.* || **9** optime **VPUR** bene **O** || **10** ei quos *Bake (cf. Stangl[1] 33)* et quos **L** *Firmani Costa* | physicos **L** *φυσικοὺς edd.* | nominant **L** vocant ς**V**[2] *Rom* || **11** idem **V** iidem **OPU** iidemque **R** || **12** fecit *Bornecque[1]* at hoc ς ad hoc **L** *Rom* || **13** sicut propria *secl. Ellendt* || **14** philosophi **VO**[2]**UR** -iae **O**[1]**P** || **16** fateantur **L** profiteantur ς *Rom* confiteantur *Pol* || **17** tractabilius **P**[1] || **18** debeat **L** debet ς**V**[2] *Rom* | ac **R** || **19** veritate *Rom* || **21** audisse ς *Rom* || **22** percucurrisse **VOP** *(cf. 2, 131; 3, 52 et Lebreton 185)* percurrisse **UR** | possidere *Pluygers* || **23** libare *Pluygers*

re tironem ac rudem nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.

51 219 Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ita dixisti, ne-
5 minem posse eorum mentes qui audirent aut inflammare dicendo aut inflammatas restinguere, cum eo maxime vis oratoris magnitudoque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes penitus perspexerit, in quo philosophia sit oratori necessario perci-
10 pienda: quo in studio hominum [quo] ingeniosissimorum otiosissimorumque totas aetates videmus esse contritas; quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror; nobis tamen, qui in hoc populo foroque versa-
15 mur, satis est ea de moribus hominum et scire et dicere, quae non abhorrent ab hominum moribus. quis enim um- 220 quam orator magnus et gravis, cum iratum adversario iudicem facere vellet, haesitavit ob eam causam quod nesciret quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas
20 poeniendi doloris? quis, cum ceteros animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo miscere atque agitare vellet, ea dixit quae a philosophis dici solent? qui partim omnino motus negant in animis ullos esse debere, quique eos in iudicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere;

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** atque **L** ac ς *Rom Non* || **6** eo V^1 **O**P^1**UR** in eo P^2V^2 ς *Rom Bake at cf. Wilkins ad l. qui confert Off. 1, 66* || **7** rerum omnium *secl. Reid* rerum omnium naturam *secl. Kayser* || **8** naturam ⟨et⟩ mores *Reid* naturam mores⟨que⟩ *Bake* hominum naturas mores atque r. *Piderit*^{1} *6* | atque rationes *secl. Kayser* | rationem **R** || **10** quo V^1**OP** quoque **R**ςV^2 *Ellendt Firmani Richard om.* **U**ς *del. Bake Sorof Friedrich*^{4} *85 Courbaud* Graeciae *Cima* Graecorum *Stangl*^{1} prope *Sorof*^{4} ⟨nostrorum⟩ quoque *Muther 613, an* quidem *scribendum?* || **15** moribus hominum **C** motibus animorum *Ernesti alii* | et^1 *exp.* V^2 || **16** abhorreant P^2V^2 *Bake* | ⟨horum⟩ hominum *Stangl*^{1} *33* | moribus **C** auribus *Madvig*^{1} *88* ab hominum moribus *del. Cahen Bull. Crit. 11 (1905) 508* || **17** iudicem adversario **R** || **18** facere *om.* **R** | haesitavit **OPRU** -abit **V** || **19** errorne *Purgold* || **20** poeniendi **OP**R^v**U** *(cf. 2, 185)* pun- **VR** | doloris *secl. Kraffert* | exteros **R** || **23** quique *Crat.* qui cum **L** qui tamen *dubitanter Stroux*^{3} || **24** iudicium **OP** | concitent mentibus ς *Rom*

partim, qui tolerabiliores volunt esse et ad veritatem vitae propius accedere, permediocres ac potius leves motus
221 debere esse dicunt. orator autem omnia haec, quae putantur in communi vitae consuetudine mala ac molesta et fugienda, multo maiora et acerbiora verbis facit; itemque 5
ea, quae vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat, neque vult ita sapiens inter stultos videri, ut ii qui audiant aut illum ineptum aut Graeculum putent aut, etiam si valde probent ingenium, oratoris sapientiam admirentur, se esse stultos moleste fe- 10
222 rant; sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus hominum mentesque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones neque exquirat oratione, summum illud bonum in animone sit an in corpore, virtute an voluptate definiatur, an haec inter se iungi copularique 15
possint; an vero ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit. quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam et multas copiosas variasque rationes; sed aliud quiddam, longe
223 aliud, Crasse, quaerimus. acuto homine nobis opus est et 20
natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget quid sui cives iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere
52 velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. teneat oportet venas cuiusque generis, aetatis, ordinis et eorum apud quos aliquid aget aut erit acturus mentes sensusque 25
224 degustet; philosophorum autem libros reservet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem atque otium, ne, si quando ei dicendum erit de iustitia et fide, mutuetur a Platone, qui cum haec exprimenda verbis arbitraretur, novam

23 *Tac. dial. 31, 4* orator tenebit venas animorum

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** tolerabiliores **L(O^v^)** tolerabiles **O** || **5** fingenda **V**^{2m} | item ς **V**^{2} *Rom* || **8** ut ii ς uti **L** ut ei *Piderit* | aut^{2} **L** et *Pearce* || **10** sapientiam ⟨animi⟩ ς *Rom* || **11** peragret **V**^{2} | hominum *del. Friedrich Sorof alii* || **12** hominum *del. editt. vett. Bake* omnium *Stangl*^{4} *865* | pertractet **V**^{2} || **15** coniungi *Reid* || **16** visum ⟨est⟩ ς *Rom Lamb* | scire *Firmani* || **21** usuque **VO**^{v}**U** usque **OPR** || **22** persuadere **OPUR** -eri **V** || **25** aliquid **OP**^{1}**UR** aliud **P**^{2} *om.* **V** *del. Schuetz* || **27** ne **C** nec ς *Schuetz*

quandam finxit in libris civitatem; usque eo illa, quae dicenda de iustitia putabat, a vitae consuetudine et a civitatum moribus abhorrebant. quod si ea probarentur in 225 populis atque in civitatibus, quis tibi, Crasse, concessisset
5 clarissimo viro et amplissimo, principi civitatis, ut illa diceres in maxima contione tuorum civium quae dixisti? „eripite nos ex miseriis, eripite ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri; nolite sinere nos cuiquam servire nisi vobis universis, quibus et
10 possumus et debemus." omitto „miserias" in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto „fauces" ex quibus te eripi vis, ne iudicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus, quod sapienti negant accidere posse; „servire" vero non modo te, sed universum senatum, cuius tum causam
15 agebas, ausus es dicere? potestne virtus, Crasse, servire 226 istis auctoribus, quorum tu praecepta oratoris facultate complecteris? quae et semper et sola libera est quaeque, etiam si corpora capta sint armis aut constricta vinclis, tamen suum ius atque omnium rerum impunitam liber-
20 tatem tenere debeat. quae vero addidisti non modo senatum servire „posse" populo, sed etiam „debere", quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referrens probare posset senatum servire populo, cui po-
25 pulus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi

1 in libris civitatem ...: *Plato Pol. IX p. 592 A* πόλει ... τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ || **7–10** eripite – debemus *ORF*[2] *244; cf. Parad. 5, 41 ubi eadem paulo aliter citantur.* || **9.10** *Rhet. ad Her. 4, 5* ponimus hoc exemplum a Crasso „quibus possumus et debemus" || **11** *Parad. 2, 19* bonus vir et sapiens et fortis miser esse nemo potest; *Pis. 42* || **17** sola libera *cf. Parad. 5, 33–41*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** a **V** ab **OPUR** || **4** in *om.* **O** || **5** ⟨et⟩ pr. *Bake alii* || **5.6** diceres illa *Rom* || **7** miseriis **C** | servitute *Parad. Stoic. 41* | eripite[2] ⟨nos⟩ *Ernesti Richard* || **8** ⟨nisi⟩ nostro *Doederlein, quod probant Stangl Phil. N F 23 (1910) 507 Broadhead, at cf. H. J. Rose Cl. Rev. 39 (1925) 117 et Cl. Rev. 39 (1925) 175* || **13** vero *om.* **R** vero ⟨quod⟩ *Bake* || **14** causam ς -as **L** -a *Rom* || **18** vinculis **V**[2] || **20** debeat **L** debet *Lag 20 Schuetz alii* | addidistis **U** || **25** potestatem *del. Lamb Vassis Cima Firmani* potestatem ⟨et cupiditatis suae⟩ *Muther 18*

53 227 quasdam habenas tradidisset? itaque haec cum a te divinitus ego dicta arbitrarer, P. Rutilius Rufus homo doctus et philosophiae deditus non „parum commode“ ⟨modo⟩ sed etiam „turpiter et flagitiose“ dicta esse dicebat. idemque Servium Galbam, quem hominem probe commeminisse se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is, L. Scribonio quaestionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset, cum M. Cato, Galbae gravis atque acer inimicus, aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus, quam orationem in *Originibus* suis 228 exposuit ipse. reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpici Gali propinqui sui Q. pupillum filium ipse paene in umeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret, et duos filios suos parvos tutelae populi commendasset ac se tamquam in procinctu testamentum faceret sine libra atque tabulis, populum R(omanum) tutorem instituere dixisset illorum orbitati. itaque, cum et invidia et odio populi tum Galba premeretur, hisce eum tragoediis liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video: nisi pueris et lacrimis usus esset, poenas eum daturum fuisse. haec Rutilius valde vituperabat et huic humilitati dicebat vel exilium fuisse vel mortem ante-

4–22 *cf. Brut. 89sq.* || **11** *cf. ORF² 79sq.*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** parum commode ⟨modo⟩ *Stroux³* parum commodo **V** parum commode **OPU** (ae) **R** *Friedrich* modo parum commode ς *Vict. edd. recc.* tantum parum commode *Rom Steph* || **4** idemque Servium ς idem .q. Servium **L** || **5** commeminisse **L** nosse et meminisse **V²** *Rom* || **7** ferente **R**ς -em **VOPU** || **9** acerrimus **V¹** || **11** ipse *del.* **V²** *om.* ς *Rom* || **12** Gali *scripsi cf. Münzer RE 2 A. 808, 66;* Galli **C** | Q. *del.* **V²** | Publium **R** | filium **L** *del. Lamb Schuetz* || **13** umeros ς hum- **L** | recordatione **VO** ⟨et⟩ *rec.* **PUR** || **16** in procinctu **VOU** im promptu **PR** *cf. Caius Inst. II, 101* | libro **U** || **17** R. **L** Romanum ς *secl. Kayser* || **19** hisce *Heusinger quem plerique edd. sequuntur* isque **V** iisque **OPUR** is quoque **V²** iis ς his quoque *Med Ald* his quasi *Lott*ᵐ *Crat* alii his ς *Kayser Piderit Sorof Wilkins* is *Bake* his quidem *dubitanter Stroux³* || **21** videro **O**

ponendam. neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit 229
et fecit. nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiae cumque illo nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior, non modo supplex iudicibus esse no-
5 luit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam quam simplex ratio veritatis ferebat. Paulum huic Cottae tribuit partium, disertissimo adulescenti, sororis suae filio; dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. quod 230
10 si tu tunc Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur ad dicendi copiam petendum esse paulo ante dicebas, et si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere, quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pesti-
15 feri cives supplicioque digni tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuae. nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur: nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cui-
20 quam doluit, nemo est questus, nemo rem publicam imploravit, nemo supplicavit. quid multa? pedem nemo in 54 231
illo iudicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur. imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socraten, qui, cum omnium sapientissimus esset sanc-
25 tissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicum. quin etiam, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur

1 *de §§ 229–230 Martinelli*[1] *66; Michel 44*

2–8 *Brut. 115; ORF*[2] *288* || **8**sq.: *ORF*[2] *262* || **22**sq. *cf. Quint. 11, 1, 12* || **26**sq. non supplex: *cf. Xenoph. Mem. 4, 4, 4; Tusc. 1, 71 Ovid. Trist. 5, 12, 12 sqq.*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** ille **U** || **4** noluit **VPUR** voluit **O** *Ellendt* || **5** liberius **L** *(cf. Arch. 3)* uberius *Man Bake (pr. Stroux*[3]*)* || **6** ratio ς *Iunt Man* oratio **L** || **9** more suo *om.* **V**[1] *suppl.* **V**[2] || **10** tunc **L** nunc ς tum *Crat. Man* || **14** sicuti **L** sicut *Schuetz* || **14. 15** pestiferi – digni *secl. Kayser* pestiferi ⟨ac⟩ *Reid* || **17** dicta sit ς || **24** Socraten **V**[V] -em **OPURV**[2] || **25** ipso ς

edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit; „sed" inquit „ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles atque apti ad pedem, quia non essent viriles", sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. ergo ille quoque damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant iudices damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; ex ⟨lege⟩ sententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur; quod cum interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut ei victus cotidianus in Prutaneo publice praeberetur, qui honor apud Graecos maximus haberetur. cuius responso iudices sic exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. qui quidem si absolutus esset, quod mehercule, etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenii magnitudinem vellem, quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam nisi propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti praecepta dicendi? quibuscum ego non pugno utrum sit melius aut verius; tantum dico et aliud illud esse atque hoc, et hoc sine illo summum esse posse.

55 234 Nam quod ius civile, Crasse, tam vehementer ample-

(marginal: 232 at line 9; 233 at line 17; line numbers 5, 10, 15, 20, 25)

27 *ad §§ 234–236 Georgesco 194*

14sq. respondit: *Plato Apol. 26* (p. 36 A)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **4** atque **L** et ς || **5** oratoriam **C** ornatam *Schuetz* || **10** aestimatio **VPU** ext -**OR** || **11** ex **L** ⟨lege⟩ *Kumaniecki*[3] et **V**[2] ς *edd.* haec *Lamb* ea *Orelli* ex⟨trema⟩ *Stroux*[3] || **12** quasi aestimationem *del. Schuetz alii ret. Richard Sutton* aestim- **VU** ext- **OPR** || **14** se ς**V**[2] || **15** Prutaneo **L** Pryt- ς *edd.* || **16** honos ς || **17** haberetur **L** habebatur „*doctus quidam*" *ap. Pearcium* habetur *Pearce alii edd. recc.* || **18** innocentissimum hominem ς *Rom* || **20** magnitudinem ingenii **O** || **21** possumus *Bake* || **23** inscitiam ς**V**[2] *Ald* || **25** aut **L** an ς

xus es, video quid egeris; tum cum dicebas, videbam. primum Scaevolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; cuius artem cum indotatam esse atque incomitatam et incomptam videres,
5 verborum eam dote locupletasti et ornasti. deinde quod in ea tu plus operae laborisque consumpseras, cum eius studii tibi et hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. sed ego ne cum ista quidem arte pugno. sit sane 235
10 tanta quantam tu illam esse vis – etenim sine controversia et magna est et late patet et ad multos pertinet et summo in honore semper fuit et clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt; – sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam,
15 suo quoque eam concesso et tradito spolies atque denudes. nam si ita diceres, qui iuris consultus esset, esse eum ora- 236 torem, itemque qui esset orator, iuris eundem esse consultum, praeclaras duas artes constitueres atque inter se pares et eiusdem socias dignitatis. nunc vero iuris consul-
20 tum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, fateris esse posse fuisseque plurimos, oratorem negas, nisi illam scientiam adsumpserit, esse posse. ita est tibi iuris consultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus,

3–5 cuius – ornasti *Non. 450, 16* (*propter* dotatam) || **23** *Quint. 12, 3, 11:* ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** tum **OPUR** tunc **V**[1] tuncque **V**[2] *Rom* et tum *Man* et *Cod Vet Steph* | ⟨non⟩ videbam *Steph Lamb* | tum — videbam *secl. Heusinger alii* || **2** dedidisti **R** | meritissimo **L** -imum ς -issime *Vict.* maxime **R** || **4** atque incomitatam **L** et incomitatam *Non del. Pearce quem omnes editt. secuti sunt, at cf. Stroux ap. Kumaniecki*[2] | comitate tamen incomptam *Jeep* | et incomptam *om. Nonii Lugd*[1] || **13** etiam ς *editt.* et **L** *secl. Stangl*[7] *21* | et ⟨semper praefuerunt et⟩ **V**[2] *Rom* | et ⟨olim praefuerunt et⟩ *Schuetz* et ⟨artificio⟩ *Stroux*[3] *(coll. § 239; Mur. 24)* || **16** esse **L** posse *Madvig*[1] *88* || **18.19** praeclaras – consultum *om.* **R** | praeclaras **OPU** praeclarissimas **V** || **19** eiusdem *editt. vett.* eiusmodi **L** huiusmodi ς huiuscemodi *Rom* eiusdemmodi *Lamb* || **22** est *Ernesti* et **C** || **23** leguleius **OV**[2] legaleius **V**[1]**OPU**

praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum; sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

56 237 Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur aut ea, quae maxima essent in iure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent numquamque didicissent, utriusque rei facilis est et prompta defensio. nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat nesciat, eundem eius mulieris quae coemptionem fecerit causam posse defendere; nec si parvi navigii et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui quibus verbis erc- 238 tum cieri oporteat nesciat, idem herciscundae familiae causam agere non possit. nam quod maximas centumvirales causas in iure positas protulisti, quae tandem earum causa fuit, quae ab homine eloquenti iuris imperito non ornatissime potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus sicut in ipsa M'. Curii, quae abs te nuper est dicta, et ut in C. Hostilii Mancini controversia atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore non remisso nuntio superiori,

5 *de § 237 Neuhauser 192*

1 *cf. 2, 256* aucupari verba *Caec. 65* aucupia verborum. *Cod. Iust. 2, 57, 1* aucupatione syllabarum (cf. Plato Gorg. 489 B ῥήματα θηρεύων)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** cantor **O**^{1}**PUR** ς *(cf. Mur. 26)* cautor **VO**^{2} captor *Gulielmus* | anceps **V** || **2** utatur *Bake* || **4** adduxisti **P**^{al} || **7** maxima ⟨in controversia⟩ *Muther*^{1} *10* | ⟨deberent⟩ auderent **R** || **8** cum ⟨quae certa essent⟩ *Muther*^{1} *10* || **10** qui quibus **O**^{1}**P**^{1}**URV**^{2} qđ qd quibus **V**^{1} quidem quibus **O**^{v}**P**^{al} quid quibus ς qui quidem quibus *dubitanter Stroux*^{3} || **12** nec si **L** nam et si *vel* nam si *vel* neque si ς | et magni navigii *Rom* | ⟨non⟩ eadem *Schuetz* || **13** est ⟨gubernatio reique navalis opus est utroque⟩ *Muther*^{1} *9* | erctum **V**^{v}**O**^{1}**U** ertum **P**^{1} hercitum **O**^{2} certum **P**^{al} cretum *vel* ercitum ς || **14** cieri *Vict. (Variae Lect. XXXV c. 1)* ceri **V**^{1}**O**^{1}**P** eceri **U** ciri **V**^{2} iri **O**^{2} sciri **P**^{al} ercisci (*pro* erctum cieri) **R**^{v} hercisceri *Crat* ercisci cieri *Lamb* || **17** causa **OPURV**^{2} causae **V**^{1} *del. Kayser* || **19** sic **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || **20** et ut in **VOUR** ut in **P** et in ς *edd. recc.* | C. Hostilii Mancini *Thanner (cf. 1, 181)* Titi Lucili Mancini **L**

fuit inter peritissimos homines summa de iure dissensio.
quaero igitur quid adiuverit oratorem in his causis iuris 239
scientia, cum hic iuris consultus superior fuerit discessurus,
qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est non iuris scien-
5 tia, sed eloquentia sustentatus. equidem hoc saepe audivi,
cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque maior natu et
iam consularis Ser. Galba adsectaretur, quod Crassi filiam
C. filio suo despondisset, accessisse ad Crassum consulen-
di causa quendam rusticanum; qui cum Crassum seduxis-
10 set atque ad eum rettulisset responsumque ab eo verum
magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset, ut
eum tristem Galba vidit, nomine appellavit quaesivitque
qua de re ad Crassum rettulisset. ex quo ut audivit com-
motumque ut vidit hominem, „suspenso,“ inquit, „animo
15 et occupato Crassum tibi respondisse video“; deinde ip- 240
sum Crassum manu prehendit et „heus tu“ inquit „quid
tibi in mentem venit ita respondere?“ tum ille fidenter,
homo peritissimus, confirmare ita se rem habere ut
respondisset, nec dubium esse posse. Galba autem adlu-
20 dens varie et copiose multas similitudines adferre mul-
taque pro aequitate contra ius dicere; atque illum, cum
disserendo par esse non posset – quamquam fuit Crassus
in numero disertorum, sed par Galbae nullo modo – ad
auctores confugisse et id quod ipse diceret et in P. Muci
25 fratris sui libris et in Sex. Aeli commentariis scriptum
protulisse ac tamen concessisse Galbae disputationem
sibi probabilem et prope veram videri.

2 *de §§ 239–240 Stroux⁴ 54sq.* || **21** aequitate: *Vogt 184sqq.; Costa 19sqq.; Ragusa 87–114; 224–254, Pringsheim 78sq. Bonfante IV 124, Riccobono I 210, Riposati¹ 217–223, Stroux⁴ 55, Michel 531–536*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** fuert **O**³ς fuit **L** || **4.5** hoc – sustentatus *del. Kayser Bake alii* || **7** Ser. ς Sergius **L** || **7.8** quod *u. ad* desp. **L** quod Caio filio filiam suam desp. *Piderit* cuius C. filio suam filiam desp. *Kayser, at cf. adnotationem Wilkinsii ad h. l.* || **8** C. **R** G. **OPU** Gn. **V** | despondisset **VUR** despopondisset **OP** || **12** nomine **L** comiter *Bake* || **17** illi *Rom Crat Man* | ⟨Crassus⟩ fidenter *Rom* || **20** adferre **VU** aff- **OPR** afferebat **R**² || **21** dicebat **R**² | atque **L** denique *Bake* || **22** fuerit *Rom* || **26** ac tamen **VOPU** actum **R**

57
241 Ac tamen quae causae sunt eiusmodi, ut de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. num quis eo testamento, quod pater familias ante fecit quam ei filius natus est, hereditatem petit? nemo; quia constat agnascendo rumpi testamentum. ergo in hoc 5 genere iuris iudicia nulla sunt. licet igitur impune oratori omnem hanc partem iuris in controversiis ignorare, quae
242 pars sine dubio multo maxima est; in eo autem iure quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis, quamcumque defendet, auctorem aliquem inve- 10 nire; a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit, nisi vero – bona venia huius optimi viri dixerim – Scaevolae tu libellis aut praeceptis soceri tui causam M'. Curi defendisti, non [ne] arripuisti patrocinium aequitatis et defensionem testa- 15 mentorum ac voluntatis mortuorum. ac mea quidem sen-
243 tentia – frequens enim te audivi atque adfui – multo maiorem partem sententiarum sale tuo et lepore et politissimis facetiis pellexisti, cum et illud nimium acumen inluderes et admirarere ingenium Scaevolae, qui exco- 20 gitasset nasci prius oportere quam emori; cumque multa conligeres et ex legibus et ex senatus consultis et ex vita

17 *de §§ 243sq. Stroux*[4] *42–46; Perrin 335. 379. 518–542; Büchner 24sqq.; Michel 453*

11 amentatas hastas *cf. Brut. 271; Top. 65, part. or. 14* || **17** *ad § 243 cf. ORF*[2] *247sq.*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** Ac tamen **P** *(cf. Madvig De fin. 2, 27, 85)* attamen **VOUR** et enim *Bake Sorof* || **4** est **L** esset ς *Ernesti edd. recc.* || **5** agnoscendo **PR**ς || **7** in controversiis **L** *(def. Adler*[1] *16)* incontroversi *Lamb* non controversi *Bake Courbaud Reid alii* sine controversiis *Klotz*[1] *Cima Firmani Costa* his in controversiis *Orelli, del. Ernesti* || **10** defendat *Rom* | invenire ς -iri **L** || **11** amentatas ς admentatas **L** | oratoriis *Nizolius* orationis *Pluygers* || **13** *post* Scaevolae *interpungunt codd.* | Scaevolae *del. Man alii* || **14** Curi **VU** -ii **OPR** | non *Bake quem ceteri sequuntur* nonne **L** *Cima Firmani Richard Sutton* || **15** patronum **R** || **16** ac[1] *del. Piderit* | voluntatis **VUP**[2] -es **OP**[1]**R** | mortuorum *del. Piderit* || **17** adfui ς affui **L** || **20** admirarere **VR** admirare **U** ammirare **O** ammirarentur **P**[1] ammiravere **P**[2] | qui **L** quod ς *pr. Stangl*[7] *19*

ac sermone communi non modo acute, sed etiam ridicule
et facete, ubi si verba, non rem, sequeremur, confici nihil
posset. itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit;
in quo quid tibi iuris civilis exercitatio profuerit non in-
5 tellego; dicendi vis egregia summa festivitate et venustate
coniuncta profuit. ipse ille Mucius paterni iuris defensor et 244
quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum
contra te diceret, attulit quod de iure civili depromptum
videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo
10 quod fuisset imperitis occultius? nempe eius omnis oratio
versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere
defenderet. at in hoc genere pueri apud magistros exer-
centur omnes, cum in eius modi causis alias scriptum
alias aequitatem defendere docentur. et credo in illa 245
15 militis causa, si tu aut heredem aut militem defen-
disses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et ad
oratoriam facultatem contulisses. tu vero, vel si testa-
mentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testa-
mentorum ius in eo iudicio positum videretur, vel si cau-
20 sam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mor-
tuis excitasses; statuisses ante oculos; complexus esset
filium flensque eum centumviris commendasset; lapides
mehercule omnes flere ac lamentari coegisses, ut totum
illud VTI LINGVA NVNCVPASSIT non in duodecim
25 tabulis quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in
magistri carmine scriptum videretur.

58 246 Nam quod inertiam accusas adulescentium qui istam
artem primum facillimam non ediscant: quae quam sit

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** ⟨ad⟩ rem **R** | sequerentur *Rom* || **3** ac **VPUR** et **O** || **4** quit **V**[v] || **5** et **L** ac *ς* || **9** ⟨in⟩ dicendo **V** || **10** eius omnis **VPUR** omnis eius **O** *Rom* || **15** heredem **VUP**[2] hereditatem **OP**[1]**R** | defendisses **L** defenderes *Heusinger ad De off. 3,19,1 quem Schuetz secutus est* || **16** Hortilianas **O** (*corr.* **O**[v]) || **16.17** et at oratoriam **V**[v] | ⟨te⟩ contulisses **O** retulisses *Vict.* || **20** agere **R** || **21** esses *Ernesti* || **22** commendasses *ς Ernesti* || **23** et lamentari **O** | coegisses *ς Schuetz Bake alii* coegisset **L** || **24** nuncupassit *Man* -asset **L** | duodecim **VOPU** XII **R** || **27** quod **VPU** quid **OR** | adulescentium **OPUR** -um **V** || **28** quae *del. Ellendt alii, def. Harnecker ad l.*

facilis, illi viderint qui eius artis adrogantia, quasi diffi-
cillima sit, ita subnixi ambulant, deinde etiam tu ipse
videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis
adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam
artem didicerit, ut hanc artem efficere posset, tum esse 5
illam artem futuram; deinde quod sit plena delectationis;
in quo tibi remittunt omnes istam voluptatem et ea se
carere patiuntur; nec quisquam est eorum, qui si iam sit
ediscendum sibi aliquid, non *Teucrum* Pacuvii malit quam
247 Manilianas venalium vendendorum leges ediscere; tum 10
autem quod amore patriae censes nos nostrum maiorum
inventa nosse debere, non vides veteres leges aut ipsa sua
vetustate consenuisse aut novis legibus esse sublatas?
quod vero viros bonos iure civili fieri putas, quia legibus
et praemia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis, 15
equidem putabam virtutem hominibus, si modo tradi
ratione possit, instituendo et persuadendo, non minis et
vi ac metu tradi. nam ipsum quidem illud etiam sine co-
gnitione iuris, quam sit bellum cavere malum, scire possu-
248 mus. de me autem ipso, cui uni tu concedis, ut sine ulla 20
iuris scientia tamen causis satis facere possim, tibi hoc,
Crasse, respondeo, neque me umquam ius civile didicisse
neque tamen in iis causis quas in iure possem defendere
umquam istam scientiam desiderasse. aliud est enim esse
artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi 25
vita et vulgari hominum consuetudine non hebetem nec

10—13 *Vogt 41sq.*

3 dicis: *§ 185* || **26—**p. 97, **1** *de div. 2, 103* hebetem et rudem

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **6** quod **L** quae *Ernesti Schuetz* || **7** in quo ς *Ernesti edd. recc.* in qua **L** *Firmani Richard* || **10** Manilianas **R** Mammilianas **VU** *Rom* Mamilianas **OP** Manlianas *Lamb* | tu ς *Rom* || **11** nostrum **VO**^{v}**U** *(cf. Stroux*^{2} *140)* nostrorum **O**^{1}**PR** *editt.* || **12** ipsa **V**^{1}**O**^{v}**PR** *(def. Pearce)* ipsas **UV**^{2}ς aut ipsa *om.* **O**^{1} || **21** possim ς possem **L** || **23** in iure **L** iure *Madvig*^{1} *89* | ⟨positas⟩ possem *Vassis* || **26** non hebetem **L** nec hebetem ς | ⟨esse⟩ hebetem *Friedrich*^{2} || **26—**p. 97, **1** nec rudem **OPU** *(cf. e.g. Verr. a. pr. 32; Verr. 1, 141, 4, 94, 5, 8 Leg. agr. 2, 20; Mur. 45)* ac rudem **V** *(quod etiam probari potest cf. Cat. 2, 10)* neque rudem **R**

rudem. cui nostrum non licet fundos nostros obire aut res 249
rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere?
tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut
quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac
5 vitium, quo tempore anni aut quo modo ea fiant omnino
nesciat. num igitur, si cui fundus inspiciendus aut si
mandandum aliquid procuratori de agri cultura aut im-
perandum vilico sit, Magonis Carthaginiensis sunt libri
perdiscendi, an hac communi intellegentia contenti esse
10 possumus? cur ergo non idem in iure civili, praesertim cum
in causis et in negotiis et in foro conteramur, satis instructi
esse possumus ad hoc dumtaxat, ne in nostra patria pe-
regrini atque advenae esse videamur? ac si iam sit causa 250
aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit cum hoc
15 Scaevola communicare; quamquam ipsi omnia, quorum
negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. an
vero, si de re ipsa, si de finibus tum ⟨cum⟩ in rem praesen-
tem non venimus, si de tabulis et perscriptionibus contro-
versia est, contortas res et saepe difficiles necessario per-
20 discimus; si leges nobis aut si hominum peritorum respon-
sa cognoscenda sunt, veremur ne ea, si ab adulescentia
iuri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere?
Nihilne igitur prodest oratori iuris civilis scientia? non 59
possum negare prodesse ullam scientiam, ei praesertim,
25 cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata; sed
multa et magna et difficilia sunt ea quae sunt oratori
necessaria, ut eius industriam in plura studia distrahere
nolim. quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu 251
statuque Roscii gestum et venustatem? tamen nemo sua-

28 *ad §§ 251–253 Neuhauser 192*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** ⟨si⟩ cui *Adler*[1] *17* | non **L** nunc *Schuetz Ellendt Cima del. Gesner*[1] *edd. recc. (at cf. Stroux*[2] *159)* || **6** si cui **L** si qui *Bake alii* sicubi *Orelli* || **8** sit **L** est *Madvig Opusc. Ac. alt. 231 at cf. Lebreton 354* || **9** ac **R** || **10** item *Bake* || **12** possimus ς *Rom Man* || **17** tum ⟨cum⟩ *Stroux*[2] *159 collato 2, 136* tum **L** cum ς || **18** non *del. Ernesti alii at cf. Stroux*[2] *154* | praescriptionibus ς *Ald* || **20** leges **VO**[v]**R** lege **O**[1]**PU** || **22** iuri **P**[2] iure **L** | agnoscere ς || **24** illam ς || **27** ut *Crat* at **L** *Rom* | distrahi *Lag 86 Crat Ald Man*

serit studiosis dicendi adulescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. quid est oratori tam necessarium quam vox? tamen me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more et tragoedorum voci serviet, qui et annos compluris sedentes declamitant et cotidie, ante 5 quam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant eandemque, cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo colligunt. hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii quorum causas receperimus, quam totiens, quotiens 10 praescribitur, Paeanem aut † munionem † citarimus.

252 quod si in gestu, qui multum oratorem adiuvat, et in voce, quae una maxime eloquentiam vel commendat vel sustinet, elaborare nobis non licet ac tantum in utroque adsequi possumus, quantum in hac acie cotidiani muneris spatii 15 nobis datur, quanto minus est ad iuris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi et alicunde arripi non potest, iuris utilitas ad quamque causam quamvis 20 repente vel a peritis vel de libris depromi potest. itaque

253 illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos cum ipsi sint ⟨im⟩peritissimi ei qui, ut abs te paulo

4 *cf. 3 224* voci serviatur

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** dicendi **R** *Pol* discendi **L** | discendo ς dicendo **L** *del. Bake Kayser* || **4** ⟨sophistarum⟩ et *Thanner* | et **VOPU** aut **R** *om.* ς *Lamb tres codices secutus, secl. editt. recc. Friedrich Wilkins Cima Courbaud ret. Richard Stroux*[3] | et tragoedorum *del. Ellendt* || **5** compluris **V** -es **OPUR** || **6** sensum **R** || **7** sedantes *Lochmüller 16 sq. praeeunte Stanglio* || **9** velimus facere ς || **10** ii ς hii **V** hi **OPUR** || **11** praescribitur ς *Man* perscribitur **L** *Richard* | munionem **C** in unionem *Rom* Nomionem *Talaeus quem editt. plerumque sequuntur* nomum *Lamb alii* nomium *Schuetz* Minuritionem *Turn* etiam ionem *Gesner* Nomion *Schömann Firmani* hymnum *Ritschl Sorof Wilkins* Munychiam *Reid* Ὑμὴν ὦ Ὑμέναιε *Tucker Cl. Quart. 7 (1913) 53 alii aliter* | recitarimus *Ritschl Sorof Wilkins* || **15** spatium *Rom* || **19** alicunde **L** aliunde ς || **22.23** iuris peritos *secl. Man* || **23** cum – peritissimi *secl. Henrichsen* cum – et *secl. Ellendt Sorof* cum **L** qui *Piderit*[1] | imperitissimi *Lamb alii* non peritissimi *Klotz*[2] peritissimi **L** | ei qui *Sorof*[2] *Friedrich Wilkins Cima Courbaud (cf. 1,198)* eos qui *Man* et qui **L** qui *Orelli Firmani*

ante dictum est, pragmatici vocantur. in quo nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et iura tecta esse voluerunt. sed tamen non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati 5 essent oratorem ipsum erudire iure civili, non ei pragmaticum adiutorem dare. **60** nam quod dicis senectutem a so- 254 litudine vindicari iuris civilis scientia, fortasse etiam pecuniae magnitudine. sed nos non quid nobis utile, verum quid oratori necessarium sit, quaerimus. quamquam, 10 quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere se, quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. quod si ille, adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad 15 requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus? neque enim 255 hoc te, Crasse, fallit, quam multa sint et quam varia genera dicendi, id quod haud sciam an tu primus ostenderis, qui iam diu multo dicis remissius et lenius quam solebas; 20 neque minus haec tamen tua gravissimi sermonis lenitas quam illa summa vis et contentio probabatur; multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore, numquam, ut Ser. Galba, lateribus aut clamore contenderent. 25 quod si iam hoc facere non poteris aut noles, vereris, ne tua domus talis et viri et civis, si a litigiosis hominibus

1 pragmatici: *§ 198* || **11** sq. *cf. Leg. 1, 11*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** dictum **LO**[v] doctum **O** || **2** auctoritates **R** || **3** voluerint **O** || **5** ⟨in⟩ iure *Man editt. recc. at cf. Kumaniecki*[4] || **12** accederet **L** *(cf. Lebreton 245)* accedere *Lag 20 Cima* acceleret *Madvig*[1] *89* || **16** modos **VU** modo **OPR**ς | sed totos mutare ς et multa totos multa **V** (*prius* multa *del.* **V**[1]; *supra* totos *et in mge signum* ◡ **V**[1] *exaravit*) et totos multa **U** (*supra* totos *signum* ◡, *ante* et *ins* **U**[2] sed) sed totos multa **OPR** || **18** id quod *Heusinger* et quod **L** atque *Pearce* quod *Lamb Ellendt* | tu *om.* **V** | offenderis **R** || **20** gravissima *Bake* || **21** probabatur **VOR** *(pr. Stroux*[3]*)* probatur **PU** *edd. (cf. simile mendum Att. 12, 16)* || **22** audivimus ς *Rom Lamb* || **23** interiore *Costa* || **25** hoc iam **V**

non colatur, a ceteris deseratur? equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant multitudine esse ponendum, sed tamquam portum aliquem expectem istam, quam tu times, solitudinem. subsidium enim bellis- 5 simum existimo esse senectuti otium.

256 Reliqua vero etiam si adiuvant, historiam dico et prudentiam iuris publici et antiquitatis iter et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus instructissimo familiari meo Congo mutuabor. neque re- 10 pugnabo quo minus id, quod modo hortatus es, omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur; sed mehercule non ita multum spatii mihi videtur, si modo ea facere et persequi volent, quae a te, Crasse, praecepta sunt; qui mihi prope iam nimis duras 15 leges imponere visus es huic aetati, sed tamen ad id quod 257 cupiunt adipiscendum prope necessarias. nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae ac meditatae commentationes ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi 20 sudoris est; et illa orationis suae cum scriptis alienis com-

4 *off. 3, 2* tamquam in portum se in solitudinem recipiebat || **8** antiquitatis iter *cf. § 18, 159, 201; or. 120, part. or. 96* || **20** dixisti: *§ 150*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **8** antiquitatis iter et **L** *(def. Lorentz Kayser Vassis)* iter et *del. Schuetz Friedrich*[4] iter *del. Cahen Cessi* antiquitatem et Paulus *Progr. Thorn 1840 Courbaud Richard* antiquitatis rerum et *Stangl*[8] antiquitatis item et *Gessner* antiquitatis iterum et *Madvig*[1] *89* antiquitatis memoriam et *Koch alii* antiquitatis notitiam et *Ellendt* antiquitatis litteras *Purgold Marx (Luc. II 228)* antiquitatis scita et *Reid* antiquitatis fidem et *Stroux*[3] antiquitatis pariter et *Sydow* || **10** Congo *Roth Rhen. Mus. VIII 615* Conco *Scholia Bob. p. 264 Or.* Longo **L** *et codd. Planc 58 (cf. etiam Plin. NH praef. 7)* || **12** recto studio **L** eruditione *Bake* || **13.14** mihi videtur **V** *(pr. Stroux*[2] *132)* mihi videntur **OPU** mihi homines videntur **R** mihi habere videntur **ς** *Rom edd. recc. quod iam propter clausulam abiciendum* mi habere *Stangl*[7] *55* || **15** iam **ς** etiam **L** *Richard Sutton* || **16** leges *om.* **V** || **17** prope ⟨non⟩ *Matthias* || **19** commentationes **Rς** commendationes **VOPU** *Rom* || **21** suae **L**(**R**[v]) *(cf. Lebreton 117)* tuae **Rς** *Rom*

paratio et de alieno scripto subita vel laudandi vel vituperandi vel comprobandi vel refellendi causa disputatio non mediocris contentionis est vel ad memoriam vel ad imitandum. illud vero fuit horribile, quod mehercule 61 258
5 vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit quam ad cohortandum: voluisti enim in suo genere unum quemque nostrum quasi quendam esse Roscium dixistique non tamen ea quae recta essent . . . .
fastidiis adhaerescere; quod ego non tam fastidiose in nobis
10 quam in histrionibus spectari puto. itaque nos raucos saepe 259 attentissime audiri video; tenet enim res ipsa atque causa; at Aesopum, si paulum inrauserit, explodi. a quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate; in
15 eloquentia autem multa sunt quae teneant; quae si omnia summa non sunt et pleraque tamen magna sunt, necesse est ea ipsa, quae sunt, mirabilia videri.

Ergo, ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is 260 qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuaden-
20 dum possit dicere. is autem concludatur in ea quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgueatur; imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Athe-
25 niensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae

6 voluisti: *§ 130* || **12** at — explodi *Prisc. inst. gr. GL 2, 539, 3 (cf. 542, 27)*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** mediocris contentionis est vel **OPUR** mediocris est vel **V** || **5** terrendum **U**ς || **8** *post* essent *plura in* **L** *exciderunt. lacunam hiare viderunt Itali et supplere conati sunt aut* probari quam quae prava sunt *aut* delectare quam quae turpia *inserentes* ς. *priorem coniecturam receperunt edd. nisi quod Ernestium secuti* sunt *deleverunt. pro* sunt *scribendum* essent *censet Stroux*[3]. *lacunam relinquere malui* || **9** fastidiis **L** fastidia iis *Le Clerc 59* fastidiosis *Adler*[1] *17 Reid* || **12** inrauserit *Prisc* inracuerit **VR** inraucuerit **PU** *Courbaud Galmés* irraucuerit **O** *(quod fortasse propter clausulam praeferendum cf. Havet 157)* || **15** eloquentia **L** eloquente ς *Ellendt* eloquenti *Piderit* || **20** sint **R** || **23** ac **R** | urgueatur **U** urgueantur **V**[v] urgeatur **OPR**

diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius esse
261 locutus putaretur; deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est adsecutus, ut una continuatione verborum, id quod eius scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur; qui etiam ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat, neque is consistens in lo-
262 co, sed inambulans atque ascensu ingrediens arduo. hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos iuvenes vehementer adsentior; cetera quae collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.

62 Haec cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem
263 videretur accedere. tum Crassus „operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis, atque haud scio an aliter sentias et utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo umquam praestitit; cuius quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est; sed iam in philosophorum consuetudine versatur maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem so-
264 lent copiosissime dicere. verum ego non solum arbitrabar, his praesertim audientibus, a me informari oportere qualis

6 continuatione verborum: *Stegemann 1083 sq.*

6.7 id — continerentur *Non. 259, 18* (*propter* contendere) || **8** *Plut. Dem. 9; Quint. 11, 3, 54* || **19** operarium: *§ 83; 2, 40*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** superaret **VOU** -arit **PR** superasset ς *Rom Bake* || **4** ⟨eo⟩ locutus *Ald* ⟨eo⟩ esse ς *Lamb* | augustius **R** || **5** tamen **U** || **7** binae *om. Non* | ei **L** et *Non Bake ex coniectura* || **8** qui **L** quin *Coberger Friedrich*[1] *861* || **9** multos **L** montes **U**[m] || **10** is **L** id *Man Friedrich*[2] *28, at cf. Lochmüller 19 sq.* || **11** assensu **V** || **12** et ad l. **VOPRU**[2] et l. **U**[1]ς || **15** es **VOPR** eos **U** est **V**[v] | omnino ς *Rom* | officio proprio **P**[1]**R** || **19** ⟨inquit⟩ nobis *Rom* || **26** solum **L** talem *Schuetz* || **27** ⟨talem⟩ a me *dubitanter Stroux*[3] | informari **U**[2]ς infirmari **L** insinuari *Vict.*

esse posset is, qui habitaret in subselliis neque quicquam amplius adferret quam quod causarum necessitas postularet, sed maius quiddam videbam, cum censebam oratorem, praesertim in nostra re publica, nullius ornamenti
5 expertem esse oportere. tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quae abs te de officiis praeceptisque oratoris quaesita sunt; sed opinor secundum hunc diem; satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. nunc et 265
10 Scaevola, quoniam in Tusculanum ire constituit paululum requiescet, dum se calor frangat, et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam." placuit sic omnibus. tum Scaevola „sane" inquit „vellem non constituissem in Tusculanum me hodie venturum esse L.
15 Aelio; libenter audirem Antonium". et cum exsurgeret simul adridens „neque enim" inquit „tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum civile pervellit, quam iucundus, quod se id nescire confessus est."

3 maius quiddam: *Steidle 39*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** quicquam **OPUR** quidquam **V** || **3** quoddam **R** || **9** a nobis multa **R** || **10** paululum **L** paulum ς *editt.* || **14** in Tusculanum *secl. Wilkins* | venturum esse **OPUR** venturum **V** esse venturum ς | L. Aelio *Orelli* Laelio **L** L. Laelio *Firmani*

LIBER II

1 1 Magna nobis pueris, Quinte frater, si memoria tenes, opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinae quam quantum prima illa puerili institutione potuisset, M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem at- 5 que ignarum fuisse; erantque multi qui, quamquam ⟨nequaquam⟩ ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio discendi a doctrina deterrerent, libenter id quod dixi de illis oratoribus praedicarent, ut si homines non eruditi summam essent pruden- 10 tiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor et stultum in nobis erudiendis patris nostri, optimi ac prudentissimi viri, studium vide-
2 retur. quos tum ut pueri refutare domesticis testibus patre et C. Aculeone propinquo nostro et L. Cicerone patruo 15 solebamus, quod de Crasso pater et Aculeo, quocum erat nostra matertera, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum, et patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus una decesserat, multa nobis de eius studio doctrinae

2 *ad librum II cf. Leeman 118–121; de §§ 1–12 Ruch 189* u. ad *192; Zoll 88–93*

8 *Rep. 1, 36* studioque discendi . . . incensum

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE. LIBER I EXPLICIT. INCIPIT LIBER II. LEGE FELICITER **VP**[2m] **U** *om.* **OP**[1] **R** || **2** opinio fuit **V**[m] *adscripsit* || **6** nequaquam *ins. Stroux*[3] non *ins.* ς *om.* **L** || **7** sese *Rom Piderit Sutton* || **8** discendi **VO**[1]**PU** *(cf. De rep. 1, 36)* dicendi **O**[2] **R**ς *Sutton* || **10** esse **P** || **12** esset **R**ς || **13** ac **L** atque ς | viderent **R** || **14** quod tum *Vict.* || **19** discesserat **R** *Lag 15* | studio doctrinae *Bake (cf. Rosc. Am. 46, Balb. 3)* studio doctrina **L** studio et doctrina *vel* studio doctrinaque ς *Stangl alii*

saepe narravit; cumque nos cum consobrinis nostris, Aculeonis filiis, et ea disceremus quae Crasso placerent et ab iis doctoribus quibus ille uteretur erudiremur, etiam illud saepe intelleximus, cum essemus eius domi, quod
5 vel pueri sentire poteramus, illum et Graece sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur, et doctoribus nostris ea ponere in percontando eaque ipsum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur. de Antonio vero quamquam saepe ex huma- 3
10 nissimo homine patruo nostro acceperamus quem ad modum ille vel Athenis vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedidisset, tamen ipse adulescentulus, quantum illius ineuntis aetatis meae patiebatur pudor, multa ex eo saepe quaesivi. non erit profecto tibi, quod
15 scribo, hoc novum; nam iam tum ex me audiebas mihi illum ex multis variisque sermonibus nullius rei, quae quidem esset in his artibus de quibus aliquid existimare possem, rudem aut ignarum esse visum. sed fuit hoc in 4 utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non
20 didicisse quam illa despicere et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Graecis anteferre; Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse numquam putaretur; atque ita se uterque graviorem fore, si alter contemnere alter ne
25 nosse quidem Graecos videretur.

Quorum consilium quale fuerit, nihil sane ad hoc tem- 5 pus; illud autem est huius institutae scriptionis ac tem-

26 *ad § 5 Gilson 1–19*

27 illud – temporis *Non. 485, 29* (*propter* scriptio)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** narrarunt *Lamb at cf. Lebreton 15* || **4** essemus eius domi *Gulielmus* essemus eius modi **L** *Richard* esset eiusmodi *Ernesti* cum – eiusmodi *secl. Lamb. Ellendt Kayser* || **4.5** quod – poteramus *suspecta Bakio* || **12** dedidisset **L** dedisset ς *Wilkins Courbaud* | ipse **U**ς ille **VOPR** iste *Lag 65* || **16** rei *secl. Kayser* || **19** eorum *om.* **R** || **20** ille **O** | despicere **OPR** disp- **VU** | nostrum **P**[1] || **22** huic **R** || **23** se didicisse **V** *(sed* se *postea deletum)* || **26** fuit **O**[1] || **27** est **OPUR** ex **V** | descriptionis *malit Reid* | ac temporis *deletum malit Reid*

poris neminem eloquentia non modo sine dicendi doctri-
na, sed ne sine omni quidem sapientia florere umquam et
2 praestare potuisse. etenim ceterae fere artes se ipsae per se
tuentur singulae; bene dicere autem, quod est scienter et
perite et ornate dicere, non habet definitam aliquam 5
regionem, cuius terminis saepta teneatur. omnia quae-
cumque in hominum disceptationem cadere possunt bene
sunt ei dicenda qui hoc se posse profitetur, aut eloquen-
6 tiae nomen relinquendum est. quare equidem et in nostra
civitate et in ipsa Graecia quae semper haec summa duxit, 10
multos et ingeniis ⟨excellentes⟩ et magna laude dicendi
sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor; talem
vero existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso et An-
tonio, non cognitis rebus omnibus quae ad tantam pru-
dentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta 15
7 in illis fuit, non potuisse confirmo. quo etiam feci liben-
tius, ut eum sermonem, quem illi quondam inter se de
his rebus habuissent, mandarem litteris, vel ut illa opinio,
quae semper fuisset, tolleretur, alterum non doctissimum,
alterum plane indoctum fuisse; vel ut ea, quae existima- 20
rem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse
dicta, custodirem litteris, si ullo modo adsequi complecti-
que potuissem; vel mehercule etiam ut laudem eorum iam

7 disceptationem: *Zoll 57* || **16** *ad § 7–8 Zoll 76–78*

5.6 non habet definitam aliquam regionem *cf. Arist. Rhet. 1, 1,14 (1355b)* || **6** *cf. § 113* quae in disceptationem et controversiam cadere possint || **22**sq. *cf. 3, 14sq.*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** dicendi **VO**[2]**UR** disc- **O**[1]**P** || **2** sine quidem omni sine omni sapientia **V** || **4** singulae **VPU** -e **OR** || **5** partite *Schuetz* || **6** saeptum *Lamb at cf. Wilkins ad l.* | omnia ⟨enim⟩ *Rom* || **8** se posse **L** saepe *Vict.* | confitetur **R** || **10** dixit **P**[1] || **11** excellentes *ins. Kumaniecki*[1] magnos *Ellendt* et arte adiutos *Muther* insignes *Sorof* divinis *vel* eximiis *Stangl* magnis *Courbaud Richard; alii aliter locum sanare studuerunt:* ingenii et magna *Mueller* eloquentes et magna *Klotz*[2] ingeniis magno magna *Adler*[1] *18* ingeniosos in magna *Reid* et ingeniis et *secl. Piderit*[1] *Harnecker*[1] *1sq. Firmani, at fortasse nihil mutandum cf. Stangl*[7] *52* || **12** omnium rerum ς *Rom* | floruisse *Mueller* || **14** ad ς in **L** || **17** quondam illi **R**ς *Rom* || **23** mercule **P**[1] | etiam *om.* **R**

prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione
hominum atque a silentio vindicarem. nam si ex scriptis 8
cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse
putassem laborandum; sed cum alter non multum, quod
5 quidem extaret, et id ipsum adulescens, alter nihil admodum scripti reliquisset, deberi hoc a me tantis hominum
ingeniis putavi, ut, cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem.
quod hoc etiam spe adgredior maiore ad probandum, 9
10 quia non de Ser. Galbae aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius
memoria iam refellente, sed edo haec iis cognoscenda, qui
eos ipsos de quibus loquor saepe audierunt, ut duo summos viros iis qui neutrum illorum viderint, eorum quibus
15 ambo illi oratores cogniti sint vivorum et praesentium
memoria teste commendemus. nec vero te, carissime frater atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos 3 10
tu agrestis putas, insequor ut erudiam – quid enim tua
potest oratione ⟨esse⟩ aut subtilius aut ornatius? – sed
20 [quoniam] sive iudicio, ut soles dicere, sive, ut ille pater
eloquentiae de se Isocrates scripsit ipse, pudore a dicendo
et timiditate ingenua quadam refugisti, sive, ut ipse iocari

13–16 *Zoll 79* || **16** *ad § 10 Weidner 55*

15 *off. 1,156* vivi atque praesentes || **21** *Isocr. or. 12,10; Cic. Rep. 3,42* || **21.22** pudore – refugisti *Non. 228,20* (*propter* timor)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** ego *suppl.* **P**^{2} || **3** suis **L** et suis ς a suis *Rom* || **4** laborandum putassem ς *Rom* || **5** alter *om.* **V** || **7** cum ς quo **L** quomodo *Lag 23 Rom* || **8** possem quidem. hoc *Havet 151 (propter clausulam)* || **10** Servi **VPU** Servii **OR** Sergii ς *Rom* || **12** iam **VU** *Ernesti Ellendt* iam me **OPR**ς *(at cf. 1, 263; 2, 215; 295; 330)* | edo **L** dedo ς *Rom* credo *Vict.* | iis ς his **L** || **13** duo **V**^{v}**P**^{2} *(cf. 2,223 et 2,353)* duos **OP**^{1}**UR** || **15** ipsi **R** | sint **L** sunt ς || **18** agrestis ς -es **L** || **19** esse om. **VOP**^{1}**R** *post* ornatius *suppl.* **P**^{2m}**U**ς, *post* potest *Coberger*, *post* oratione *conlocare malui (cf. Kumaniecki*[4] *sed fortasse nihil supplendum cf. Stangl*[12]*)* || **20** quoniam **L** quamquam *Ernesti Schuetz* quodam *Sydow 238 om.* ε *secl. Henrichsen Ellendt Friedrich Courbaud Cima Wilkins ret. Richard* | soles **L** *(defendit iure Harnecker*[1] *2)* soleo *Pearce, Ernesti Friedrich*[3] *29 Stangl*[3] *875 Richard* | ut^2 *om.* **V** || **21** Socrates **O**^{1}ς *Vict.* | sensit **O** || **22** ipse *del. Kayser*

soles, unum putasti satis esse non modo in una familia rhetorem, sed paene in tota civitate, non tamen arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quod merito propter eorum qui de dicendi ratione disputarunt ieiunitatem bona-
11 rum artium possit inludi. nihil enim mihi quidem videtur in 5
Crassi et Antoni sermone esse praeteritum, quod quisquam summis ingeniis, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognosci ac percipi potuisse arbitraretur; quod tu facillime poteris iudicare, qui prudentiam rationemque dicendi per te ipsum, usum autem per nos per- 10
cipere voluisti. sed quo citius hoc quod suscepimus non mediocre munus conficere possimus, omissa nostra adhortatione ad eorum quos proposuimus sermonem disputationemque veniamus.

12 Postero igitur die, quam illa erant acta, hora fere se- 15
cunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Q. Catulus senex cum C. Iulio fratre venit. quod ubi audivit, commotus Crassus surrexit omnesque admirati maiorem aliquam esse cau- 20
13 sam eorum adventus suspicati sunt. qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent: „quid vos tandem?“ Crassus „numquidnam“ inquit „novi?“ „nihil sane“ inquit Catulus „etenim vides esse ludos; sed – vel tu nos ineptos licet“ inquit „vel molestos putes – cum 25
ad me in Tusculanum“ inquit „heri vesperi venisset Caesar de Tusculano suo, dixit mihi a se Scaevolam hinc

13 sermonem disputationemque: *Zoll 49* || **15** *ad § 12–28 Ruch 199–201; Zoll 96 sq.* || **21** *ad § 13–14 Becker 15*

16 sq. cum – sederet *Non. 68, 15* (*propter* apud)

[**M** *deest usque ad vocem* temptans p. 109, 2, *ubi* **H** *redit* **L** = **VOPUR**] **2** oratorem *Bake* | sed tamen non *Bake* || **3** certorum *Reid* || **4** disputarunt **L** -rint **U** disputaverunt ς | ieiunitatem **OR** -tate **VUP** || **7** a summis *Man* || **8** arbitretur *malit Kayser* || **10** autem **L** aut **R** vero ς *Rom* || **12** abhortatione **U** || **18** porticu **R**^m ς (*cf. De rep. 1, 18*) -icus **L**(**R**^v) || **25** velim **U**¹ (*corr.* **U**²) | inquit *del. Schuetz Courbaud* || **26** inquit *del. Ernesti Firmani*

euntem esse conventum ex quo mira quaedam se audisse
dicebat; te, quem ego totiens omni ratione temptans ad
disputandum elicere non potuissem, permulta de eloquen-
tia cum Antonio disseruisse et tamquam in schola prope
5 ad Graecorum consuetudinem disputasse. ita me frater 14
exoravit ne ipsum quidem a studio audiendi nimis abhor-
rentem, sed mehercule verentem tamen ne molesti vobis
interveniremus, ut huc secum venirem; etenim Scaevolam
ita dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem
10 esse dilatam. hoc tu si cupidius factum existimas, Caesari
attribues; si familiarius, utrique nostrum. nos quidem,
nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat." tum 4 15
Crassus ,,equidem, quaecumque vos causa huc attulisset,
laetarer, cum apud me viderem homines mihi carissimos
15 et amicissimos; sed tamen, vere dicam, quaevis causa
mallem fuisset quam ista quam dicis. ego enim, ut quem
ad modum sentio loquar, numquam mihi minus quam
hesterno die placui, magis adeo id facilitate quam alia ulla
culpa mea contigit, qui, dum obsequor adulescentibus, me
20 senem esse sum oblitus fecique id, quod ne adulescens
quidem feceram, ut iis de rebus quae doctrina aliqua
continerentur disputarem. sed hoc tamen cecidit mihi

12 *de § 15–25 Zoll 99–104*

3 elicere non potuissem *cf. 1, 97*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** coniunctum **P**[1] || **2** temptans *redit* **H** || **5** ita me **ML** itaque *ς Rom Lamb* || **6** ne ipsum quidem **M** me ipsum: non quidem **L** *Rom* non ipsum quidem *Lamb*[m] me, ipsum *Ernesti* | ⟨non⟩ nimis *Ernesti* || **7** tamen **L** *om.* **M** *edd. vett. secl. Orelli Ellendt alii ret. Stangl*[12] || **8** hic **P**[1] | venirem. et enim **L** veniret. enim **M** venirem. Scaevolam enim *ς Rom Ellendt* || **10** tu si **M** si tu **L** | Caesari **L** celari **M** || **13** quaecunque **M**[2] **L** quaequomque **M**[1] | vos causa **M** *(pr. Meister 201)* causa vos **L** || **14** me *om. Vict.* || **15** quaevis **ML** quamvis **R** qua eius *Rom* | causa **MR** *om.* **VOPU** *secl. Orelli* || **17** sentio **C** -iam *ς Rom* | numquam **V** || **18** magisque *Lamb* ⟨cui⟩ magis *Muther* | alia ulla **L** aliqulla **M**[1] aliqua **M**[2] || **19** contigit *secl. Bake* || **20** sum oblitus **C** oblitus sum *ς* | id **MU**[2] hoc **L** || **12** continetur **U**[1] (*corr.* **U**[2]) | hoc **M**[2] **L** hic **M**[1] | mihi cecidit *ς Vict.*

peroportune, quod transactis iam meis partibus ad An-
16 tonium audiendum venistis." tum Caesar „equidem" inquit „Crasse, ita sum cupidus in illa longiore te ac perpetua disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, vel hoc sim cotidiano tuo sermone contentus. itaque ex- 5 periar equidem illud, ut ne Sulpicius familiaris meus aut Cotta plus quam ego apud te valere videatur, et te exorabo profecto, ut mihi quoque et Catulo tuae suavitatis aliquid inpertias. sin tibi id minus libebit, non te urguebo neque committam, ut, dum vereare tu, ne sis ineptus, me esse 10
17 iudices." tum ille „ego mehercule" inquit „Caesar, ex omnibus Latinis verbis huius verbi vim vel maximam semper putavi. quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. 15 nam qui aut tempus quid postulet non videt aut plura loquitur aut se ostentat aut eorum quibuscum est vel dignitatis vel commodi rationem non habet aut denique

1 *ad § 16 Becker 18*

13.14 quem – aptus *Non. 60. 20* (*propter* ineptus) *cf. Iul. Vict. RL 440, 6* Marcus enim Tullius nihil aliud esse ineptum quam minus apte dicere disputavit. *idem RL 441, 18* eris enim ineptissimus secundum Marci Tulli sententiam nisi omnium horum ratio diligenter habeatur || **16** sqq. *Iul. Vict. RL 447, 27* hi sunt enim quos Cicero ineptos vocat qui neque ubi nec quando nec cum quibus fabulentur existimant nec quam diu nec quo modo.

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** partibus **L** artibus **M** || **2** venitis *Havet propter clausulam et sensum fortasse recte* | inquit **MU** *om.* **VOPR** || **3** ita **L** et ita **M** *Friedrich Courbaud* | longiore te **M** te *om.* **L** *post* cupidus *suppleverunt* ς || **4** mihi minus **MP** minus mihi **VOUR** mihi *om. Lag 36 Lamb* || **5** vel **L** *(omnes edd. praeter Friedrich cf. Meister 45)* vel ut **M** *Friedrich (collato Verr. 2, 17)* quotid- **O** quottid – **R** | tuo *om.* ς *Rom* || **6** illud **L** *om.* **M** *del. Kayser Harnecker Friedrich at cf. Kühner Stegmann II 573* || **7** videatur **VR**[v] *(pr. Stroux² 141 cf. etiam Lebreton 15)* videantur **OPU** *Heusinger De off. 1, 41, 8 Schuetz* videar **M** || **9** id **MO** in **O**[v] *om.* **VPUR** | libebit **L** licebit **M** || **10** tu ne **M** ne tu **L** | esse *secl. Courbaud propter clausulam* || **11** tum ille *del. Kayser* | mehercule **L** mehercle **M** | Caesar **C** Crassus ς || **14** ad hoc **R** | ductum **C** dictum *Non* || **16** quid **MVORU**² quod **PU**¹

in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus esse dicitur. hoc vitio cumulata est eruditissima illa 18 Graecorum natio. itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. ut enim 5 quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies. omnium autem ineptiarum quae, sunt innumerabiles, haud sciam an nulla sit maior quam, ut illi solent, quocumque in loco quoscumque inter homines visum est, de rebus aut difficillimis aut non necessariis argutissime 10 disputare. hoc nos ab istis adulescentibus facere inviti et recusantes heri coacti sumus. 5 19 tum Catulus „ne Graeci quidem" inquit „Crasse, qui in civitatibus suis clari et magni fuerunt, sicuti tu es nosque omnes in nostra re p(ublica) volumus esse, horum Graecorum qui se incul-15 cant auribus nostris similes fuerunt nec tamen in otio sermones huius modi disputationesque fugiebant. 20 ac si tibi videntur qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent inepti, sicut debent videri, num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus haec 20 ipsa ubi inambulamus, et palaestra et tot locis sessiones gymnasiorum et Graecorum disputationum memoriam quodam modo commovent? aut num importunum tempus

[**M** = **H** (*inde a v. 11 etiam* **AE**) **L** = **VOPUR**] **1** inconcinnus **L** inconus **M**[1] incorus **M**[2] || **2** esse **M** *(pr. Meister) om.* **L** *secl. Ellendt Courbaud Richard* | cumulata **L** comulata *in* cumulata *corr.* **M**[1] maculata *aut* commaculata *Doederlein (collato pro Cael. 16)* || **4** vident **L** videntes **M** | quidem **C** quod **R** || **6** repperies **V** || **7** sciam **M** *(cf. 1, 255, 2, 209 Lael 51 De nat. deor. 2, 11)* scio **L** | nulla ς *Lamb*[m] ulla **C** | quam ut **C** quod ut **P**[1] *(corr.* **P**[2]*)* quam illorum qui solent *Rom Steph* || **8** quoscumque ς *edd.* quosque **C** | est *om.* **R** || **11** *in vocabulis* tum Catulus **A** *incipit* **E** *redit* || **13** magni et clari ς *Rom* | omnis **VU** || **14** se **C** ista *Reid* || **15** tamen **L**: *om.* **M** *del. Ellendt alii* || **16** at si **H** || **17** loqui **E** | rationum **E** || **18** habeant **U** || **20** ubi inambulamus *secl. Pluygers* | inambulamus **L** *(probat Stangl*[1]*; cf. 1, 261; 2, 12; Brut. 10, Verr. 4, 32, Acad. I 17)* nunc ambulamus **M** ambulamus *Gruter* | sessionis **A** || **21** et Graecorum **M** *(pr. Meister 55)* et Graecarum **VO** et ad Graecarum **P**[2] **U** ad Graecorum **P**[1] **R** | disputationum **VOR** -em **MPU** gymnasiorum Graecorum et disputationum *Lamb Bake* | memoriamque **U** | num **M** *(pr. Meister) om.* **L** nunc *Vet. Steph.* || **22** importunum **H** *(cf. Madvig ad De fin. 2, 85, Nägelsbach*[8] *Lat. Stil. 307)* inp- **AE** inop- **VPUR**

in tanto otio, quod et raro datur et nunc peroptato nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes ii sumus, ut sine iis studiis vitam nullam
21 esse ducamus?" „omnia ista" inquit Crassus „ego alio modo interpretor, qui primum palaestram et sedis et 5
porticus etiam ipsos, Catule, Graecos exercitationis et delectationis causa non disputationis invenisse arbitror. nam et saeculis multis ante gymnasia inventa sunt quam in iis philosophi garrire coeperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum 10
auditores discum audire quam philosophum malunt; qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt. ita levissimam delectationem gravissi-
22 mae, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt. otium autem 15
quod dicis esse, adsentior; verum otii fructus est non con-
6 tentio animi sed relaxatio. saepe ex socero meo audivi, cum is diceret socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe tamquam e vinclis 20
evolavissent. non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet narrare Scaevola conchas eos et umbilicos ad

3 vitam nullam: *Plato Apol. 38 A* βίον οὐ βιωτόν *Cic. Lael. 22; 86. off. 2, 15* || **8.9** nam et – coeperunt *Non. 117, 1* (*propter* garrire) || **18–21** cum Scipione – evolavissent *Non. 165, 30* (*propter* repuerascere)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quid de raro **R** || **3** omnis **V** | vitam nullam **MR** nullam vitam **L** || **4** dicamus **E**[1]ς || **5** sedis **M** -es **LH**[3] || **6.7** et delectationis **L** *om.* **M** *secl. Sorof Kayser Friedrich alii* | non disputationis **L** *om.* **M** *secl. Kayser Harnecker Friedrich alii* exercitationis non delectationis causa *Klotz at omnia sana esse recte putat Meister 29* || **8** saeclis *Non* || **9** ceperint **R** || **10** teneant **L** timeant **M** || **12** simulat **R** || **15** isti *Reid* || **16** non contentio animi **L** contentio non animi **M** animi non contentio *Friedrich*[2] *29 coll. 2, 136* || **18** socium **U** | suum **L** meum **M** || **19** rusticari **MU** rusticari ⟨auspicari⟩ **VOPR** | eoque **V** | repuerascere **V**[v]**OPU** *Non* (*cf. Cato m. 23, 83, Aug. De quant. an. 28, 55 PL 32, 1066*) -rescere **MR** *Friedrich Courbaud* || **20** rursus **E** | e **M** ex **L**(**R**[v]) *Non* | vinclis **C**(**R**[v]) vinculis *Non* || **22** narrare **L** -ari **M** Scaevola **LH**[1] sea Scaevola **H**[2] a Scaevola *dubitanter Friedrich*

Caietam et ad Laurentum legere consuesse et ad omnem animi remissionem ludumque descendere. sic enim res sese 23 habet, ut quem ad modum volucris videmus procreationis atque utilitatis suae causa effingere et construere nidos, 5 easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere solutas opere volitare, sic nostri animi negotiis forensibus atque urbano opere defessi gestiant ac volitare cupiant vacui cura ac labore. itaque 24 illud ego, quod in causa Curiana Scaevolae dixi, non dixi 10 secus ac sentiebam. „nam si" inquam „Scaevola, nullum erit testamentum recte factum nisi quod tu scripseris, omnes ad te cives cum tabulis veniemus omnium testamenta tu scribes unus. quid igitur?" inquam „quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quan- 15 do denique nihil ages?" tum illud addidi: „mihi enim liber esse non videtur qui non aliquando nihil agit". in qua permaneo, Catule, sententia meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere et plane cessare delectat. nam quod 25 addidisti tertium, vos esse eos qui vitam insuavem sine his 20 studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad disputandum sed etiam deterret. nam ut C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere solebat ea quae scriberet neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse –

22 sq. *Zoll 39 sq.*

10–16 *ORF² 248*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** et ad Laurentum **M** et lavernium **VOU** et ad Lavernium **P** et Laurentum **R** | vergere **V** || **2** res sese **M** sese res **L** || **3** ut *del. Lamb Ernesti Henrichsen* || **3** volucris **M** -es **L** || **4** et **R** | effingere **M** fingere **L** | construere **C**(**R**ᵛ) *(cf. Nat. d. 2,129)* constituere ς *Ellendt* || **6** causa **C** gratia ς || **7** negotiis forensibus **M** forensibus negotiis **L** || **8** gestiant *Paris 7704 et 7753 Pearce quem omnes sequuntur:* gestiunt **C** | cupiant *Paris 7704 et 7753* cupiunt **C** || **9** ego quod **M** quod ego **VOU** ego *om.* **PR** | Scaevola **A** || **15.16** esse liber **R** || **21** deterret etiam *Havet* | Lucilius **L** Lucius **M** || **21.22** ⟨et⟩ doctus *Friedrich Courbaud* | doctus **L** *om.* **M** || **22** ea quae scriberet **L** *om.* **M** *secl. Orelli Friedrich alii cf. Cima³ 74* || **23** se **M** *om.* **L**, *post* indoctissimis *transp. Ernesti* | a **MR**ᵛ ab **E**¹**VOPU** || **24** alteri plus **L** *om.* **M** | ipse **M** ipse ⟨de se⟩ **L** ipse ⟨de se intellegi vellet⟩ *Lamb*

de quo etiam scripsit „Persium non curo legere“ (hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissumus)“ Laelium Decumum volo,“ quem cognovimus virum bonum et non inlitteratum sed nihil ad Persium —: sic ego, si iam mihi disputandum sit de his 5 nostris studiis, nolim equidem apud rusticos sed multo minus apud vos; malo enim non intellegi orationem meam
7 26 quam reprehendi.“ tum Caesar „equidem“ inquit „Catule, iam mihi videor navasse operam quod huc venerim. nam haec ipsa recusatio disputationis disputatio quaedam fuit 10 mihi quidem periucunda. sed cur impedimus Antonium? cuius audio esse partis, ut de tota eloquentia disserat, quemque iam dudum et Cotta et Sulpicius expectat?“
27 „ego vero“ inquit Crassus „neque Antonium verbum facere patiar et ipse obmutescam, nisi prius a vobis impetra- 15 ro“ – „quidnam?“ inquit Catulus – „ut hic sitis hodie.“ tum cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat, „ego“ inquit Iulius „pro utroque respondeo: sic faciemus; atque ista quidem condicione, vel ut verbum nul-
28 lum faceres, me teneres.“ hic Catulus adrisit et simul „prae- 20 cisa“ inquit „mihi quidem est dubitatio, quoniam neque domi imperaram et hic apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facile promisit.“

Tum omnes oculos in Antonium coniecerunt; et ille „audite vero, audite,“ inquit „hominem enim audietis de 25 schola atque a magistro et Graecis litteris eruditum. et

1 *Lucilius 592 sq. ROL III 202 sq. cf. Brut. 99; fin. 1, 7* || **15** *Tac. dial. 16, 2* si illud a vobis ante impetravero

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** scripsit **L** scripsi **M** | non ignoramus **E** notamus *vel* putamus **ς** || **3** Decumum **M** Decimum **L** || **4** id **R** || **9** navasse **C** levasse *vel* narrasse *vel* novasse **ς** | veneram **R** || **10** excusatio **R** | disputationis **L** *om.* **M** || **12** partis **MV** -es **OPUR** || **13** iam dudum **H**[2]**EPRU** iandudum **AH**[1]**V**[v]**O** | et[1] **M** *om.* **L** *Sutton* | expectat **M** *(cf. Lebreton 21)* -tant **L** || **14** Crasse **H**[1] (*corr.* **H**[3]) || **15** ipse **C** *om.* **V** ego **R** | impetraro **L** -abo **M** || **18** faceremus **R** || **21** quidem est dubitatio **M** quidem dubitatio est **VPUR** dubit. quid. est **O** || **22** impetraram **H**[3] | eram **L** erat **M** (*sed corr.* in eram **A**[1]) || **25** audite[2] *om.* **R** | de *om.* **P** e **ς** *Rom* || **26** a *om.* **ς**

eo quidem loquar confidentius, quod Catulus auditor accessit, cui non solum nos Latini sermonis sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. sed quia tamen hoc totum quicquid est, sive 29
5 artificium sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos, discipuli, id quod ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam.“ hic postea quam 30 adriserunt „res mihi videtur esse“ inquit „facultate praeclara, arte mediocris. ars enim earum rerum est quae
10 sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus non scientia continetur. nam et apud eos dicimus qui nesciunt et ea dicimus quae nescimus ipsi. itaque et illi alias aliud isdem de rebus et sentiunt et iudicant et nos contrarias saepe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me di-
15 cat aliquando aut ego contra Crassum, cum alterutri necesse sit falsum dicere, sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias aliud defendat, cum plus uno verum esse non possit. ut igitur in eius modi re quae mendacio nixa

7 *de § 30–38 Prümm 59 sq.*

6 ipse non didici: *1, 208* || **7** *cf. 1, 98* sentitis de omni genere dicendi; *3, 25* quid sentiam de universo genere dicendi || **8** facultate: *Arist. Rhet. 1, 2, 1 (1355b 26): δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν* || **9** ars – continetur *Non. 178, 1* (*propter* sciuntur) || **9–12** ars – ipsi *Quint. 2, 17, 36 (non accurate, in oratione obliqua)* || **18** *Plato Phaedr. 260 E ἡ ῥητορικὴ ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη ἀλλ' ἄτεχνος τριβή*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** loquor ς *Rom* || **3** ipsi *del. Schuetz* | suave **U** | eloquentiamque **R** || **4** sed quia tamen **M** sed tamen **V** sed tamen quoniam **OPR** sed tamen qui quoniam **U** | quicquid **HEOPUR** quidquid **AV** || **5** accesserit **H**[3] || **6** id **M** *om.* **L** *Rom secl. Kayser Richard* | didici ⟨cum paucis exposuero⟩ *Muther[1] 12* || **7** quid – sentiam *secl. Harnecker at cf. Sorof[2] 9* | hoc omni *Reid* | dicendi **L** *om.* **M** *secl. Piderit Kayser Friedrich[2] p. 29 at cf. 1, 98* || **9** enim *om. Quint* | earum rerum **C** *Quint* eorum *Non* || **10** sciuntur **L** *Non* sciantur *Quint* sequontur **AH**[1] sequuntur **H**[2] secuntur **E** | autem *om. Quint* | opinione *Quint* || **11** contineri *Quint* | nam et **L** *(pr. Stroebel 8)* nam **M** quia et *Quint* | dicat qui nesciant *Quint* || **12** et ea – nescimus **L** *om.* **M** | et ipse dicat aliquando quod nesciat *Quint* || **13** et nos **HL** et non **AE** || **14** Crassi **E**[1] || **15** alteri ς alterum *Vict.* || **17** alias **L** alius **M** | vero ς

sit, quae ad scientiam non saepe perveniat, quae opiniones hominum et saepe errores aucupetur, ita dicam, si causam putatis esse cur audiatis."

8 31 „Nos vero et valde quidem" Catulus inquit „putamus, atque eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris 5 esse usurus. exorsus es enim non gloriose, magis a veri-
32 tate, ut tu putas, quam a nescio qua dignitate." „ut igitur de ipso genere sum confessus" inquit Antonius „artem esse non maximam, sic illud adfirmo, praecepta posse quaedam dari peracuta ad pertractandos animos homi- 10 num et ad excipiendas eorum voluntates. huius rei scientiam si quis volet magnam quandam artem esse dicere, non repugnabo. etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem aut propter consuetudinem aliquam calli- 15 dius id faciant, non est dubium quin, si quis animadverterit quid sit quare alii melius quam alii dicant, id possit notare. ergo id qui toto in genere fecerit, is si non plane
33 artem, at quasi artem quandam invenerit. atque utinam, ut mihi illa videor videre in foro atque in causis, item 20

19 *de § 33–37 Kroll*[1] *567*

10.11 quaedam – voluntates *Non. 293, 49* (*propter* excipere) || **20** *fin. 5, 4* quem videre videor

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quae – perveniat *secl. Ellendt* | ad scientiam **L** ad *om.* **M** scientia **H**[1] ⟨in⟩scientia **H**[3] | pertineat *Harnecker*[1] *3* | quae scientiam saepe pervertat *Bake* | opinione **R** || **2** ut **R** | saepe *del.* **H**[2] | erroris **V** | aucupentur **R** occupetur **E** || **3** cur **C** ut *Rom* || **4** ut **P** | inquit Catulus **R** || **5** mihi ostentatione **M** ostentatione mihi **VOPU** ostentatio est mihi **R** || **6** es **MUR** *om.* **VOP** enim es ς *Lamb* || **6.7** magis a veritate ut tu putas **AE** magis ut tu putas a veritate **HL** ut tu putas magis a veritate *Friedrich*[2] *29 Wilkins Cima* || **7** a **L** *def. Wilkins om.* **M** *del. Ellendt alii* || **10** quadam **O**[1]**P** | ex acuta *Non* | hominum animos ς || **11** at **V**[v] | excipiendas **L** *Non* explendas **M** expellendas *vel* expediendas ς captandas *Crat Ald Steph* || **12** volet ⟨artem non⟩ *Muther*[1] *13* | esse *om.* **O** *Vict.* || **14.15** propter – aut **L** *om.* **M** || **16** faciunt **UR** || **18** notare **L** non arte **M** || **19** at **VOPR** et **U** aut **M** | utinam **VOPU** utique nam **M** utinam quaenam fuerit illa videre **R** || **20** illa videor videre **M** illa videre videor **L** videor illa videre *Rom* | item **M** *(cf. Meister 59)* ita **L**

nunc quem ad modum ea reperirentur possem vobis exquirere!

Sed de me videro; nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamvis ars non sit, tamen nihil esse perfecto ora-
5 tore praeclarius. nam ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate dominatur, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit. qui enim 34 cantus moderata oratione dulcior inveniri potest? quod
10 carmen artificiosa verborum conclusione aptius? qui actor imitanda quam orator suscipienda veritate iucundior? quid autem subtilius quam crebrae acutaeque sententiae? quid admirabilius quam res splendore inlustrata verborum? quid plenius quam omni genere rerum cumu-
15 lata oratio? neque enim ulla non propria oratoris res est, quae quidem ornate dici graviterque debet. huius est in 9 35 dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia; eiusdem et languentis populi incitatio

8 *de § 34–50 Barwick 29sq.*

3–5 propono itaque quod *(sic)* – praeclarius **K** *§ 421 (491sq. Schw.)* || **6** *cf. 1, 30, Tac. dial. 36sq. 40, 2* || **15**–p. 118, **1** neque *u. ad* sententia **K** *§ 421 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** reperientur **E**ς reperiantur ς | possem **L** possum **M** || **2** exquirere **M** exponere **L** || **3** hoc ⟨ego⟩ ς | propono ⟨itaque⟩ **K** || **4** quamvis – tamen *om.* **K** | profecto *Rom* || **5** ut *om.* **H** *adscr.* **E**^{1} || **6** ac *Rom* | dominantur **E** | oblectatiost **AH** -tio est **EL** || **8** qui **C** quid **U**^{2} quis ς *Steph Bornecque*^{1} || **9** moderata oratione **M** moderatae orationis pronuntiatione **L** *(pr. Meister 33sq.)* moderata pronuntiatione *Rom Crat*^{m} | quid **U** || **10** conclusione **L** confusione **M** constructione *vel* compositione ς || **11** imitanda **M** *(pr. Meister 38)* in imit- **L** *(pr. Stroux Jhrb. d. ph. Ver. Berlin (1913) 171)* | suscipienda **M** *(pr. Meister 38)* in sus- **L** *(pr. Stroux ibidem)* || **12** suptilius **H**^{1}**VU** subt- **AEH**^{2}**OPR** || **13** quid **HL** quod **AE** | admirabilius **M** ⟨autem⟩ admirabilius **L** | inlustrata **VU** ill- **MOPR** || **14** splendidius **E** | genere rerum **M** rerum genere **L** || **15** neque enim ulla **L** neque ulla **MK** enim *secl. Ellendt at cf. Meister 29* | res est **MK** est res **L** || **16** ornate **L** ornata **AHE**^{2} orata **E**^{1} | debet **MR** *(cf. Lebreton 323)* -eat **L** || **17** explicata **L** *(cf. 1, 4; 1, 161; 2, 84; 2, 358; 3, 119)* explicita **AH**^{m}**EK** explicitus **H**^{1} || **18** et languentis **LH**^{2} et iamguentis **AE** etiam ... guentis **H**^{1} etiam languentis *Rom*

et effrenati moderatio; eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare, quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? quis maerorem levare mitius consolando? 5
36 historia vero testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? nam si qua est ars alia, quae verborum aut faciendorum aut legendorum 10 scientiam profiteatur, aut si quisquam dicitur nisi orator formare orationem eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus, aut si via ulla nisi ab hac una arte traditur aut argumentorum aut sententiarum aut denique discriptionis atque ordinis, 15 fateamur aut hoc, quod haec ars profiteatur, alienum esse
37 aut cum alia aliqua arte esse commune. sed si in hac una est ea ratio atque doctrina, non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est huius unius proprium; sed ut orator de iis rebus, quae ceterarum artium sunt, si 20 modo eas cognovit, ut heri Crassus dicebat, optime potest dicere, sic ceterarum artium homines ornatius illa

7 *ad § 36 Perret 186 adn. 3; Zoll 80*

2—6 quis – potest K *§ 422 (p. 492 Schw.)* || 21 dicebat: *1, 65*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 et effrenati moderatio **L** *om.* **M** | et **M** *om.* **L** || 3 a vitiis **LK** *(pr. Stroebel 66)* ab vitiis **AEH**[2] abiitiis **H**[1] || 5 quis **LK** qui **M** || 6 levare **L** levando **M** | consolando ⟨potest⟩ **U** || 7 testis ⟨est⟩ **R** | via memoriae *Schuetz* vitae memoria *Hanovius* || 9 immortalitati **L** -e **M** || 10 aut faciendorum **L** *om.* **M** | legendorum **M** deligendorum **L** || 11 dicitur **PR** dicit **VOUAE** dic̄ **H** discit *Vict.* || 14 ⟨ab⟩ ulla malit *Reid* | una arte **VOU** arte una **PR** una *om.* **M** *secl. Sorof*[2] *10 Cima Friedrich Courbaud Firmani vocem ex § 37 interpolatam esse censentes, sed non displicet repetitio (cf. Mil 67)* || 15 discriptionis *Piderit quem omnes secuti sunt* descr- **C** | atque **C** aut ς || 17 cum alia aliqua **AE VU** cum illa aliqua **P** cum aliqua alia **O** cum alia quadam **R** cum aliqua arte alia **H** alia *secl. Friedrich*[2] *30* | commune. sed si **VOPU** commune. et si **H**[2]**R** *Piderit* communes. et si **M** commune. at si *Kayser* || 18 ea **L** *om.* **MR** | oratio **R**ς || 19 proprium **MO**[2]**R** *om.* **VO**[1]**PU**

sua dicunt, si quid ab hac arte didicerunt. neque enim si de 38
rusticis rebus agricola quispiam aut etiam, id quod multi,
medicus de morbis aut si de pingendo pictor aliquis diserte
scripserit aut dixerit, idcirco illius artis putanda est elo-
5 quentia; in qua quia vis magna est in hominum ingeniis,
eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum
atque artium consequuntur; sed quid cuiusque sit pro-
prium etsi ex eo iudicari potest, cum videris quid quaeque
doceat, tamen hoc certius esse nihil potest quam quod
10 omnes artes aliae sine eloquentia suum munus praestare
possunt, orator sine ea nomen optinere suum non potest;
ut ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant, hic, nisi
domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam
petere non possit.

15 Tum Catulus „etsi“ inquit „Antoni, minime impedien- **10** 39
dus est interpellatione iste cursus orationis tuae, patiere
tamen mihique ignosces. „non enim possum quin excla-
mem“ ut ait ille in Trinummo; ita mihi vim oratoris cum
exprimere subtiliter visus es, tum laudare copiosissime;

15–17 *Becker 19*

7–8 sed quod – possit **K** *§ 422 (p. 492 Schw.)* || **17** *Trin. 705*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** enim *secl. Kayser* || **2** multi *om.* **R** || **3** medicus *Lag 65, 67, 69 (pr. Stangl[7] 33)* medici **C** | morbis **C** rebus **P** | si **MR** *om.* **VOPU** *secl. Meister 45* || **4** scripserit aut dixerit **M** dixerit aut scripserit **L** | ipsius **V** | putanda est **EO** putandast **AH** putanda sit **VPUR** || **6** eo multi **L** *(pr. Meister 65)* emolumenti **M** eo multum *Muther* | aliqui *Muther* || **7** consequuntur **OP** consequontur **AH** consecuntur **EVUR** | sed quid ς *Piderit alii* sed quod **C** || **8** etsi **C** si *Piderit*[1] || **8. 9** quid quaeque doceat *Man Kayser alii* quid quaeque doceant **L** quidque (*omisso* doceant) **MK** quid quique doceat *Adler* quid quique teneant *Piderit*[1] || **9** esse nihil **M** nihil esse **L** | quam *secl. Madvig 185* || **10** minus **AK** || **11** optinere suum **MK** suum optinere **L** obt- **OPR** || **12** aliquod **U**[1] (*corr.* **U**[2]) | abeant **E**[1] || **17** nihilque **AH** | non enim **C** noenum *Ritschl N. Pl. Exc. 1, 112* | quin **C** qui *codd. Plaut.* | exclamem **C** exclamen **A** exclam̄ **E** exclamem ⟨euge euge⟩ *Muther ex Trin. 705* || **18** ita mihi vim **L** ita vim **M** ita ius oratoris mihi *Rom* ita vim mihi *Ernesti* ita vim mi *Stangl[7] 54* ita mi vim *Meister* | cum **H**[2]**EL** quom **AH**[1] tum ς *Rom* || **19** exprimeres me subtiliter **V**[v]**O**[v]

quod quidem eloquentem vel optime facere oportet ut eloquentiam laudet; debet enim ad eam laudandam ipsam illam adhibere quam laudat. sed perge porro; tibi enim adsentior vestrum esse hoc totum diserte dicere, idque si quis in alia arte faciat, eum adsumpto aliunde uti bono, 5
40 non proprio nec suo.“ et Crassus „nox te“ inquit „nobis, Antoni, expolivit hominemque reddidit. nam hesterno sermone unius cuiusdam, „operis“ ut ait Caecilius „remigem aliquem aut baiulum“ nobis oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis atque inurbanum. tum 10 Antonius „heri enim“ inquit „hoc mihi proposueram ut, si te refellissem, hos a te discipulos abducerem; nunc Catulo audiente et Caesare, videor debere non tam pugnare tecum quam quid ipse sentiam dicere.

41 Sequitur igitur quoniam nobis est hic, de quo loquimur, 15 in foro atque in oculis civium constituendus, ut videamus quid ei negotii demus cuique eum muneri velimus esse praepositum. nam Crassus heri, cum vos, Catule et Caesar, non adessetis, posuit breviter in artis distributione idem quod Graeci plerique posuerunt, neque sane quid ipse 20 sentiret, sed quid ab illis diceretur ostendit: duo prima genera quaestionum esse in quibus eloquentia versare-

15 *ad § 41–85 Guillemin 148–157*

7.8 hesterno sermone: *1, 263* || **8** *CRF³ p. 90 Caecilius inc. fab. 274, ROL I 558 sq.* || **8.9** remigem – descripseras *Non. 80, 9 (propter* baiolum) || **18** heri: *1, 138*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** oportere **V** || **2.3** ipsam illam **M** illam ipsam **L** || **5** arte **C** re *Rom* || **6** nox **MV**^v**OPUR** vox **VO**^m | te *om.* *R* || **7** expolivit **L** expoliit **M** expolivit ⟨haec⟩ *Sydow ut octogenarius efficeretur* | iam **A** || **8** unius cuiusdam operis **C** operis unius cuiusdam *Warmington verba haec Caecilio vindicans* | regimen **E**¹ (*corr.* **E**²) || **9** baiulum **M** -olum **L** *Non* || **11** Antonius **L** *(cf. Stroebel 15)* M. Antonius **M** || **12** a te **H**¹**L** *(prob. Stroebel 66, Lochm. 22 sq.)* ante **AH**^2mal′ ante **E** abs te ς *Rom Richard* ab te *Friedrich* || **13** debere *om.* **V** | iam **A** || **14** quod *Rom* || **15** nobis **L** vobis **M** || **15** loquimur **L** -itur **M** || **16** in² **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*² || **17** muneri eum **O** || **18** propositum ς | nos **R** || **19** idem **AHL** id est **E** id ς || **21** prima **L** -um **M**

tur, unum infinitum, alterum certum. infinitum mihi 42
videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quaereretur, hoc modo: expetendane esset eloquentia? expetendine honores? certum autem, in quo quid in personis et
5 in constituta re et definita quaereretur, cuius modi sunt quae in foro atque in civium causis disceptationibusque versantur. ea mihi videntur aut in lite oranda aut in con- 43
silio dando esse posita. nam illud tertium, quod et a Crasso tactum est et ut audio ille ipse Aristoteles, qui
10 haec maxime inlustravit adiunxit, etiamsi opus est, minus est tamen necessarium." „quidnam" inquit Catulus, „an laudationes? id enim video poni genus tertium." „ita" 11 44
inquit Antonius „et in eo quidem genere scio et me et omnes qui adfuerunt delectatos esse vehementer, cum a
15 te est Popilia mater vestra laudata, cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto. sed non omnia, quaecumque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta esse revocanda. ex iis enim fontibus unde ad 45
omnia ornamenta dicendi praecepta sumuntur, licebit
20 etiam laudationem ornare neque illa elementa desiderare,

1 *ad § 42sq. Michel 21. 232* || **7** oranda: *Neuhauser 121sq.* || **18** *de § 45–47 Kroll*[1] *573 adn. 2; Kroll*[2] *682; Steidle 20*

9 tactum est: *1,141* || **10** *Arist. Rhet. 1,3,1 (p.1358a 36) Cic. de inv. 1, 7* || **13–16** in eo – puto: *ORF*[2] *220* || **16**–p.122,**2** itaque *(sic)* non omnia – laudanda? **K** *§ 423 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** videbatur **M** videtur **L** | in quo **MR** quod **VOPU** || **3** expetendane **MV**[1]**R** expetenda **V**[v]**OPU** | expetendine **M** petendine **L** || **5** in **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* | constitutae **H**[2] | et definita **L** et indefinita **M** ac definita *Pol* | modi sunt quae **EL** modisque **A** modis̄ quae **H** || **7** oranda *cod. Leid. 127 Gulielmus edd. recc. cf. De off. 3, 43, Festus 198* ornanda **M** ordinanda **L** || **8** et illud **R** || **9** tactum *Subl* tacitum **VOPU** tractatum **MR** | ille **L** *om.* **M** *secl. Friedrich alii, at cf. Stroebel 7* || **10.11** minus est tamen **M** tamen minus est **VU** tamen est minus **OPR** || **14.15** a te **M** abs te **L** || **15** nostra **P**[1] | laudata vestra **O** || **18** ad *om.ς Rom Lamb* || **18.19** ad omnia ornamenta **MK** *(secl. Friedrich, def. Kumaniecki*[4] *coll. 3,103)* omnia ornate **L** omnia ornamenta *Schuetz alii* || **19** praecepta *del. Schuetz Müller* | sumuntur **M** -entur **L** | licet **R** || **20** neque **C** ne **K**

quae ut nemo tradat, quis est qui nesciat quae sunt in homine laudanda? positis enim his rebus quas Crassus in illius orationis suae, quam contra collegam censor habuit, principio dixit: „quae natura aut fortuna darentur hominibus in iis rebus se vinci posse animo aequo pati; quae ipsi 5 sibi homines parare possent, in iis rebus se pati non posse vinci"; qui laudabit quempiam, intelleget exponenda sibi 46 esse fortunae bona. ea sunt generis, pecuniae, propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formae, virium, ingeni et ceterarum rerum quae sunt aut corporis aut 10 extraneae; si habuerit, bene rebus iis usum; si non habuerit, sapienter caruisse; si amiserit, moderate tulisse; deinde, quid sapienter is quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuste, quid magnifice, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut 15 fecerit aut tulerit. haec et quae sunt eius generis facile videbit qui volet laudare et qui vituperare, contraria."
47 cur igitur dubitas" inquit Catulus „facere hoc tertium genus, quoniam est in rationem rerum? non enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum." „quia 20

10 corporis: *Riposati*[1] *209* || **11** extraneae: *Riposati*[1] *210 sq.* || **18** *ad § 47 Guillemin*[2] *186*

4–7 quae – vinci: *ORF*[2] *249* || **7–11** qui laudabit – extraneae **K** *§ 424 (p. 492 Schw.)* || **16.17** haec – contraria **K** *§ 424 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** nemo **C** ne **K** | sunt **MKR** sint **VOPU** || **2** positis enim his rebus **L** possit enim in rebus **M** positis enim iis rebus *Ellendt* posita enim in eis sunt rebus *Kayser* || **5** vinci se ς *Lamb* | animo aequo **LAE**[1]**H**[2] aequo animo **H**[1] || **6** non posse vinci **M** vinci non posse **L** vinci *del. Bake* || **7** ⟨itaque⟩ qui *Kayser* | ⟨primum⟩ intelleget *Sauppe 10* intelleget **AHK** intellegit **V**[v]**OPU** intelliget **ER** || **10** et ceterarum **MK** ceterarumque **L** *(quod etiam probari potest)* rerum **L** *om.* **MK** || **11** *post* extraneae *lacunam suspicatur Kayser* | rebus **MR** *om.* **VOPU** || **12.13** caruisse – sapienter *om.* **R** || **13** is quem **L** is quidem **M** is quem quidem *Halm* || **14** quid magnifice quid pie **L** *om.* **M** || **16** et *om.* ς | sunt **L** sint **M** *Richard* || **17** et qui vituperare **MK** quempiam et vituperare **VOP** quempiam et qui vituperare **V**[1m] **UR** || **18** cur **H**[2]**EL** quor **AH**[1] || **19** est in rationem **M** inest in ratione **L** *Firmani Richard* inest ratio *Bake* || **20** est **L** *(pr. Meister 32)* om. **M** *secl. Friedrich*

nolo" inquit „omnia quae cadunt aliquando in oratorem, quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine praeceptis suis. nam et testimonium saepe dicendum 48 est ac nonnunquam etiam accuratius, ut mihi etiam ne-
5 cesse fuit in Sex. Titium seditiosum civem et turbulentum: explicavi in eo testimonio dicendo omnia consilia consulatus mei, quibus illi tr(ibuno) pl(ebis) pro re publica restitissem, quaeque ab eo contra rem publicam facta arbitrarer exposui; diu retentus sum, multa audivi,
10 multa respondi. num igitur placet, cum de eloquentia praecipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere?" „nihil sane" inquit Catulus „necesse est". „quid? si quod saepe summis viris accidit, mandata sint 12 49 exponenda aut in senatu ab imperatore aut ad imperatorem
15 aut ad regem aut ad populum aliquem a senatu, num quia genere orationis in eiusmodi causis accuratiore est utendum, idcirco etiam pars haec causarum numeranda videtur aut propriis praeceptis instruenda?" „minime vero" inquit Catulus; „non enim deerit homini diserto in eius
20 modi rebus facultas ex ceteris rebus et causis comparata." „ergo item" inquit „illa quae saepe diserte agenda sunt et 50 quae ego paulo ante cum eloquentiam laudarem, dixi oratoris esse, neque habent suum locum ullum in divisione partium neque certum praeceptorum genus, et agenda
25 sunt non minus diserte quam quae in lite dicuntur, obiurgatio, cohortatio, consolatio, quorum nihil est quod non

3–10 nam et – respondi: *ORF² 227* || **22** paulo ante: *§ 35*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** exigua **C** eximia *Lag 76* egregia *Ald Man* | ea **C** et **R** || **3** et **C** etiam *Schuetz* || **4** etiam² **M** *om.* **L** | Sex. **VOUR** Sextum **MP** *secl. Orelli alii* || **5** seditiosum **M** ⟨sed illo⟩ seditiosum **L** || **6** eo testimonio **L** *(pr. Cima a. l.)* eo testimonium **HE** testimonio *om.* **A** *secl. Friedrich (at cf. Cima a. l.)* eo testimonium explicavi *Rom* || **8** praestitissem **O¹P** || **12** necesse est **H³EL** necessest **AH¹** || **13** viris *om.* **A** *adscr. supra lin.* **E** | ⟨et⟩ mandata *ς* || **16** hoc genere **UR** | eiusmodi **M** huiusmodi **L** || **17** pars etiam *Ernesti* || **18** instruenda praeceptis *Rom* || **20** facultas – rebus **L** *om.* **M** || **21** item *om.* **R** | diserte **L** diserta **M** || **26** *post* cohortatio **A** *deficit* | est *om.* **EH** *(spatio vacuo relicto)*

summa dicendi ornamenta desideret; sed ex artificio res istae praecepta non quaerunt." „plane" inquit Catulus „adsentior".

51 „Age vero" inquit Antonius „qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?" „si 5 ut Graeci scripserunt, summi" inquit Catulus; „si ut nostri, nihil opus est oratore; satis est non esse mendacem". „atqui ne nostros contemnas" inquit Antonius „Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, 52 ut Pictor, ut Piso. erat enim historia nihil aliud nisi anna- 10 lium confectio, cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnis singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus efferebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset 15 populo cognoscendi: ii qui etiam nunc annales maximi 53 nominantur. hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum hominum locorum gestarumque rerum reliquerunt. itaque qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus 20 Acusilas fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent quibus rebus ornetur oratio – modo enim huc ista sunt importata – et dum intellegatur quid dicant, unam dicendi laudem putant esse bre-

4 *de § 51–58 Defourny 156–166 Paladini 329–344 Ullman 51 Rambaud 9–13*

23 modo – inportata *Non. 130, 18* (*propter* inportatum)

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **5** historia inscribere **E** || **5.6** si ut **L** sicut **M** || **6** scripserunt. Catulus Summi **E** | siç ut **E**[1] || **8** contempnas **ER** contemnere **P**[1] (*corr.* **P**[2]) || **9** quoque **MR** *om.* **VOPU** | ipsi **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **11** publice **OP**[1]**R** || **12** causa **L** causę **M** | Romanarum **C** humanarum ς | ad **C** at **V**[v] | P. Mucium **M**. Q. P. Mucium **L** || **13** omnis **VU**[1] -es **OPRU** oms̃ **M** || **14** referebatque *Lamb (at cf. Friedrich a.l.)* || **15** esse **R** || **16** ii qui **VOPUE**[1] iique **HE**[2] *(pr. Stroebel)* | maximi **L** -e **M** || **19** gestarumque rerum reliquerunt **L** gestarum reliquerunt **M** gestarum rerum reliquerunt *Friedrich* || **22** tenerent **R** | ornetur **M** -atur **L** | oratio **L** *om.* **M** || **23** huc **L** *Non* huic **M** || **24** quid **L** quod **M**

vitatem. paulum se erexit et addidit maiorem historiae 54
sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, Antipater,
ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narra-
tores fuerunt". „est" inquit Catulus" ut dicis. sed iste ipse 13
5 Coelius neque distinxit historiam varietate locorum neque
verborum conlocatione et tractu orationis levi et aequabili
perpolivit illud opus; sed ut homo neque doctus neque
maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit; vicit
tamen, ut dicis, superiores." „minime mirum" inquit An- 55
10 tonius „si ista res adhuc nostra lingua inlustrata non est.
nemo enim studet eloquentiae nostrorum hominum, nisi
ut in causis atque ut in foro eluceat; apud Graecos autem
eloquentissimi homines, remoti a causis forensibus, cum
ad ceteras res inlustris tum ad historiam scribendam ma-
15 xime se applicaverunt. namque et Herodotum illum, qui
princeps genus hoc ornavit, in causis nihil omnino ver-
satum esse accepimus; atqui tanta est eloquentia, ut me
quidem, quantum ego Graece scripta intellegere possum,
magno opere delectet; et post illum Thucydides omnis 56
20 dicendi artificio mea sententia facile vicit; qui ita creber
est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sen-
tentiarum numero consequatur, ita porro verbis est aptus
et pressus, ut nescias utrum res oratione an verba senten-
tiis inlustrentur; atqui ne hunc quidem, quamquam est in
25 re publica versatus ex numero accepimus eorum qui causas

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** paulum **M** paululum **L** paulo ς | maiorem historiae **M** *(cf. Stroebel 70)* historiae maiorem **L** || **2** vocis *del. Schuetz Ellendt at cf. 3,40 et 3,42* || **3** ceterum *Rom* || **4** ipse iste *Rom* || **5** locorum **C** colorum *Jacobs at cf. Sorof*^{2} *11* || **6** collatione ς | levi **MVO**^{v}**PU** *(cf. Kumaniecki*^{4}*)* leni **OR** *edd. recc.* | aequabili **L** aequali **M** || **8** maxime *secl. Kayser* || **12** in^{1} **L** *om.* **M** | atque ut in foro **VU** *(cf. Cael. 74)* atque in foro **EOPR** *edd.* atque ut foro **H** || **14** inlustris **H**^{1} inlustres **H**^{2}**VUR** illustres **EOP** | historiam scribendam **M** scribendam historiam **L** scribendum ς | maxime **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* || **15** applicaverunt **HL** applicarunt **E**^{1} applicare **E**^{4} applicuerunt ς || **16** nihilo minus **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) || **18** ego – scripta *secl. Bake Kayser* || **19** magno opere **VU** magnopere **MOPR** | omnis **L** -es **M** || **20** mea *om.* **E**^{1} | facile *secl. Kayser* | vincit **H** *(sed postea* n *erasum)* || **22** numero **L** prope numero **M** | sequatur ς *Rom* | est **M** *om.* **L** *del. Ellendt* ||

dictitarunt, et hos ipsos libros tum scripsisse dicitur, cum a re publica remotus atque – id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est – in exilium pulsus
57 esset. hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui cum Dionysi tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda maximeque Thucydiden est, ut mihi videtur, imitatus. postea vero ex clarissima quasi rhetoris officina duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam
14 58 contulerunt; causas omnino numquam attigerunt. denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit historiam, et is quidem rhetorico paene more; ille autem superior leniore quodam sono est usus et qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur, dulcior. minimus natu horum omnium Timaeus, quantum autem iudicare possum, longe eruditissimus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus et ipsa compositione verborum non impolitus magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem."

59 Haec cum ille dixisset „quid est" inquit „Catule?"

22 *ad § 59 Becker 33*

9 *cf. § 94; 3, 36; Brut. 204. Quint. 10, 1, 74*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **1** dictitarunt *Lamb* dictitarum **HE** dictitarint **L** -arent ς *Kayser Richard* dictarunt *Lag 69 Subl.* | ipsos **M** *om.* **VOPU** ipso **R** *secl. Piderit* | tunc **E** || **2** a republica **L** a rep. **HE** | atque *del. Bake* || **3** accedere *Richard* | est **L** esset **M** || **5** otium **L** totum **M** || **6** scribenda **L** -di **M** | Thucydiden **VOP** -em **MUR** | ut **M** *Stroebel 68* sicut **L** *Firmani Richard Sutton* || **7** ex clarissima quasi **M** quasi ex clarissima **L** || **7.8** ex — officina *del. Ruhnken* || **8** rhetoris **C** *(pr. Stroebel 68)* rhetorum *Mueller Richard Sutton* || **9** Ephorus **L** Eporus **M** | ab *om. Rom* | ab — impulsi *del. Kayser* | historias **V** || **10** denique etiam **C** quin etiam *Bake* || **11** ad philosophiam **E** || **13** is **M** *Friedrich Wilkins Cima* hic **L** *Courbaud* || **14** leniore **L** leviore **M** || **15** impetum illum **E** | habeat **H**²**VOPU** -eant **H**¹**E** habet **R** ς *(at cf. Lebreton 312)* || **17** omnium horum ς *Rom* || **18** possem (u *supra* e) **E** || **18.19** et rerum — abundantissimus **L** *om.* **M** || **20** impolitus **L** incompositus **M** || **22** Catule **H**²**R** Catulo **MOP** Catulus **VU**

Caesar; „ubi sunt, qui Antonium Graece negant scire? quot historicos nominavit! quam scienter, quam proprie de uno quoque dixit!" „id mehercule" inquit Catulus „admirans illud iam mirari desino, quod multo magis ante
5 mirabar, hunc, cum haec nesciret, in dicendo posse tantum." „atqui, Catule" inquit Antonius „non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans horum libros et nonnullos alios, sed delectationis causa, cum est otium, legere soleo. quid ergo? est, fatebor, aliquid tamen; ut 60
10 cum in sole ambulem, etiam si ego aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer, sic, cum istos libros ad Misenum – nam Romae vix licet – studiosius legerim, sentio illorum tactu orationem meam quasi colorari. sed ne latius hoc vobis patere videatur, haec dumtaxat in
15 Graecis intellego, quae ipsi qui scripserunt voluerunt vulgo intellegi. in philosophos vestros si quando incidi, de- 61 ceptus indicibus librorum quod sunt fere inscripti de rebus notis et inlustribus, de virtute, de iustitia, de honestate, de voluptate, verbum prorsus nullum intellego;
20 ita sunt angustis et concisis disputationibus inligati. poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor

16–20 *Liebers 155*

[**M** = **HE** **L** = **VOPUR**] **4** illud iam mirari **OPUR** illud iam admirari **M** illud admirari **V** || **5** posset **V**[v] || **8.9** causa legere soleo est otium **R** || **9** est *del.* **H**[2] quid ergo ⟨est?⟩ est *Reid* quid est ergo ς *Bake* | fateor **E**[1] *Lamb* || **10** ambulo *Bake* | aliam ob causam **C** ob aliam causam *Rom Klotz*[1] *Sorof* ob aliud ς *Piderit Richard* || **11** fit *Bake* | natura tamen **C** tamen natura ς tamen ⟨solet⟩ natura *Piderit* fiet tamen aestu *Boot* natura *om.* **R** tamen *om. Rom* || **12** legerim **VOPU** *(pr. Meister 68)* -erem **R** -ero **M** *Friedrich Firmani* lego *Bake* || **13** sentio illorum tactu orationem meam quasi colorari **M** sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari **L** *(verba* cantu quasi colorari **V**[1]**O**[1]**P**[1]**U**[1] *suppl. in mge)* | orationem meam illorum tactu q. c. *Ernesti* tractatu *Boot* || **15** qui **C** quae **V**[v] | *cum syllabis* serunt *redit* **A** | vulgo **M** a vulgo **L** *Richard* || **16** vestros **C** nostros ς vero *Lamb* || **17** quod sunt fere **L** *(pr. Sorof*[2] *12)* quos̄ fere **M** quis̄ fere **H**[2] qui sunt fere ς *Rom edd. recc.* | inscripti **C** scripti *vel* conscripti ς || **20** concisis **L** longis **M** *(pr. Stroebel 13)* longe conquisitis *malit Reid* || **21** alia quadam **C** quadam **H**[1m] *adscr.* quaedam **P** quedam (a *supra* e) **U** quadam alia ς quasi aliena quadam ς *Rom* | conor **VOPU** cogor **MR**

attingere. cum iis me, ut dixi, oblecto qui res gestas aut
orationes scripserunt suas aut qui ita loquuntur, ut vide-
antur voluisse esse nobis qui non sumus eruditissimi,
15 62 familiares. sed illuc redeo. videtisne quantum munus sit
oratoris historia? haud scio an flumine orationis et varie- 5
tate maximum; neque eam reperio usquam separatim
instructam rhetorum praeceptis; sita sunt enim ante ocu-
los. nam quis nescit primam esse historiae legem, ne quid
falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne
63 qua suspicio gratiae sit in scribendo? ne qua simultatis? 10
haec scilicet fundamenta nota sunt omnibus. ipsa autem
exaedificatio posita est in rebus et verbis. rerum ratio
ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem;
volt etiam quoniam in rebus magnis memoriaque dignis
consilia primum, deinde acta, postea eventus expectan- 15
tur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et in
rebus gestis declarari non solum quid actum aut dictum
sit, sed etiam quomodo, et cum de eventu dicatur, ut

5 *ad § 62–64 Weidner 59 sq.* | *de § 62 Defourny 156–166; Paladini 329–344; Ullman 51; Rambaud 13–16*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** oblecto **MV**[v] **UR**[v] oblector **O** (r *postea deletum*) **P** | aut **M** aut qui **L** qui *del. Ellendt (cf. ad l.) alii* || **2** loquuntur **OPUR** loquontur **AH** locuntur **EV** || **3** esse **MR** *om.* **VOPU** (**O**[mal′] *adscr.*) || **3** eruditissimi **VOPU** prudentissumi **H**[1] prudentissimi **AH**[2]**ER** || **4** munus sit **M** sit munus **L** || **5** oratoris **L** oris **M** (horis **E**[1]) | flumen **U** | oratoris **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **6** ⟨tamen⟩ eam ς *Rom Sutton* | usquam **L** unquam **H** umquam **AE** || **7** sita **O**[2] ita **MR** scita **V**[v]**O**[1]**P**[2] **U** si ita **P**[1] praeceptis ⟨fuisse s⟩ ita *Havet* || **9** veri **MR** *(pr. Stroux*[2] *33)* vere **VOPU** || **9.10** ne qua **L** *cf. 2, 69, Quinct. 66; Font. 28* neque **MP** ne quae *edd. recc.* || **10** in dicendo scribendo **E** | ne qua **L** *(cf. 2, 69, Quinct. 66; Font. 28)* neque **MPR** ne quae *edd. recc.* | simultates **OPU** facultatis **R** || **12** aedificatio **E**[1] (*corr.* **E**[2]) ⟨in⟩ verbis **R** || **13** descriptionem **MOPUR** discriptionem **VU** || **14** volt **AH**[1] vult **H**[2]**EL** | q͠m (*i.e.* quoniam) **V** quoniam **OPUR** quod tamen **M** quod *Lamb* quom *Friedrich* | memoriaque dignis **L** memoria digna **M** *(pr. Friedrich*[2] *32)* || **15** postea **M** *(cf. Scaur. 22)* post **L** *quod etiam probari potest cf. leg. agr. 1, 5 dom. 132 Cluent. 184* | expectantur **L** -entur **M** spectentur *Stangl ap. Harnecker*[1] *5 at cf. 3, 6 et 2, 186* || **16** significare (i *supra* e) **E** || **18** quomodo **C** quando **R** que *Rom*

causae explicentur omnes vel casus vel sapientiae vel
temeritatis hominumque ipsorum non solum res gestae,
sed etiam, qui fama ac nomine excellant, de cuiusque vita
atque natura. verborum autem ratio et genus orationis 64
5 fusum atque tractum et cum levitate quadam aequabiliter profluens sine hac iudiciali asperitate et sine sententiarum forensibus aculeis persequendum est. harum tot
tantarumque rerum videtisne nulla esse praecepta, quae
in artibus rhetorum reperiantur?

10 In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt,
cohortationes, praecepta, consolationes, admonita; quae
tractanda sunt omnia disertissime, sed locum suum in
iis artibus quae traditae sunt habent nullum. atque in hoc 65
genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique,
15 ut etiam Crassus ostendit, duo genera ad dicendum dederunt: unum de certa definitaque causa, quales sunt quae
in litibus, quae in deliberationibus versantur – addat, si
qui volet, etiam laudationes –; alterum, quod appellant
omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine
20 tempore et sine persona quaestionem. hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intellegere mihi non videntur. si 66
enim est oratoris, quaecumque res infinite posita sit, de
ea posse dicere, dicendum erit ei, quanta sit solis magni-

5 *cf. § 159* non fusum ac profluens || 7 *or. 62* neque aculeos oratorios ac forensis habet || 15 ostendit: *1, 188 sqq.* || 23 *de inv. 1, 8* Hermagoras ... quaestionem ... appellat ... quae sit mundi forma? quae sit solis magnitudo?

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 3 fama ac **L** fama non solum ac **M** | de *del. Pearce* || 3.4 natura ac vita **E** natura atque vita *Rom* || 5 levitate **MV**ᵛ *(pr. Kumaniecki*[4] *collat. 3, 172)* lenitate **V**ᵐ **OPR** | aequabiliter **M** *(cf. 3, 172)* aequabili **L(R**ᵛ**)** *Firmani Richard* || 7 forensibus **M** -sium **L(R**ᵛ**)** *Richard Sutton* | persequendum est **EH**[2] **L** persequendumst **AH**[1] prosequendum est *Rom* || 8 nulla **MO**ᵛ**U** ulla **VOPR** *Ernesti Richard Sutton* || 10 iacuerunt **AH** tacuerunt **L** ᶦtacuerunt **E** || 11 praecepta consolationes *Friedrich alii* praecepta consolationis **M** consolationes praecepta **L** | admonita quae **M** admonitaque **VU** ammonitaque **PR** monitaque **P** monita quae *Lamb* || 13 iis **H**[1] hiis **H**[2] his **E** illis **VOPU** istis **R** | partibus ς*Crat* || 14 genere *secl. Courbaud* | oratori **VOPU** -es **MR** || 16 unᵘam **E** || 17.18 si qui **M** *(pr. Sorof*[2] *13)* si quis **L** || 18 lauda-

tudo, quae forma terrae; de mathematicis, de musicis rebus non poterit quin dicat hoc onere suscepto recusare. denique ei, qui profitetur esse suum non solum de eis controversiis quae temporibus et personis notatae sunt, hoc est de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis 5 quaestionibus dicere, nullum potest esse genus orationis 16 quod sit exceptum. sed si illam quoque partem quaestio- 67 num oratori volumus adiungere vagam et liberam et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutili- 10 bus, de virtute, de iustitia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de officio, de fide, de ceteris virtutibus contrariisque vitiis dicendum oratori putemus; itemque de re publica, de imperio, de re militari, de disciplina civitatis, de ho- 15 minum moribus, adsumamus eam quoque partem, sed 68 ita, ut sit circumscripta modicis regionibus. equidem omnia quae pertinent ad usum civium, morem hominum, quae versantur in consuetudine vitae, in ratione rei publicae, in hac societate civili, in sensu hominis commu- 20 ni, in natura, in moribus, comprehendenda esse oratori puto; si minus, ut separatim de iis rebus philosophorum more respondeat, at certe, ut in causa prudenter possit intexere; hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, uti ei qui iura, qui leges, qui civitates constituerunt locuti 25

7 illam quoque partem: *cf. Plato Gorg. 453 D 454 C*

tiones **L** -is **M** || **19** omnis **V** | infinitatem **R** || **22** quaeque ς *Rom* | infinitae **E** | sit **L** sed **M** || **23** dicere **L** *om.* **M** | ei **L** et **M** ei et ς | magnitudo **L** *(pr. Stroebel, Friedrich cf. De inv. 1, 8 De nat. deor. 2, 102)* plenitudo **M** amplitudo *dubitanter Friedrich*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** quin **L** quid **M** | onere **L** genere **M** || **4** notatae *Man* notae **C** || **5** omnibus *suspectum Ellendtio* | generum **M** -e **L** || **7** quaestionem **R** || **8** adiungere **L** *(pr. Meister 66)* adiungimus **M** adiungi *Friedrich² 32* || **10** aut³ **L** an **M** || **11** de virtute de iustitia **M** de iustitia de virtute **L** || **13** de officio de fide **M** de fide de officio **L** || **14** putemus **L** -amus **M** || **15** de hominum moribus *secl. Vassis, at cf. Stroebel 70* || **19** ratione *om.* **V** || **20** hominis **M** -um **L** *Sutton* || **21** comprehenda **H¹E¹** || **22.23** respondeat philosophorum more ς *Rom* || **23** at **L** *(pr. Stroebel 7) om.* **M** aut **O** || **24** uti ei **M** ut hi **L** || **25** iura qui *om.* **A**

sunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputatio-
num et sine ieiuna concertatione verborum. hoc loco ne 69
qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me
praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum
5 tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut
faciliora aut similia sunt, tradi non necesse esse; ut in
pictura, qui hominum speciem pingere perdidicerit, posse
eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiam si non didice-
rit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut tau-
10 rum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedi-
bus facere non possit – neque est omnino ars ulla in qua
omnia, quae illa arte effici possint a doctore tradantur,
sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didice-
runt reliqua per se adsequuntur – similiter arbitror in 70
15 hac sive ratione sive exercitatione dicendi, qui illam vim
adeptus sit, ut eorum mentes, qui aut de re publica aut
de ipsius rebus aut de iis, contra quos aut pro quibus
dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum
arbitrium movere possit, illum de toto illo genere reli-
20 quarum orationum non plus quaesiturum esse quid di-
cat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingebat,

2 *de § 69–73 Barwick 30 sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1. 2** ulla — sine **L** *om.* **M** || **2. 3** ne qua **MR** *(cf. 2, 62)* neque **VO** nequae **U** ut quae **P** || **4** ponentur **L** *(pr. Stroebel 13)* putentur **MR**ᵃ¹ | certis **E**¹ (*corr.* **E**²) || **5** sint **M** sunt **L** | quia *om.* **H**¹ *suppl.* **H**² || **6** sunt **MP** *(pr. Sorof*²*)* sint **VOUR** | sunt ⟨cuiusque artis⟩ tradi **M** | esse **C** est *Lamb* || **7** hominum **M** -inis **L** *Firmani Sutton* hominis ⟨unius⟩ *Kayser* hominum ⟨unam⟩ *Reid* || **8** cuius|||vis **E** | vel¹ *om.* **H** *del.* **E**¹ | etiamsi non **VOPU** et non **A** et *(sp. vac. 8 litt.)* non **H** etiam ◡ non **E** etsi non **R**ς || **9** et taurum **E** || **10** egregie ne idem **L** (eidem **PR**) egregię eneidem **A** egregię aeneidem **E** egregie. neidem **H** | aliisve *malit Friedrich* || **11** homo **E** (omnino supra) | in qua **MUR** *om.* **VOP** (**VO** *in mge adscr.*) || **12** possint **C** possunt *Richard Sutton* || **13** certarum ς ceterarum **C** | didicerint *Piderit*¹ *Sorof* || **14** per se adsequuntur *Sorof Cima* perse|||tur **A** *madore corruptus* persequantur **HE** persecuntur **VU** persequuntur **OPR** ⟨non incommode⟩ persequuntur ς ⟨per se non incommode⟩ persequuntur *Man Steph alii* per se adsequentur *Piderit*¹ per se consequontur *dubitanter Friedrich* || **17** ipsius **M** ipsis **L** *Sutton* || **19** illum **M** hunc **L**

quem ad modum pellem aut hydram fingeret, etiam si
haec numquam separatim facere didicisset.
17 71 Tum Catulus „praeclare mihi videris, Antoni, posuisse“
inquit „ante oculos quid discere oporteret eum qui orator
esset futurus, quid, etiam si non didicisset, ex eo quod 5
didicisset adsumeret. deduxisti enim totum hominem in
duo genera solum causarum, cetera innumerabilia exer-
citationi et similitudini reliquisti. sed videto ne in istis
duobus generibus hydra tibi sit et pellis, Hercules autem
et alia opera maiora in illis rebus, quas praetermittis, 10
relinquantur. non enim mihi minus operis videtur de uni-
versis generibus rerum quam de singulorum causis ac
multo etiam maius de natura deorum quam de hominum
72 litibus dicere.“ „non est ita“ inquit Antonius, „dicam
enim tibi, Catule, non tam doctus quam, id quod est 15
maius, expertus. omnium ceterarum rerum oratio, mihi
crede, ludus est homini non hebeti neque inexercitato nec
communium litterarum et politioris humanitatis experti;
in causarum contentionibus magnum est quoddam opus
atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum: 20
in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et
victoria iudicatur; ubi adest armatus adversarius, qui sit
et feriendus et repellendus; ubi saepe is, qui rei dominus
futurus est, alienus atque iratus aut etiam amicus adver-
sario et inimicus tibi est; cum aut docendus is est aut 25

3 *ad § 71 Becker 34* || **14** *ad § 72 Michel 136. 418 adn. 145*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3.4** posuisse inquit ante oculos **M** posuisse a. o. inquit **L** || **4** inquit *om. Richard* || **4.5** discere *u. ad* esset *om.* **P** || **5** *post* etiam *interpungit Pearce* | quid **VP** || **6** ⟨et⟩ ads. **V** | deduxisti **MVOU** deduxti **PR** diduxisti *Vict. Lamb.* | totum hominem **C** hominum **V**^{v} totam hanc rem *Kayser* || **7** genera solum **M** solum genera **L** | causarum *secl. Ellendt* || **8** videto **AHE**^{2}**VOU** *(cf. Lebreton 99)* video **E**^{1}**P**^{1} vide **P**^{2}**R**ς *Richard* | ne *om.* **E** nẹuẹ **P** | in *om.* **H** || **9** autem **MU** *om.* **VOPR** *secl. Kayser* || **10** in illis **M** ne in illis **VOPU** ne in istis **R** ne istis ς || **11** opus *Lamb*^{m} || **12** et **V** || **16** omnium **C** omnis *malit Friedrich* | ratio **R** || **17** inexercitato nec **L** inexercitatione **M** || **18** experti **VOPU** expertio **M** inexperto **R**ς experto ς inexperti *Vict.* || **20** humanis **CN**^{v} humanitatis **N** || **23** et feriendus **L** efferiendus **M** | $\overset{\text{vel rei}}{\text{rerum}}$ **E** || **24** etiam **M** et **L**

dedocendus aut reprimendus aut incitandus aut omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus – in quo saepe benivolentia ad odium, odium autem ad benivolentiam deducendum est –; qui tamquam machinatione aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad laetitiam est contorquendus; 73 omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum; accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. in his operibus si quis illam artem comprehenderit ut tamquam Phidias Minervae signum efficere possit, non sane quem ad modum ⟨ut⟩ in clipeo idem artifex, minora illa opera facere discat, laborabit."

18 74 Tum Catulus „quo ista maiora ac mirabiliora fecisti, eo me maior expectatio tenet, quibusnam rationibus quibusque praeceptis ea tanta vis comparetur; non quo mea quidem iam intersit – neque enim aetas id mea desiderat et aliud genus quoddam dicendi nos secuti sumus, qui numquam sententias de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus ac potius placatis eorum animis tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus – sed tamen ista tua nullum ad usum meum, tantum cognoscendi studio

14 *de § 74–77 Michel 411sq.*

12 *Flacc. 10* numquam laborant quem ad modum probent

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** ad causam *secl. Pluygers* | moderandus ⟨est⟩ **R**ς || **4** qui tanquam **L** *(pr. Meister 45)* qui ut tanquam **M** aut tanquam *Heusinger Madvig Ellendt edd. recc.* quom tanquam *Stroebel Courbaud* || **5** aliqua tum **L** aliquantum **M** || **6** tum ad laetitiam **L** *om.* **M** | est cont. **AOPUR** vel est et cont. **E** est *om.* **H** contorquendus est **V** || **7** ⟨tum⟩ omnium ς || **8** actio **C**(O^{v}) oratio **O** || **9** virtutis *Rom* || **10** severitatis *Man Steph* || **12** ⟨ut⟩ quemadmodum *Klotz*^{1} quem ad modum – artifex *secl. Mueller* | ⟨ut⟩ in clipeo *ins. Wyttenbach Vol. I p. I p. 19 alii* | clipeo ⟨ut⟩ *Pearce* | idem artifex *scripsi* eidem artifex **M** idem ille artifex **L** *secl. Piderit*^{1} *Kayser Friedrich* || **13** ⟨ut⟩ minora *Klotz*^{2} *Reid* | discat *secl. Bake* || **15** quibusnam **L** quibusdam **M** | quibusve *Rom* || **16** compararetur ς | non quo mea **AH**V^{v}**U** non quod mea V^{m}**R**P^{1} quo non mea **O**P^{2} non cum ea **E** || **17** mea id **O** || **18** genus quoddam **M** quoddam genus **OPRU** genus **V** || **22** studio **L** -ium **M**

75 adductus requiro. nec mihi opus est Graeco aliquo doctore, qui mihi pervolgata praecepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam ullum iudicium aspexerit; ut Peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset (5) exul proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnis gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum quem dixi, si vellet, audiret; cumque is se non nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio et de omni re militari. tum cum ceteri, (10) qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret. hic Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret vidisse ne- (15)
76 minem. neque mehercule iniuria. quid enim aut adrogantius aut loquacius fieri potuit quam Hannibali, qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique mi- (20) nimam partem ullius publici muneris attigisset, praecepta de re militari dare? hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi praecipiunt, videntur; quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. sed hoc minus fortasse errant,

1 *de § 75 sq. Weidner 50 sq.* || **16** *ad § 76 Barwick 71*

9 locutus – horas *Non. 502, 18* (*propter* „accusativus pro dativo")

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** aliquod **A** || **2** decantet **MU**^{m} dicat et **L**(**R**^{v}) || **3** ullum **MUR** *om.* **VOP** || **5** Carthagine **VOPR** Karthagine **U** Carthagini **M** || **6** exul **L** exui **M** | magnum *Pluygers* | omnis **OPUR** oms̃ **VH** omnes **AE** || **7** gloria *secl. Pluygers* | et eum **U** || **8** is **MU** *om.* **VOPR** || **9** imperatoris **L** imperii **M** || **10** de omni re **L** *(def. Stangl, Cima)* de re **M** omni *secl. Friedrich alii* || **12** ipse **MU** *(pr. Meister 39)* ille ipse **VOPR** || **13** hic *secl. Ernesti* his *Mueller* || **15** deliraret **L** delectaret **M** || **18** annis **M** *(pr. Meister 59)* annos **L** || **19** devictore **P** | concertasset **R** || **20** hostem numquam **L** *om.* **M** | vidisse **A** || **21** partem *om.* **R** | illius **U**^{2} ς || **22** a re **P**^{1} (*corr.* **P**^{2}) || **23** quid **R** || **24** sint **U**

quod non te, ut Hannibalem, sed pueros aut adulescentulos docere conantur."

„Erras, Catule," inquit Antonius; „nam egomet in multos iam Phormiones incidi. quis enim est istorum Graecorum, qui quemquam nostrum quicquam intellegere arbitretur? ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnis perpetior et perfero. nam aut aliquid adferunt, quod mihi non displiceat aut efficiunt ut me non didicisse minus paeniteat. dimitto autem eos non tam contumeliose quam philosophum illum Hannibal, et eo fortasse plus habeo etiam negotii. sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula. dividunt enim totam rem in duas partis, in causae controversiam et in quaestionis. causam appellant rem positam in disceptatione reorum et controversia, quaestionem autem rem positam in infinita dubitatione. de causa praecepta dant, de altera parte dicendi mirum silentium est. deinde quinque faciunt quasi membra eloquentiae: invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac propronuntiare; rem

12 *de § 78–84 Steidle 21sq.*

12 *de inv. 1, 8* Hermagoras ... qui oratoris materiam in causam et in quaestionem dividat

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ⟨ille⟩ Hannibalem *Pearce Schuetz* Hannibalem ⟨ille⟩ *Cima Wilkins* | sed ut pueros **R** | aut **MUR** *(cf. Meister) om.* **VOP** | adolescentulos **E** || **4** est enim *Lamb* || **5** nostrōm **H** | quidquam **V** || **6** at **R** | non ita **MOPR** non tam **VU** ne ita *Vict.* | sunt **C(R^v)** sint *Vict.* | omnis **V̆OPU** -es **MR** || **8** non[1] *om.* **R** || **10** Hannibal et **L** Hannibal is et **AE** (etiam *in mge.* ◡) Hannibal is *(sp. vac. 12 litt.)* et **H** Hannibal iste et *dubitanter Friedrich in adn. crit.* Hannibales et *Meister 59sq.* Hannibalis *(velut Martialis)* et *Ammon* || **13** quaestionis **OPU**[1] quaestiones **MRU**[2] quaestionem **V** || **15** reorum et controversia **M** rerum et controversiam **L(R^v)** finita rerum controversarum *Lamb* personarum et controversia *Ernesti* personarum et temporum controversia *Heusinger* et certa controversia *Bake* || **16** in **L** *om.* **M** | infinita **L** -tam **M** | dubitatione **L** *(pr. Meister 45)* divisionis dubitatione **M** || **17** dicendi *om. Lamb* | est **M** *om.* **L** | denique ς *Rom* || **18** quasi **L** quă **AH** qua **E** | menbra **A**[1] || **20**—p. 136, 1 tum – sane **P**[2] *adscr.* | ac **C** et **OR**ς

sane non reconditam. quis enim hoc non sua sponte viderit neminem posse dicere nisi, et quid diceret et quibus verbis et quo ordine diceret, haberet et ea meminisset? atque haec ego non reprehendo, sed ante oculos posita esse dico, ut eas item quattuor quinque sexve partis vel etiam (5) septem – quoniam aliter ab aliis digeruntur –, in quas (80) est ab iis omnis oratio distributa. iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiat benivolum nobis faciamus et docilem et attentum; deinde rem narrare et ita, ut veri similis narratio sit, ut aperta, ut brevis; post autem dividere (10) causam aut proponere; nostra confirmare argumentis ac rationibus; deinde contraria refutare. tum autem alii conclusionem orationis et quasi perorationem conlocant, alii iubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi cau- (81) sa degredi, deinde concludere ac perorare. ne haec qui- (15) dem reprehendo; sunt enim concinne distributa; sed tamen id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. quae enim praecepta principiorum et narrationum esse voluerunt, ea in totis orationibus sunt (82) conservanda. nam ego mihi benivolum iudicem facilius (20) facere possum, cum sum in cursu orationis, quam cum

20 *de § 82–93 Hirzel I 482, adn. 3; Cima*^{5} *166 adn. 2*

6 *cf. Plato Phaedrus 266 DE Arist. Rhet. 3, 16, 4 (1416 b) Rhet. ad Her. 1, 4 de inv. 1, 19 part. or. 4* || **7** sq. *cf. Rhet. ad Her. 1, 6 de inv. 1, 20. Quint. 4, 1, 5* || **9** *cf. Rhet. ad Her. 1, 14. de inv. 1, 28. Quint. 4, 2, 31* || **10** dividere *cf. Rhet. ad Her. 1, 4; 1, 17* || **14** augendi causa *cf. de inv. 1, 97*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** viderit **AER** vid(ri)eat **H** videret **VOPU** || **2** dicere **MV**^{1} *(fuit* apte dicere *sed* apte *prima manus delevit)* **OP** apte dicere **O**^{al}**UR** *Ald Junt Crat* apte *superfluum est cf. 3, 38* aperte dicere *Vict.* || **5** ea **H** | sexve partes **E**^{2}**OR**^{v} sexne partis **H**^{1}**V** sexne partes **H**^{2}**O**^{v}**PU** *om.* **AE**^{1} || **6** quoniam **C** cum **E**^{1} || **7** omnis **MUR** omnibus **VOP** || **9** et **M** *(pr. Meister) om.* **L** *secl. Piderit Cima alii* || **10** ut^2 **L** *(cf. 2, 253; 2, 306)* et **M** | autem **MR** aut **VUPR** || **13** conlocant **VU** coll- **MOP** collocatur **R** || **14** ali **A** | ornandi **L** orandi **M** | augendi **H**^{2}**VO**^{2}**U** ag- **MPR** || **15** degredi **AH**^{1} digr- **H**^{2}**EL** | deinde **MO**^{1}**PR** dein **VO**^{2}**U** || **17** ⟨ab⟩ hom. ς *Kayser* || **18** perite quae **LA**^{3} peri ◡ *(sp. vac. 6 litt.)* quae **H** peri ◡ quae **A** (*corr.* **A**^{3}) operi ◡ quae **E** || **20** ego *om.* **U**^{1} et ego **U**^{2} ς *Ald* || **21** cum sum *om. Rom* | corsu **H**^{1} (*corr.* **H**^{2})

omnia sunt inaudita; docilem autem, non cum polliceor me demonstraturum, sed tum cum doceo et explano; attentum vero crebro tota actione excitandis mentibus iudicum, non prima denuntiatione efficere possumus. iam vero 83
5 narrationem quod iubent veri similem esse et apertam et brevem, recte nos admonent; quod haec narrationis magis putant esse propria quam totius orationis, valde mihi videntur errare; omninoque in hoc omnis est error, quod existimant artificium esse hoc quoddam non dissimile
10 ceterorum, cuius modi de ipso iure civili hesterno die Crassus componi posse dicebat: ut genera rerum primum exponerentur, in quo vitium est, si genus ullum praetermittitur; deinde singulorum partes generum, in quo et deesse aliquam partem et superare mendosum est; tum
15 verborum omnium definitiones in quibus neque abesse quicquam decet neque redundare. sed hoc si in iure civili, 20 84 si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores adsequi possunt, non idem sentio tanta hac in re tamque inmensa posse fieri. sin autem qui arbitrantur, deducendi sunt ad
20 eos qui haec docent: omnia iam explicata et perpolita adsequentur; sunt enim innumerabiles de his rebus libri neque abditi neque obscuri. sed videant quid velint, ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi. aliud

6 brevem: *Arist. Rhet. 3, 16, 4 (1416b 29)* || **10** hesterno die: *1, 190*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** sunt **MVU^vO^2RU** sint **O^1P** audita **H** | non cum **H^2L** non quom **AH^1** nūquam **E** || **3** crebro **L** credo **M** *secl. Wilkins Courbaud ret Firmani Galmés Richard* | excitandis – iudicum *secl. Kayser Cima Firmani Galmés* || **4** nuntiatione *Rom* enuntiatione *ς Man* | efficere possumus *secl. Kayser* || **5** quod **C** qui **E** quam *ς* | iubent ⟨possumus⟩ **P** || **6** quod **C** sed qui **R** || **8** videntur *om.* **V** | omninoque in hoc **M** omnino cum in hoc **L** || **8.9** omnis – hoc *om.* **P^1** (*suppl.* **P^2**) || **10** externo **R** || **12** exponantur *Bake* | praetermittitur **M** -atur **L** *Sutton* || **13** partis generum **M** generum partes **L** *(pr. Harnecker^1 5)* || **17** doctiores *corr. Lamb* doctores **C** || **18** sentio *om.* **H** | hec **E** hic **O** | tamque **C** tantaque **U** || **20** docent ⟨a se⟩ *Bake* | perpolita ⟨invenient. quamquam istud etiam sine magistro facillime⟩ *Vassis^2* || **21** consequentur **H^1** nanciscentur *Schuetz* apiscentur *Schäfer* | enim **C** autem *Bake* || **22** abditi neque **L** *om.* **M** || **23** sunt *Rom*

enim pugna et acies, aliud ludus campusque noster desiderat. ac tamen ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid; sed animus acer et praesens et acutus idem atque versutus invictos viros efficit [non difficilius arte coniuncta]. 5

85 Quare ego tibi oratorem sic iam instituam, si potuero, ut quid efficere possit ante perspiciam. sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit, ista ipsa praecepta acceperit; temptabo quid deceat, quid voce, quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. si intelle- 10 gam posse ad summos pervenire, non solum hortabor ut elaboret, sed etiam, si vir quoque bonus mihi videbitur esse, obsecrabo. tantum ego in excellente oratore et eodem bono viro pono esse ornamenti universae civitati. sin videbitur, cum omnia summe fecerit, tamen ad mediocris 15 oratores esse venturus, permittam ipsi quid velit; molestus magno opere non ero. sin plane abhorrebit et erit absurdus, ut se contineat aut ad aliud studium transferat,

6 *de § 85–87 Steidle 25* || **6** *de § 85 Michel 417* || **10–14** *Weidner 82* || **13–14** *Guillemin*[1] *213–216*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** pugna et acies **L** pugnae facies **M** || **2** ac tamen **AEVOPR**^{V} *(pr. Sorof*[2] *14)* attamen **HU** || **3** aliquid *om.* **P** || **4** id est atque **E** idemque ς | vorsutus **M** versutus **L** | invicto **R** || **4.5** non difficilius *secl. Mueller* | non – coniuncta *secl. Ellendt quem fere omnes edd. sequuntur; alii aliter locum sanare studuerunt:* non difficili usu arte coniuncta *Madvig* non efficit vis arte coniuncta *Adler*[1] *21* non desidia arte coniuncta *Reid* non districtius arte coniuncta *Sydow 239* || **6** potuero **AH**^{2} **EVOPU** *(cf. § 330 Brut. 21)* potero **H**^{1}**R**ς *Kayser* || **7** quid *om.* ς *Rom* quicquid ς | perficere **E** | sit **L**(**R**^{V}) sic **M** si *Vict.* | mihi **C** hic **V** || **8** legerit **LH**^{2} -et **M** || **10** quid spiritu **V**^{V} *adscripsit* || **11** ad summos posse *Rom* | hortabor ut solum ς || **12** bonus mihi **M** mihi bonus **L** || **13** esse **M** *om.* **L** *secl. Herthel 12* | excellente **MUR** -ti **VOP** || **14** bono viro **M** viro bono **L** bono *om. Rom unde coniecit Pol:* viro bono e. orn. un. c. ⟨intellego⟩ *sive* ⟨sentio⟩ | pono **C** puto **V**^{2} || **14.15** civitati. sin videbitur **L** civitas invidebitur **M** || **15** videbitur ⟨impar et⟩ ς**V**^{2} *Vict.* | summe **A** sume **E** *om.* **H**^{1} (*adscr.* **H**^{2}) *(cf. § 297 Brutus 276)* summa **L** *Richard Sutton* | ad **AEU** et **VPR** *om.* **HO** || **16** oratores esse **U** *Pol* oratores se **A** orator se **H** orator esse **EVOPR** | permitta||| **E** | molestusque ς *Vict.* || **17** magno opere **MVO**^{V} magnopere **OPUR**

admonebo. nam neque is, qui optime potest, deserendus 86
ullo modo est a cohortatione nostra neque is, qui aliquid
potest, deterrendus; quod alterum divinitatis mihi cuius-
dam videtur, alterum, vel non facere quod non optime
5 possis vel facere quod non pessime facias, humanitatis;
tertium vero illud, clamare contra quam deceat et quam
possit, hominis est, ut tu, Catule, de quodam clamatore
dixisti, stultitiae suae quam plurimos testes domestico
praeconio colligentis. de hoc igitur, qui erit talis ut co- 87
10 hortandus adiuvandusque sit, ita loquamur, ut ei tra-
damus ea dumtaxat quae nos usus docuit, ut nobis duci-
bus veniat eo quo sine duce ipsi pervenimus, quoniam
meliora docere non possumus.

Atque ut a familiari nostro exordiar, hunc ego, Catule, 21 88
15 Sulpicium primum in causa parvola adulescentulum au-
divi voce et forma et motu corporis et reliquis rebus aptis
ad hoc munus, de quo quaerimus, oratione autem celeri et
concitata, quod erat ingenii, sed verbis effervescentibus et
paulo nimium redundantibus, quod erat aetatis. non sum
20 aspernatus; volo enim se efferat in adulescente fecunditas.
nam facilius sicut in vitibus revocantur ea quae se nimium

14 *de § 88 sq. Steidle 24*

7 clamatore: *1, 202, or. 47* || **15–19** Sulpicium – aetatis: *ORF^2 280* || **19** *Brut. 316* nimis redundantes || **20** volo – fecunditas *Quint. 2, 4, 8 et Iul. Vict. RL 444, 32*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** ullo modo est **LH^2** ullo modost **AH^1** ullo modo stat **E** (*postea* at *deletum*) est ullo modo *Rom* ullo modo *post* nostra ς || **7** clamatore **MOPU** declamatore **VR** *Richard* || **8** stultitiae – testes **L** *om.* **M** || **8. 9** domestico praeconio **U** domesticos praeconio **M** praeconio domestico **VOP** praeconio domesticos **R** || **9** colligentes **U** || **10** sit **L** *om.* **M** || **12** quoniam **C** cum **E** || **15** ⟨cum⟩ primum *Lamb* ⟨ut⟩ primum *Ernesti* | parvola **AE^1** parvula **HL** || **16** aptis **C** -um **R**ς *Rom Man Richard* ||
mus
17 quaeritis **E** | celebri **R** || **17. 18** et concitata **AHE^{2}U** et concita **E** et quod concita **V^{v}O** et quod concitata **PR** || **18** ingenii sed **M** *(pr. Stangl^1 34)* ingeniis et **VOP** ingenii et **UR** *(pr. Harnecker 15)* | effervescentibus **O** exf- **C**(**O^v**) ecf- ς || **20** enim *om. Iul. Vict.* | efferat **MOPRU^2** *Quint. Iul. Vict.* exf- **VU^1** | fecunditas **L** *Quint. Iul. Vict.* fac- **M** || **21** sicut facilius ς | resecantur *Lamb* | se **VOPU** *om.* **AHE^1** (*suppl.* **E^2**) **R** *Bake Richard*

profuderunt quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur; item volo esse in adulescente unde aliquid amputem. non enim potest in eo sucus esse diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem adse-
89 cutum. vidi statim indolem neque dimisi tempus et eum sum 5
cohortatus ut forum sibi ludum putaret esse ad discendum, magistrum autem quem vellet eligeret; me quidem si audiret, L. Crassum. quod iste adripuit et ita sese facturum confirmavit atque etiam addidit, gratiae scilicet causa, me quoque sibi magistrum futurum. vix annus inter- 10
cesserat ab hoc sermone cohortationis meae, cum iste accusavit C. Norbanum, defendente me. non est credibile quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat et qui anno ante fuerat. omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat, sed ea 15
non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione intendisset atque ita dicere consuesset, ut tota
22 mente Crassum atque omni animo intueretur. ergo hoc
90 sit primum in praeceptis meis, ut demonstremus quem

5 *de § 89–98 Barwick 9* || 18 *ad § 90–92 Michel 334. 426*

5–8 vidi – Crassum: *ORF² 280* || 10–18 vix – intueretur: *ORF² 280*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 profuderunt **L** *(cf. Cato 52, Leg. 1, 25 Cael. 75)* prodiderunt **M** *fortasse scribendum esse* prodierunt *monet Friedrich (in adn. crit.)* || 2 culturae **V** | excitantur **MVOP¹Rᵛ** excidantur **UP²ς** exciduntur **R** | item **M** *(cf. Meister 59)* ita **L** | unde unde **Vᵛ** || 3 esse sucus *ς Rom* || 4 adsecutum **VPU** *(cf. De nat. d. 2, 50)* ass- **O** exsecutum **A** executum **ERᵛ** con(ex)secutum **H** maturitate exceptum **R** || 5 indolem **L** indocilem **M** docilem **R** || 5. 6 sum cohortatus **L** *(pr. Meister 32)* sum *om.* **M** cohortatus sum *ς Friedrich* || 6 forum **L** eorum **M** | ad discendum **VOᵛUP²** *(cf. Brut. 311)* ad dicendum **MOP¹R** *del. Schuetz* || 7 si **C** non: sed *Rom* || 8 sese **MR** se **VOP** seque **U** || 9 addidit **L(Rᵛ)** -di **M** || 10 magistrum sibi *ς Rom* || 12 defendere **R** | utile **E¹** (*corr.* **E⁴**) || 14 genus *om.* **V** || 17 intendisset *Med*ᵐ *Asc. Crat Lamb duo codd. Lambiniani edd. recc. (cf. De or. 1, 135)* incidisset **C** incepisset *Rom cod. Lamb* incubuisset *Thanner* | consuescat **R** || 18 Crassus **E¹** Crassi **P** || 18 – p. 141, 4 ergo — exprimat *secl. Hertel 181* || 19 in *om.* **V**

imitetur, atque ita ut quae maxime excellent in eo quem
imitabitur, ea diligentissime persequatur. tum accedat
exercitatio, qua illum quem delegerit imitando effingat
atque exprimat ⟨at non⟩ ita ut multos imitatores saepe
5 cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae
insignia ac paene vitiosa, consectentur imitando. nihil 91
est facilius quam amictum imitari alicuius aut statum aut
motum. si vero etiam vitiosi aliquid est, id sumere et in eo
vitiosum esse non magnum est, ut ille, qui nunc etiam
10 amissa voce furit in re publica, Fufius nervos in dicendo
C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non adsequitur, oris
pravitatem et verborum latitudinem imitatur. sed tamen
ille nec deligere scivit cuius potissimum similis esset, et
in eo ipso quem delegerat imitari etiam vitia voluit. qui 92
15 autem ita faciet ut oportet, primum vigilet necesse est in
deligendo; deinde, quem probavit, in ea quae maxime ex-
cellent, ea diligentissime persequatur.

Quid enim causae censetis esse, cur aetates extulerint

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** imitetur **MVO**^{v}**U** imitemur **OPR** | atque ita – persequatur *del. Schuetz (cf. 92) quem fere omnes secuti sunt, ret. Firmani Richard Sutton, recte defenderunt locum Ellendt Adler*^{1} *22, Harnecker*^{1} *5* | excellent ς *(cf. § 92)* excellenti **M** cxcellant **L** *Sutton* || **2** tum **L** quom **A** cum **HE** || **3** delegerit **C** delegit **R** delegerat *vel* elegerat ς elegerit *Rom* ante delegerit *Richard* || **4–17** ut – persequatur *nulla lacuna indicata om.* **M** | ⟨at non⟩ *ins. Kumaniecki*^{4} exprimat ita **V**^{1}**UR** ita exprimat ita **OP** (*alterum* ita **O**^{2} *exp.*) ita exprimat ⟨non⟩ **V**^{2} exprimat ⟨nec⟩ ita ς ita *del. Ellendt quem omnes editores secuti sunt ut in editionibus recc.* exprimat non ut *legatur at cf. Herthel 14* || **5** aut ea **OPU** ut ea **VR** || **6** consectentur **C** -antur *Man* confitentur ς || **8** vitiosi *Man* vitiose **C** paene vitiosi *Muther* insigne *Schuetz* || **8. 9** et in eo vitiosum esse *secl. Herthel 15* in eo vitiosum **C** in eo vitio totum *Mueller* in eo socium *Mueller*^{1} in eo ipso vitiosum *Ellendt* in eo ipso vitio vitiosum *Bake* in eo ambitiosum *Lachmann (ad Lucr. 1, 222)* in eo vitii similem *Adler* in eo vitio summum *aut* vitiosissimum *Orelli* in eo vitio suum *Polster* || **10** admissa **O** concitata **O**^{2} | furit **C**; *in* **V**^{m} *haec nota legitur*: vetus fuit abrasum quod credo dixisse: fuerit | Fusius *Rom* Furius *Ernesti* || **11** habuerit ς || **14** etiam *secl. Vassis*^{2} || **15** ita **C** *om.* ς *Rom secl. Stangl*^{7} || **16** probavit **C** *(cf. § 29, 37, 69 cf. Stangl*^{12}*)* probaverit *Rom* probabit *Lachmann (ad Lucr. 1, 222)* probarit *Sorof*^{2} || **18** tulerint *Sorof*

singulae singula prope genera dicendi? quod non tam facile in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sane reliquerunt, quam in Graecis, ex quorum scriptis cuiusque aetatis quae dicendi ratio voluntasque fuerit, intellegi 5
93 potest. antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades et eadem aetate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiisque magis quam verbis abundantes. non potuisset accidere ut unum genus esset omnium, nisi aliquem sibi proponerent ad imitan- 10 dum. consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae, de Theramene audimus; omnes etiam tum retinebant illum Pericli
94 sucum, sed erant paulo uberiore filo. ecce tibi est exortus Isocrates, magister ist⟨e orat⟩orum omnium, cuius e 15 ludo tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt; sed eorum partim in pompa, partim in acie inlustres esse
23 voluerunt. atque et illi Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratae multique alii naturis differunt, voluntate autem similes sunt et inter sese et magistri; et hi qui se ad causas 20 contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus,

14–16 ecce – exierunt *Non. 344, 18* (*propter* merum) || **17** *or. 42* pompae quam pugnae aptius

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** posset **HL** posse **AE**[1] (*corr.* **E**[4]) || **5** voluptasque **R**ς || **7** constent **C** *(cf. Lebreton 232)* constant *Lag 4 Steph* exstent *Lag 76 Lamb* || **8** sententiisque **M** *(pr. Meister)* sententiis **L** || **9.10** non — imitandum *post* audimus *(v. 13) transp. Warmington ap. Sutton* | potuisset **VOPU** -isse **MR** -it *Vict.* || **10** esset omnium genus *Rom Piderit* || **13** audimus **AHE**[2] audivimus **E**[1]**L** *Sutton* | etiam tum **VOPUN**[v] et tum **R** et tantum **M** | illum *om.* **OP** || **14** uberiore **C** -i *Pol* | filo **MV**[1m]**OP**[m]**R** folio **VPU** stilo *Pol* | est exortus **M** exortus est **L** *Non* || **15** magister istorum omnium **C** *Non. del. Lamb alii ret. Courbaud Firmani* | ist⟨e orat⟩orum omnium *Kumaniecki*[4] istorum o. **C** historicorum *Harnecker*[1] *6* historicorum et oratorum *Ruhnken* rhetorum *Reid* disertorum *Stangl* istorum omnium *del. Kayser alii* || **16** meri **V**[v]**O**[v]**P**[m]**N**[v] *Non (pr. Stroebel 16 Stroux*[2] *47)* innumeri **MV**[m]**ORU** immuneri **N** || **17** partim[1] *adscr.* **V**[m] *om.* **OP** || **18** atque **M** itaque **L** atqui *Ellendt alii* | Ephori **L** phori **M** | Philisci *Goeller ap. Ellendt* || **20** et[1] *secl. Kayser* (at *cf. Sorof*[2] *16*) | et[2] **L** *om.* **M** | et magistri *secl. Kayser*

Aeschines, Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares
non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imi-
tandae genere versati. quorum quamdiu mansit imitatio,
tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit; posteaquam 95
5 extinctis eis omnis eorum memoria sensim obscurata est et
evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora ge-
nera viguerunt. inde Demochares, quem aiunt sororis
filium fuisse Demostheni, tum Phalereus ille Demetrius,
omnium istorum mea sententia politissimus, aliique ho-
10 rum similes extiterunt. quae si volemus usque ad hoc tem-
pus persequi, intellegemus, ut hodie etiam Alabandensem
illum Meneclen et eius fratrem Hieroclen, quos ego audi-
vi, tota imitetur Asia, sic semper fuisse aliquem, cuius se
similes plerique esse vellent.

15 Hanc igitur similitudinem qui imitatione adsequi volet, 96
cum exercitationibus crebris atque magnis tum scribendo
maxime persequatur. quod si haec noster Sulpicius face-
ret, multo eius oratio esset pressior; in qua nunc inter-
dum, ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate,
20 inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est“. hic 97
Sulpicius „me quidem“ inquit „recte mones idque mihi
gratum est; sed ne te quidem, Antoni, multum scripti-

15 *ad § 96 sq. Becker 17. 34* || **19** ubertate: *Zoll 34*

20 ei omnis luxuries stilo depascenda *(sic!) Non. 340, 1* (*propter* luxuria)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quam plures **H** || **2** non *om.* **H** | sunt omnes **L** omnes sunt **M** | veritatis imitandae **AEVPUR** virtutis imitandae **O** imitandae veritatis **H** veritatis tutandae *Ruhnken* suavitatis imitandae *Mueller*^{1} *p. 7* imitandae *del. Schuetz* || **3** quorum **C** cuius *Kayser* || **8** Demosthenis **E**^{m}**OPR** | Phalereus **M** -rius **L** || **9** politissimus **E**^{1}**L** potentissimus **AHE**^{4} | eorum *Piderit* || **10** volumus **E**^{1} (*corr.* **E**^{4}) || **11** hodie etiam *Ellendt Stangl*^{12} *(cf. 3, 198)* etiam **M** hodie **L** | Alabandensem **L** amalabandensem **M** || **12** Meneclen **L** -em **MR** Hieroclen **L** -em **MR** | quos **C** ut **V**^{2} || **13** imitatur *Lamb Kayser* || **14** plerique *om. Rom* || **16** atque magnis *secl. Ellendt* || **17** persequetur ς *Bake* | haec **M** *(pr. Friedrich*^{2} *33)* hic **O**^{al} **UR** *Richard om.* **VO**^{1}**P** || **18** pressior **L** praesidia **AE**^{1} praesidio **HE**^{2} || **19** dicere *suspectum Heusingero* || **22** ne te **VPUR** nec te **E**^{2}**HO** recte **AE**^{1} | equidem ς

tasse arbitror". tum ille „quasi vero" inquit „non ea praecipiam aliis quae mihi ipsi desint; sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor. verum et in hoc ex re familiari mea et in illo ex eo quod dico, quantulum id cumque
98 est, quid faciam iudicari potest. atque esse tamen multos 5
videmus, qui neminem imitentur et suapte natura, quod velint, sine cuiusquam similitudine consequantur; quod et in vobis animum adverti recte potest, Caesar et Cotta, quorum alter inusitatum nostris quidem oratoribus leporem quendam et salem, alter acutissimum et subtilissi- 10
mum dicendi genus est consecutus; neque vero vester aequalis Curio, patre mea sententia vel eloquentissimo temporibus illis, quemquam mihi magno opere videtur imitari; qui tamen verborum gravitate et elegantia et copia suam quandam expressit quasi formam figuramque di- 15
cendi, quod ego maxime iudicare potui in ea causa quam ille contra me apud centumviros pro fratribus Cossis dixit; in qua nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet.

24
99 Verum ut aliquando ad causas deducamus illum quem 20
constituimus, et eas quidem, in quibus plusculum negotii

5 *ad § 98 Michel 418* || **20** *de § 99 Laurand 67. de § 99–100 Weidner 57. de § 99–103 Steidle 30*

11–19 neque – deberet: *ORF^2 299* || **14–19** verborum – deberet: *ORF^2 234*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** non *om.* **H** *secl. Friedrich^2 33 alii* || **2** ipsi ⟨non utique⟩ *Havet* | desint **M** desunt **L** || **3** comficere **V^V** | existimor **LH^2** -umor **M** aestimor *Rom* | et **L**(**R^V**) etiam **M** || **4** id **L** *om.* **M** || **5** quid **L** quod **MR** | potest *om.* **E^1** (*suppl.* **E^2**) | multos *del. Bake Kayser* || **6** imitetur **E^1** || **8** animum adverti **M** animadverti **L** | et Catule *Mueller^1 7* || **9** nostris quidem **M** quidem nostris **L** || **10** alter ⟨et⟩ **R** || **11** nequero vero **H** | vester **C** alter **E^1** noster *Rom* || **12** ⟨C⟩ Curio *Reid* | pater **U^2**ς *Rom* | eloquentissimus **U^2**ς *Rom* || **13** magno opere **VO^{2}U** magnopere **MOPR** || **14** copiosa **E^1** || **16** iudicare potui **M** potui iudicare **L** | eam causam **P** || **17** Cossis **L** Cosiis **M** *(pr. Havet propter claus.)* Cossii ς *Rom* consciis *vel* consociis ς || **20** ad causas **LE** ad causas sas *(sp. vac. 12 litt.)* ded. **H** ad sas ded. **A** || **21** instituimus *Lamb alii*

est, iudiciorum atque litium – riserit aliquis fortasse hoc
praeceptum; est enim non tam acutum quam necessarium
magisque monitoris non fatui quam eruditi magistri –:
hoc ei primum praecipiemus, quascumque causas erit
5 tractaturus, ut eas diligenter penitusque cognoscat. hoc 100
in ludo non praecipitur; faciles enim causae ad pueros
deferuntur. lex peregrinum vetat in murum escendere;
escendit; hostis reppulit: accusatur. nihil est negotii eius
modi causam cognoscere: recte igitur nihil de causa di-
10 scenda praecipiunt [haec est enim in ludo causarum for-
mula fere]. at vero in foro tabulae, testimonia, pacta,
conventa, stipulationes, cognationes, adfinitates, decreta,
responsa, vita denique eorum, qui in causa versantur
tota cognoscenda est; quarum rerum neglegentia pleras-
15 que causas et maxime privatas – sunt enim multo saepe
obscuriores – videmus amitti. ita nonnulli, dum operam 101
suam multam existimari volunt, ut toto foro volitare et
a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incogni-
tas. in quo est illa quidem magna offensio vel neglegentiae,
20 susceptis rebus, vel perfidiae receptis; sed etiam illa maior
opinione, quod nemo potest de ea re, quam non novit,
non turpissime dicere. ita dum inertiae vituperationem,
quae maior est, contemnunt, adsequuntur etiam illam,
quam magis ipsi fugiunt, tardidatis. equidem soleo dare 102

5. 6 hoc – praecipitur: *Barwick 72*

17 *cf. 1, 173* volitare in foro

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** aliquis **LE** -iqui **AH** ‖ **3** ⟨non⟩ mon. **U** ‖ **4** ei **O**ς enim **MVPUR** | erit *om.* ς ‖ **5** tractaturus **M** acturus **L** *Meister* | penitus **V** ‖ **7** escendere escendit **AH**^{1} *(prob. Stangl*^{1} *34, Stroebel 29)* ascendere escendit **VO**^{v} ascendere ascendit **EOPUR** ‖ **8.9** eiusmodi **M** huiusmodi **L** ‖ **9** discendi **R** ‖ **10.11** haec – fere *secludendum vel post* accusatur *ponendum censent Bake Harnecker Friedrich Wilkins ret. Richard Sutton* | formula fere **AE**^{1} fere formula **HE**^{2}**L** fere *om.* **R** ‖ **15** multae *Pluygers* ‖ **17** multam **C** mulctari **P** multi **U**^{2} | existimari **C** existimare **E** extimari **U**^{1} (*corr.* **U**^{2}) | volitari **H** ‖ **18** causas dicunt **L** causas ciunt **A**^{1}**H**^{1} causas sciunt **EA**^{2}**H**^{2} ‖ **20** perfidiae **L** -dia **M** ‖ **23** adsequontur **AH**^{1} assequontur **H**^{2} adsecuntur **U** assecuntur **VO**^{v} assequuntur **EPR** ‖ **24** quam **LE** *om.* **A**^{1}**H** | tarditatis **L** traditatis **AH** traditiatis **E**

operam, ut de sua quisque re me ipse doceat et ut ne quis alius adsit, quo liberius loquatur, et agere adversari causam, ut ille agat suam et, quicquid de sua re cogitarit, in medium proferat. itaque cum ille discessit, tris personas unus sustineo summa animi aequitate meam, adver- 5 sari, iudicis. qui locus est talis, ut plus habeat adiumenti quam incommodi, hunc iudico esse dicendum; ubi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico atque eicio.

103 ita adsequor, ut alio tempore cogitem quid dicam et alio dicam; quae duo plerique ingenio freti simul faciunt. sed 10 certe eidem illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent.

104 Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo quae sit causa ambigendi. nihil est enim quod inter 15 homines ambigatur, sive ex crimine causa constat ut facinoris, sive ex controversia ut hereditatis, sive ex deliberatione ut belli, sive ex persona ut laudis, sive ex disputatione ut de ratione vivendi, in quo non aut quid factum sit aut fiat futurumve sit quaeratur, aut quale sit aut 20

25 105 quid vocetur. ac nostrae fere causae quae quidem sunt criminum, plerumque infitiatione defenduntur. nam et de

14 *ad § 104–113 Michel 480–485; Barwick*[1] *65* || **19–21** *Laurand 94sq.; Weidner 34sq.; Riposati*[1] *234–254*

20 *cf. §§ 113,132. de inv. 1,10 or. 45,121. Top. 92. part. or. 33; Quint. 3, 6, 44*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** doceant **U** || **2** adsit **MVOUR** assit $\mathbf{O^v}$**P** || **3** quicquid **EORU** quidquid **AHVP** || **4** tris **C** tres $\mathbf{H^2}$ || **5** summa *om.* **U** || **7** iudico esse **M** esse iudico **L** || **8** boni ⟨esse⟩ ς *Ellendt* | abdico *Ven Vet Steph Schuetz Piderit Ellendt* || **9** *syllaba* co *in* cogitem *abrasa* **A** || **9.10** et alio dicam *inter lin.* **V** *adscr:* et *del. Reid* || **11** aliquando **OP** || **12** excogitandum ς || **15** ambigendi $\mathbf{MV^m}$**URN** ambigui **VOP**$\mathbf{N^v}$ | est *del.* $\mathbf{E^1}$ || **16** ambigatur $\mathbf{MO^2}$ non ambigatur **L** || **16–19** ex crimine – vivendi *secl. Kayser* | constat **C** -et ς *Rom* || **17–19** sive – vivendi *suspecta Schuetzio* || **18** sive – laudis **L** *om.* **M** *secl. Sorof Friedrich ret. Courbaud Richard Sutton* sive ex laudatione ut personae *Kiessling*[1] | disputatione **MUR** ^{dis}putatione **VO** putatione **P** || **20** futurumne $\mathbf{V^1}$ (*corr.* $\mathbf{V^2}$) futurumque ς *Rom* || **21** quid **C** qui *Piderit*

pecuniis repetundis, quae maximae sunt, neganda fere sunt omnia, et de ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. de sicariis, de veneficiis, de peculatu infitiari
5 necesse est. id est igitur genus primum causarum in iudiciis ex controversia facti; in deliberationibus plerumque ex futuri, raro ex instantis aut facti. saepe etiam res non sit 106
necne, sed qualis sit quaeritur: ut cum L. Opimi causam defendebat apud populum audiente me C. Carbo cos.
10 nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id iure pro salute patriae factum esse dicebat; ut eidem Carboni tribuno plebis alia tum mente rem publicam capessenti P. Africanus de Ti. Graccho interroganti responderat iure caesum videri. iure autem omnia defenduntur, quae sunt eius generis,
15 ut aut oportuerit aut licuerit aut necesse fuerit aut inprudentia aut casu facta esse videantur. iam quid voce- 107
tur quaeritur, cum quo verbo quid appellandum sit contenditur: ut mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio. pleraque enim de iis quae ab isto
20 obiciebantur cum confiterer, tamen ab illo maiestatem minutam negabam; ex quo verbo lege Apuleia tota illa

5–7 *Riposati[1] 246 sq.* || **7** *de § 106 Riposati[1] 247 sq.* || **16** *de § 107 Riposati[1] 247* || **21** lege Apuleia *cf. G. Rotondi, leges publicae populi Romani, Milano 1912 p. 329*

4–13 de sicariis – videri: *ORF² 154* || **12** sq. *cf. Cic. Mil. 8. Liv. Per. 59. Mart. Cap. RL 469, 24* || **16** – p. 148, **1** iam – pendebat: *ORF² 231*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** repetendis **E** | quae — sunt *secl. Kayser* | maximae **V** -ime **MOPUR** *Richard* || **2** de **L** *om.* **M** || **3** ac benignitatem **L** *om.* **M** atque ben. ς | largitione **M** a largitione **V**ᵛ a largitione **V**ᵐ **PUR** ab largitione **O** || **4** ⟨et⟩ de sicariis *Pluygers* | beneficiis **E**¹ || **6** facti, in **L** factis ex **M** acti in *Firmani* || **7** ex **M** ⟨etiam⟩ ex **VOPU** ⟨est⟩ ex **R**ς | facti **C** acti *Reid* (at *cf. Cima²*) | etiam **MR** autem **L** | non **C**(**R**ᵛ) num *Rom* || **8** Opimi **V** -ii **MOPR** -ius **U** || **9** audiente me **L** audientem **M** | cos. **M** consul **L** || **10** C. **MUR** *om.* **VOP** Tib **O**² | id *inter lin. adscr.* **O**¹**P**¹ *om. Vict.* || **13** responderat **L**(**R**ᵛ) respondeat **M** -ebat *Lag 32 Lamb* || **16** iam quid **L**(**R**ᵛ) iam cum quid **M** || **18** fuit **MU** -erit **L** | urbani **E**¹ (*corr.* **E**²) || **21** minutam **C** imminutam ς *Rom* | Apuleia **L** *Courbaud* Apeia **M** Appuleia ς *Ellendt alii*

108 causa pendebat. atque in hoc genere causarum non nulli praecipiunt, ut verbum illud, quod causam facit, breviter uterque definiat. quod mihi quidem perquam puerile videri solet. alia est enim cum inter doctos homines de iis ipsis rebus quae versantur in artibus disputatur, verborum definitio, ut cum quaeritur quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. in quibus hoc praecipit ratio atque doctrina, ut vis eius rei quam definias sic exprimatur, ut
109 neque absit quicquam neque supersit. quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit neque ego facere conatus sum. nam quantum uterque nostrum potuit, omni copia dicendi dilatavit, quid esset maiestatem minuere. etenim definitio primum, reprehenso verbo uno aut addito aut dempto saepe extorquetur e manibus; deinde genere ipso doctrinam redolet exercitationemque paene puerilem; tum in sensum et in mentem iudicis intrare non potest: ante enim praeterlabitur quam percepta est.

26 110 Sed in eo genere, in quo quale sit quid ambigitur, exi-

1 *de § 108 sq. Barwick 72* | in hoc genere causarum: *Michel 483 adn. 165* || **18** *ad § 110 Riposati*^{1} *254–263; Stroux*^{4} *29; Santa Cruz 91–118; Michel 467. 482*

3 sqq. *Quint. 7, 3, 16* idque faciendum in libris Ciceronis de oratore vetat M. Antonius || **11.12** quantum – minuere: *ORF*^{2} *232*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** in hoc **M** *(cf. Verr. 1, 27)* hoc in **L** || **2.3** breviter uterque definiat **L** *(pr. Stroebel 6)* breviterque definiat **M** ⟨lucide⟩ breviter **U** *Steph* lucide breviterque ς dilucide breviterque uterque *Crat Lamb Kayser* lucide absolute breviter uterque *Schuetz Mueller* dilucide breviterque definiatur *Bake* || **4** alia est **L** aelia est et **A** aelia es et **H** Aeliaes et **E** est *del. Stangl*^{2} || **5** verborum **L** verborumme **A**^{1} (me *del.* **A**^{3}) **H** verborum ṃẽ **E** verborum ⟨est⟩ *Stangl*^{2} || **6** quid sit ars **H**^{m} *adscr.* **E**^{2} *del.* || **6.7** quid sit ars quid sit lex **MUR** *om.* **V**^{1} (*adscr.* **V**^{2m} **O**) (*adscr. in mge* **O**^{al} **P**) || **7** atque **L** *(cf. 2, 37) quod praeferendum est etiam propter clausulam* et **M** || **8** diffinias **E** | sic *om.* **A** || **9** neque supersit **L** *om.* **M** || **11** omni **HE**^{2}**L** omnia **AE**^{1} || **12** quide et **E**^{1} quidem et **E**^{2} || **13** definito **U** | primo **H** reprenso **VU** | addito **HVOP** abdito **AEUR** apposito ς || **16** tum in **VOPU** *(pr. Ellendt)* quom et in **A**^{1}**H** cum et in **EH**^{2}**U**^{2} tum et in **R**ς *Sorof quem alii sequuntur* || **17** praelabitur **AE**^{1} || **18** qualis *Rom* | quod **H**^{2}

stit etiam ex scripti interpretatione saepe contentio, in quo nulla potest esse nisi ex ambiguo controversia. nam illud ipsum, quod scriptum a sententia discrepat, genus quoddam habet ambigui, quod tum explicatur, cum ea ver-
5 ba quae desunt suggesta sunt; quibus additis defenditur sententiam scripti perspicuam fuisse; et ex contrariis scriptis si quid ambigitur, non novum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur; idque aut numquam diiudicari poterit aut ita diiudicabitur, ut referendis prae-
10 teritis verbis id scriptum, quodcumque defendemus, suppleatur. ita fit ut unum genus in iis causis, quae propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambigue. ambiguorum autem cum plura genera 111 sunt, quae mihi videntur ii melius nosse qui dialectici
15 appellantur, hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant, tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis vel scripti, cum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum aut verba sint praetermissa. iterum autem peccant, cum genus hoc causarum, quod in 112
20 scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus qualis quaeque res sit disceptatur, seiungunt. nusquam enim tam quaeritur, quale sit genus ipsum rei, quam in

13 *ad § 111 Michel 468. 481* || **19** *ad § 112 Laurand 95 Barwick 72*

19 sqq. *cf. de inv. 1, 12*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** interpretatione **L** incertatione **AE** incerta *(sp. vac. 6 litt.)* tione **H** *unde* incerti ratione *vel* incerta ratione *vel* disputatione ς || **3** quod **MR** cum **L** || **6** et ex contrariis **L** et contrariis **AH** et contrariisque **E**[1] (que *del.* **E**[2]) ex contrariisque ς *Rom edd. recc.* || **7** non **VUP**[2] *om.* **MOP**[1]**R** | sed **L** *om.* **M** || **9** referendis **L** de referundis **AH**[1] de referendis **H**[2]**E** referundis *edd.* || **10** ⟨proferatur vel⟩ defend. **U** | defendemus **M** -imus **L** || **13** ambigorum **A** | cum plura **L** conplura **A** complura **HER** || **14** sunt **MV**[2]**UR** sint **V**[1]**OP** || **16** scire (nosse) **E** | debent (e) **R** || **18** ambigitur **MOR** ambigetur **VP** ambigitur **U** | sit **E**[1] || **21** seiugant *Havet propter clausulam* || **22** tam **M** *(cf. Meister 64)* tantum **L** | quale **L** qua **A** quă **E** qua **H** *(spatio 6 litt. vacuo post* qua *relicto)*

scripto, quod totum a facti controversia separatum est.
113 ita tria sunt omnino genera quae in disceptationem et controversiam cadere possint: „quid fiat factum futurumve sit" aut „quale sit" aut „quomodo nominetur". nam id quidem quod quidam Graeci adiungunt: „rectene 5 factum sit" totum in eo est: „quale sit". sed iam ad institutum revertar meum.

27 114 Cum igitur acceptae causae genere cognito rem tractare coepi, nihil prius constituo quam quid sit illud, quo mihi sit referenda omnis illa oratio, quae sit propria quaestionis 10 et iudicii; deinde illa duo diligentissime considero, quorum alterum commendationem habet nostram aut eorum quos defendimus, alterum est accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id quod volumus commo-
115 vendos. ita omnis ratio dicendi tribus ad persuadendum 15 rebus est nixa: ut probemus vera esse ea quae defendimus, ut conciliemus eos nobis qui audiunt, ut animos eorum ad
116 quemcumque causa postulabit motum vocemus. ad pro-

2 *ad § 113 Dieter 345–369* || **15** *de § 115 Laurand 32 sqq.; Solmsen 397* || **18** *de § 116–119 Weidner 35 sq.; Solmsen[1] 187*

2 *cf. § 104, 132. de inv. 1, 10 or. 45; 121; Top. 92 part. or. 33. Quint. inst. 3, 6, 44 sq.* || **15** *cf. §§ 121, 128, 310 or. 69 Brut. 185 de opt. gen. 3. Quint. 3, 5, 2* || **18** ad probandum: *Arist. Rhet. 1, 2, 2 (p. 1355b 35) or. 69; 128; Brut. 185; Quint. 5, 1, 1*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** a **L** *(pr. Stroebel 7) om.* **M** || **2** itaque **H** *(sed postea* que *erasum)* || **3** possint **C** possunt ς *Rom Sutton* || **4** aut[1] *om.* **VOPR** | „quale sit" aut **L** *om.* **M** || **5** id quidem **A**[3]ς *Courbaud* iis quidem **H**[1]**E** *Friedrich* his quidem **H**[2] ii quidem **A**[1] illud **VOP** id **R** illud quidem **U** *Wilkins Cima* hoc quidem ς *Ellendt* et illud *Rom* | rectumne *Firmani* || **6** factum **C** actum *Stroux*[2] *40* | eo *om.* **R** | est: „quale sit" **M** est quod quale sit quaerimus **L** || **8** acceptae *Kumaniecki*[4] accepto **C** causae genere cognito **U**[1]**OP** causae genere et cognito **V** causae genere cognitam **MU**[2]**O**[alm]**R** accepta causa et genere cognito *Bake quem recc. edd. secuti sunt* || **9** quid – illud **L** *om.* **M** | quo **L** quod **M** || **10** referenda **EL** -unda **AH** referenda sit ς *Rom* | omnis **C** verbis ς || **12** commendationem **L** commentationem **M** || **15** omnis ratio **M** ratio omnis **L** || **16** ea **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii ret. Richard* || **17** eos nobis **M** nobis eos **L** | audiunt ut **L** audiunt an ut **AHE**[1] audiunt aut ut **H**[2]**E**[2] audiant ut *Stangl*[2]

bandum autem duplex est oratori subiecta materies: una rerum earum quae non excogitantur ab oratore, sed in re positae ratione tractantur, ut tabulae, testimonia, pacta, conventa, quaestiones, leges, senatus consulta, res iudi-
5 catae, decreta, responsa, reliqua, si quae sunt, quae non reperiuntur ab oratore, sed ad oratorem a causa atque a reis deferuntur; altera est, quae tota in disputatione et in argumentatione oratoris conlocata est. ita in superiore ge- 117 nere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de
10 inveniendis cogitandum est. atque isti quidem qui docent, cum causas in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copias suggerunt. quod etiam si ad instituendos adulescentulos magis aptum est ut simulac posita causa sit, habeant quo se referant, unde statim ex-
15 pedita possint argumenta depromere, tamen et tardi ingenii est rivolos consectari, fontis rerum non videre, et iam aetatis est ususque nostri a capite quod velimus arcessere et unde omnia manent videre.

Et primum genus illud earum rerum, quae ad oratorem 118
20 deferuntur, meditatum nobis in perpetuum ad omnem usum similium rerum esse debebit. nam et pro tabulis et

3 testimonia: *Riposati 156* || **8** *ad § 117 Laurand 16, 45; Barwick 73*

16 Acad. 1, 8 ut ea e fontibus potius hauriant quam rivulos consectentur

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** non *om.* **R** || **3** positae **M** posita **VOPR** proposita **U**ς || **4** iudicatae **L** -ata **M** || **5** responsa, reliqua **L** responsa sunt. reliquae **M** responsa sunt et reliqua **U**[1] (reliquae **U**[2]) responsa et reliqua *Rom* || **5.6** non reperiuntur ab oratore **M** *(pr. Friedrich*[2] *33)* non ab oratore pariuntur **VOPU** *Rom (videtur esse tractum e § 120)* quae ab oratore non pariunt **R** non pariuntur ab oratore *Ernesti* || **6** a causa atque *secl. Kayser* || **7** reis **L**(**R**[V]) a re **AH**[1]**E** *Firmani* arte **H**[3] a rebus ς rebus *Vict.* atque a reis *secl. Wilkins* | referuntur *Vict.* | et *om. Richard* | atque in **H** || **9** de tractis **HR** || **10** ista *Ernesti* || **11** singulis **MU** *om.* **VOPR**[V] || **12** copias **HE**[2] *(cf. 2, 38)* copia **AE**[1] copiam **L** | etiam si **HE**[2]**L** etiam **AE**[1] etsi *Rom* || **13** adulescentes **R** || **14** causa sit **M** sit causa **L** | habeant **L** -ent **M** || **15** defendere depromere **P** || **16** rivolos **A** rivulos **HEL** vivos ς || **17** quod **C** quae **U**[2] quo ς || **18** unde *om.* **V** | manant *Rom* || **20** inpertuum **V**[2] || **21** et[1] **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*

contra tabulas et pro testibus et contra testes et pro
quaestionibus et contra quaestiones, et item de ceteris
rebus eiusdem generis, vel separatim dicere solemus de
genere universo vel definite de singulis temporibus, ho-
minibus, causis; quos quidem locos – vobis hoc, Cotta et 5
Sulpici, dico – multa commentatione atque meditatione
119 paratos atque expeditos habere debetis. longum est enim
nunc me explicare, qua ratione aut confirmare aut infir-
mare testes, tabulas, quaestiones oporteat. haec sunt
omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maxi- 10
mae; artem quidem et praecepta dumtaxat hactenus
120 requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. itemque
illa quae sunt alterius generis, quae tota ab oratore pa-
riuntur, excogitationem non habent difficilem, explicatio-
nem magis inlustrem perpolitamque desiderant. itaque 15
cum haec duo nobis quaerenda sint in causis, primum
quid, deinde quo modo dicamus: alterum, quod totum
arte tinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen pru-
dentiae est paene mediocris quid dicendum sit videre;
alterum est, in quo oratoris vis illa divina virtusque cer- 20
nitur, ea, quae dicenda sunt, ornate copiose varieque di-
28 121 cere. quare illam partem superiorem, quoniam semel ita
vobis placuit, non recusabo quo minus perpoliam atque
conficiam – quantum consequar, vos iudicabitis –; qui-
bus ex locis ad eas tris res, quae ad fidem faciendam solae 25
valent, ducatur oratio, ut et concilientur animi et docean-
tur et moveantur; haec sunt enim tria, ea vero quem ad

7–13 *Riposati*[1] *144–159*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** et[1] **L** *om.* **M** *secl. Friedrich at cf. Meister 34* | et[3] *adscr.* **H**[2] *secl. Friedrich* || **6** atque meditatione **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **8** explicare **MV**[1m] **UR** *om.* **O**[1]**PN** | ratione ς oratione **C** || **9** testes **L** *om.* **M** | quaestionesque **U**[2] ς | oporteat **C** -et ς *Rom* || **10** autem **M** autem vel **VOPU** aut vel **R** | maximae **V** maxumae **AH** maxime **EOPUR** || **11** dumtaxat *om.* **H** || **12** certis **R** ceteris **C**(**R**[vm]) || **13** tota **MVOU** Cotta **PR**[v] || **18** arte tinctum **MPU** artem tinctum **V**[v] arte intinctum **OR** ab arte tractum *Lag 2*[v.l.] arte incinctum *Rom* a. nixum *Bake* a. vinctum *Vassis*[2] || **19** paene mediocris **C** permediocris **H** || **20** quod **E** || **22** quoniam **C** cum **E**[1] || **23** nobis ς *Vict.* || **26** ducatur **L** ducat **M** || **27** et moveantur **E**[2]**P**[2] *in mge adscr.* | haec — tria **C** *secl. Kayser Wilkins Courbaud ret.*

modum inlustrentur, praesto est qui omnes docere possit,
qui hoc primum in nostros mores induxit, qui maxime
auxit, qui solus effecit. namque ego, Catule, – dicam 122
enim non reverens adsentandi suspicionem – neminem
5 esse oratorem paulo inlustriorem arbitror neque Graecum
neque Latinum, quem aetas nostra tulerit, quem non et
saepe et diligenter audierim. itaque si quid est in me –
quod iam sperare videor, quoniam quidem vos, eius ingenii homines, tantum operae mihi ad audiendum datis –
10 ex eo est, quod nihil quisquam umquam me audiente egit
orator, quod non in memoria mea penitus insederit. itaque
ego is qui sum, quantuscumque sum ad iudicandum, omnibus auditis oratoribus, sine ulla dubitatione sic statuo
et iudico neminem omnium tot et tanta, quanta sint in
15 Crasso, habuisse ornamenta dicendi. quam ob rem, si vos 123
quoque hoc idem existimatis, non erit, ut opinor, iniqua
partitio, si cum ego hunc oratorem quem nunc fingo,
ut institui, crearo aluero confirmaro, tradam eum Crasso
et vestiendum et ornandum.“

20 Tum Crassus „tu vero“ inquit „Antoni, perge, ut instituisti. neque enim est boni neque liberalis parentis, 124

20 *de § 124–127 Becker 34*

Meister | sunt – tria *secl. Ernesti Schuetz Friedrich at cf. Meister 30* sunt enim trita *Muther 597* tria ⟨numero⟩ **R** | ea **L** *om.* **M** haec *Lag 36 quod placet Ellendtio* nec ς

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** praesto est *om.* **R** || **2** primum **M** *(cf. 3, 67; Orator 174)* -us **L** || **3** auxit **VPUR** hausit **MO** || **4** neminem **C** neque enim *Bake* || **5.6** neque Graecum neque Latinum *secl. Bake* || **7** saepe **L** *(pr. Stroebel 17 collato Brut. 156)* saepe tulerim **MU** | audierim **MV²U** -imus **V¹OPR** | quid est **L** quidem **M** || **8** superare **V¹Rᵛ** | quando *Rom* | eius ingenii **M** *Friedrich (cf. 1, 106; Cael. 76; Off. 1, 71; ad Quir. 2)* his ingeniis **L(Rᵛ)** *editores rec. praeter Friedrich* || **9** operae mihi **L** opere nihil **M** || **11** orator *secl. Kayser* | memoria mea **MR** *(cf. Meister 71 sq.)* mea memoria **VOPU** | itaque **MN** atque **L(Rᵛ Nᵛ)** || **12** is **VOPU** his **R** ii **M** hii **H²** | quantuscumque **EH²V²** quantusquomque **AH¹** quantusquisque **L(R)** quantuluscunque *Vict.* || **14** sunt **P** || **16** hoc *adscr.* **O²** || **17** oratorem *secl. Kayser* || **18** crearo aluero confirmaro **L** crebro adiuvero confirmabo **M** || **19** et¹ **MU** *om.* **VOPR** | instituendum **P¹** || **21** enim **L** *om.* **M** | boni est **V**

quem procrearis et eduxeris, eum non et vestire et ornare, praesertim cum te locupletem esse negare non possis. quod enim ornamentum, quae vis, qui animus, quae dignitas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius diloricare tunicam et 5 iudicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere? qui idem, hoc accusante Sulpicio, cum hominem seditiosum furiosumque defenderet, non dubitavit seditiones ipsas ornare ac demonstrare gravissimis verbis multos saepe impetus populi non iniustos esse, quos praestare 10 nemo posset; multas etiam e re publica seditiones saepe esse factas ut cum reges essent exacti, ut cum tribunicia potestas esset constituta; illam Norbani seditionem ex luctu civium et ex Caepionis odio, qui exercitum amise-125 rat, neque reprimi potuisse et iure esse conflatam? potuit 15 hic locus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam novus sine quadam incredibili vi ac facultate dicendi tractari? quid ego de Cn. Malli, quid de Q. Regis commiseratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? in quibus hoc non maxime enituit quod tibi omnes dant, acumen 20 quoddam singulare, sed haec ipsa, quae nunc ad me de-

2—6 quod – ostendere: *ORF*² *228* || **4—6** qui – ostendere *Non. 101, 7* (*propter* diloricare) || **18.19**sq. quid – dicam: *ORF*² *233*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** procrearis et eduxeris **M** procrearit eduxerit **V** procrearit et eduxerit **OPR**ᵛ **U** || **4** peroranda **C** *Non* perorandum **E** || **5** reum **C** *Non* rerum **E** | et eius **L** et dius **M** *inde* et digitis ς | diloricare **VOUR** *Non* diloricari **P** dilodicari **M** dilodicare *cod.* **L**¹ *Nonii* || **6** cicatricem adversam *Non* | senis *adscr.* **O**² *om. Vict.* || **7** idem **L** eidem **M** | accusante **L** ante **M** || **8** furiosumque **L** curiosumque **MRO** || **9** ac **C**(**O**ᵛ) | et **O** || **11** posset **M** -it **L** *Sutton* | e re pu̧ **OR**ᵛ e republica **VPU** rei p. **AH** R. P. **E** rei publicae causa *malit Friedrich* || **12** ut cum **HEU** ut quom **A** cum **VOPR** tum *Rom* || **13** esset constituta **L** constituta **M** || **14** luctu **C**(**O**ᵛ) nutu **O**¹ | amiserat **L** miserat **M** || **15** potuisse et **VOPRU**² potuisse **U**¹ potuisset **M** || **17** dicendi **MUR** *om.* **VOP** *del. Courbaud propter clausulam* || **18** Cn. Manli *scripsi* Gn. Manlii **M** Gn. Manili Malli **V**¹ (Malli *exp.* **V**²) Gn. Manilii Mallii **OP** Gn. Manlii **U** Gn. Manilii **R** || **20** hoc non maxime **MU** *(pr. Stroebel 70)* non maxime hoc **VOPR** non hoc maxime ς *Ellendt*

legare vis, ea semper in te eximia et praestantia fuerunt." **29**
tum Catulus „ego vero" inquit „in vobis hoc maxime ad- 126
mirari soleo, quod, cum inter vos in dicendo dissimillimi
sitis, ita tamen uterque vestrum dicat, ut ei nihil neque a
5 natura denegatum neque a doctrina non delatum esse vi-
deatur. quare, Crasse, neque tu tua suavitate nos privabis,
ut, si quid ab Antonio aut praetermissum aut relictum sit
non explices, neque te, Antoni, si quid non dixeris, existi-
mabimus non potuisse potius quam a Crasso dici malu-
10 isse." hic Crassus „quin tu" inquit „Antoni, omittis ista 127
quae proposuisti, quae nemo horum desiderat: quibus ex
locis ea, quae dicenda sunt in causis, reperiantur; quae
quamquam a te novo quodam modo praeclareque dicun-
tur, sunt tamen et re faciliora et praeceptis pervagata;
15 illa deprome nobis unde adferas, quae saepissime tractas
semperque divinitus."

„Depromam equidem" inquit „et quo facilius id a te 128
exigam quod peto, nihil tibi a me postulanti recusabo.
meae totius in dicendo rationis et istius ipsius facultatis
20 quam modo Crassus in caelum verbis extulit, tres sunt
r[ation]es ut ante dixi: una conciliandorum hominum,
altera docendorum tertia concitandorum. harum trium 129
partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, ter-
tia vim desiderat. nam hoc necesse est, ut is, qui nobis
25 causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis
propendeat in nos aut defensionis argumentis adducatur

21 ante: *§ 115* || **22**sq. *or. 69*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** vis; ea *Kayser* | ea **C** quae *Bake (at cf. 3, 98)* | in **MUR** om. **VOP** || **3** dissimillimi **C**(**O**^{v}) simillimi **O** || **4** dicat **C** dicit *Sorof² 18* || **5** videatur esse **H** || **8** extimabimus **PU** || **10** et omittis **R**^{v} || **11** posuisti *Lamb* | ⟨non⟩ desiderat *Rom* || **12** ⟨singulis⟩ causis *Herthel 18* | sunt **MP¹R** sint **VO P²U** *Richard* | quae **L** *om.* **M** || **13** a te **M** abs te **VOP**^{m} **UR** exte **P¹** || **15** adferas **AU** aff- **HEVOPR²** efferas **R¹** || **17** inquit **M** inquit Antonius **L** | quo **L** quod **M** id **C** vel **R** || **18** peto **LN**^{v}**H** peta **A** petam **EN** *Sutton* || **19** in dicendo *secl. Orelli Baiter* | rationis **M** orationis **L** moderationis *Madvig¹ 90* | ipsius istius **Eς** || **20** res *Friedrich (cf. 2, 115, 121, 310)* rationes **C** *Galmés Richard Sutton* || **23** orationis *post* partium *transp. Bake* || **25** sit **MRN** est **VOP UN**^{v} | inclinatione **MV²** inclinatioris **L**

aut animi permotione cogatur. sed quoniam illa pars, in
qua rerum ipsarum explicatio ac defensio posita est, videtur omnem huius generis quasi doctrinam continere, de
ea primum loquemur et pauca dicemus; pauca enim sunt,
quae usu iam tractata et animo quasi habere notata videa- 5
30 130 mur. ac tibi sapienter monenti, Crasse, libenter adsentiemur, ut singularum causarum defensiones, quas solent
magistri pueris tradere, relinquamus, aperiamus autem
capita ea, unde omnis ad omnem et causam et orationem
disputatio ducitur. neque enim, quotiens verbum aliquod 10
est scribendum nobis, totiens eius verbi litterae sunt
cogitatione conquirendae; nec quotiens causa dicenda est,
totiens ad eius causae seposita argumenta revolvi nos
oportet, sed habere certos locos, qui ut litterae ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam statim 15
131 occurrant. sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt,
qui est versatus in rerum vel usu, quem aetas denique adferet, vel auditione et cogitatione, quae studio et diligentia praecucurrit aetatem. nam si tu mihi quamvis
eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum 20
in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum, si
erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes,
non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta
promuntur. subacto mihi ingenio opus est, ut agro non 25

25 – p. 157, **1** subacto – iterato *Non. 400, 28* (*propter* subigere)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** aut **LH**^{2}**E**^{2} ab **M** | promotione **R** | sed cum **E**^{1} | in **L** *om.* **M** || **5** usu iam **L**(**R**^{v}) vis◡uiam **AE** vis◡ *(sp. vac. 4 litt.)* viam **H** | et animo quasi habere notata **VOPR** et animo quasi notata habere **U**ς *edd. inde a Lambino* et – notata *om.* **M** || **6** monenti Crasse **VOPR** monenti L Crasse **U** monente L Crasse **M** | adsentiemur **AHVU** ass- **EOPR** assentimur *Bake* || **9** capita ea **M** ea capita **L** | et^{1} **M** *om.* **L** || **12** conquirendae **MVO**^{v}**UR** perquirendae **OP** || **15** explicandam **L** -dum **M** || **16** hi **LH**^{2} ii **H**^{1}**AE** || **17** rerum **M** *(cf. Verr. 4, 138, Balb. 60, Deiot. 7)* rebus **L** rerum cognitione ς | denique aetas **P** | adferet **AH**^{1}**U** afferet **H**^{2}**EVOPR** afferat **P**^{1} affert **P**^{2} *Harnecker* || **19** praecucurrit **M** *cf. 1, 218; 3, 52 et Lebreton 185* praecurrit **L** percurrit **R** || **21** ad pronuntiandum **C**(**O**^{v}) in pronuntiando **O** || **22** idem **L** eidem **M** | in^{2} *om.* **E** *Rom* || **23** et *vol.* **R**

semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. subactio autem est usus, auditio, lectio, litterae.

Ac primum naturam causae videat, quae numquam la- 132
5 tet, factumne sit quaeratur, an quale sit, an quod nomen habeat. quo perspecto statim occurrit naturali quadam prudentia, non iis subductionibus quas isti docent, quid faciat causam, id est quo sublato controversia stare non possit; deinde quid veniat in iudicium, quod isti sic
10 iubent quaerere: interfecit Opimius Gracchum. quid facit causam? quod rei p(ublicae) causa, cum ex s(enatus) c(onsulto) ad arma vocasset. hoc tolle, causa non erit. at id ipsum negat contra leges licuisse Decius. veniet igitur in iudicium: licueritne ex senatus consulto servandae
15 rei p(ublicae) causa? perspicua sunt haec quidem et in vulgari prudentia sita; sed illa quaerenda, quae et ab accusatore et a defensore argumenta ad id, quod in iudicium venit, spectantia debent adferri. atque hic illud 133 31 videndum est, in quo summus est error istorum magi-
20 strorum, ad quos liberos nostros mittimus – non quo hoc

4 *de § 132–135 Barwick 58–64* || 4 *ad § 132; Michel 222; Barwick*[1] *73sq.* || 7 non iis subductionibus: *Barwick 72* || 17.18 id quod in iudicium venit: *Barwick*[1] *66–74* || 18 *de § 133sq. Throm 114–116; Kroll*[3] *1095*

5 *cf. 2,104, 2,113. or. 45; 121; part. or. 33; Top. 92; Quint. 3, 6, 44* || 8 *cf. or. 126. Brut. 275 Top. 95* || 9 *cf. Part. or. 104 et 106* 9–13 isti – Decius: *ORF*[2] *156*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 sed novato **L** *Non om.* **M** novato et *om.* ς *secl. Ellendt Kayser def. Stangl*[8] *ret. Firmani Courbaud Galmés Richard* sed et novato *Reid* || 5 late[t] **A** (t *eadem m. supra lin.*) late◡ **E** late *(sp. vac. 3 litt.)* **H** lateat **L**(**R**[v]) latet **R** || 6 perfecto ς *Rom* || 7 subductionibus **VOP** subactionibus **MUR** || 7–10 quid – Gracchum **L** *om.* **M** || 11 cum **L** quom **M** tum ς || 11.12 s. c. **MR** senatus consulto **VOPU** || 13 id **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* | negat **L** -ant **M** | licuisse Decius **L** licuisse sed ecuius **A** lic. sed ecuius *(sp. vac. 3 litt.)* **H** lic. sed hec huius◡ **E** || 16 scientia *Rom* | quaerenda ⟨ratio est⟩ qua *Muther*[1] *14* | et **MR** *om.* **L** *Richard* || 17 a **L** *om.* **M** | in **MO** ad **VO**[vm]**PUR** || 18 spectantia *Thanner* spectanti **M** spectant ea **L** spectanti ea *Rom* | debent **M** -eant **L** *Richard* || 19 error **LHE**[2] terror **AE**[1] || 20 non quod *Lamb*

quidem ad dicendum magno opere pertineat, sed tamen ut videatis, quale sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur. hebes atque inpolitum! – constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atque temporibus de uni- 5 verso genere quaeratur, alterum, quod personis certis et temporibus definiatur, – ignari omnis controversias 134 ad universi generis vim et naturam referri! nam in ea ipsa causa de qua ante dixi nihil pertinet ad oratoris locos Opimi persona nihil Deci, de ipso enim universo genere 10 infinita quaestio est, num poena videatur esse adficiendus, qui civem ex s(enatus) c(onsulto) patriae conservandae causa interemerit, cum id per leges non liceret. nulla denique est causa in qua id, quod in iudicium venit, reorum personis ac non generum ipsorum universa dubitatione 15 135 quaeratur. quin etiam in iis ipsis, ubi de facto ambigitur, ceperitne pecunias contra leges [P.] Decius, argumenta et criminum et defensionis revocentur oportet et ad genus et ad naturam universam; quod sumptuosus de luxurie;

4–8 *Laurand 93; Riposati 61–74*

16–19 quin – universam: *ORF² 155*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** hebes – inpolitum *secl. Kayser* imperitum *Muther* || **5** appellant **L** -andi **M** || **6.7** alterum – ignari **C** alterum quod propriis nominibus personarum, locorum ac temporum distinctum est in quo uno illi occupati sunt, superius vero illud quod totum in ratione generis positum, quasi non necessarium sit, nullis praeceptis aperiunt: ignari *Lamb ex codd. Memmiano; humanistarum est supplementum (cf. Ellendt ad l.)* || **7** controversias **L** -a **M** -am ς || **9** nihil pertinet **L** ne pertineat **M** || **10** Opimi **V** Opimii **OPRU** optimi **M** | persona **L** -am **M** | Deci **V** Decii **OPRUE** decii **AH** nihil Deci *secl. Friedrich* | enim **C** vero **H** *secl. Friedrich collato § 141 at cf. Harnecker¹ 8 Meister 67 ret. Firmani Courbaud Galmés Richard* || **13.14** interemerit – causa *om.* **E¹** (*suppl.* **E²ᵐ**) interemerit **AH** *(pr. Meister 20 Stangl 12)* interfecerit **L** interemit ς || **14** ex reorum ς *Ernesti* || **15** dubitatione **MR** disputatione **VOPU** *Courbaud (videtur tractum esse e § 138)* || **17** contra leges pecunias *Rom* | P. **L** *om.* **M** *secl. Stangl¹ Friedrich (cf. Part. or. 104 et 106)* | Decius **L** de cuius **M** | argumenta et **L** argumento **M** || **18** criminis **H¹** (*corr.* **H²**) | et² **L** *(pr. Stroebel 8) om.* **M** *del. Ellendt alii* || **19** ad **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Firmani* | luxurie **AH** -ae **E** -a **L** de luxurie *secl. Kayser*

quod alieni appetens, de avaritia; quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus; quod a multis arguitur, de genere testium; contraque, quae pro reo dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communis rerum
5 et generum summas revolventur. atque haec forsitan 136 homini non omnia, quae sunt in natura rerum, celeriter animo comprendenti permulta videantur, quae veniant in iudicium tum, cum de facto quaeratur, sed tamen criminum multitudo est non defensionum aut locorum in-
10 finita.

32 137 Quae vero, cum de facto non ambigitur quaeruntur qualia sint, ea si ex reis numeres, et innumerabilia sunt et obscura, si ex rebus, valde et modica et inlustria. nam si Mancini causam in uno Mancino ponimus, quotienscum-
15 que is, quem pater patratus dediderit, receptus non erit, totiens causa nova nascetur. sin illa controversia causam facit, videaturne ei quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse, nihil ad artem dicendi nec ad argumenta defensionis Mancini nomen pertinet. ac 138
20 si quid adfert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est, et ea tamen ipsa oratio ad

19 *ad § 138 Stroux*[4] *62*

14 Mancini causam: *1, 181*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** de avaritia *secl. Kayser* || **1.2** et turbulentus et malus **R** || **2** de – civibus *secl. Kayser* | ⟨quibus⟩ quod **R** | ad **A** || **2** de genere testium *secl. Kayser* || **3** reo **L** eo **M** || **5** forsitam **A** || **7** comprendenti **AHVU**[1] conprendenti **E** comprehendenti **OPU**[2]**R** | videantur **VOPU** videntur **MR** || **8** cum de **L** quo de **AH** quod e **E** || **9** multitudo est **M** est multitudo **L** | non defensionum aut **L** *(quod defendi posse iure putat Reid)* non defensorum aut **M** et defensionum non *Pearce* aut defensionum non *Piderit quem fere omnes edd. sequuntur* || **11** qualia **L** qualis **M** || **12** sint **C** sunt ς | eis **R**ς || **15** dediderit **C**(**R**^{v}) dederit **P** || **16** nascetur **M** -itur **L** | sin ⟨in⟩ *Ernesti* || **17** videaturne **L** videanturne **M** | dediderit **MOR**^{v} dederit **VPU** | si is **L** ne is **M** || **19.20** at si ς *Vict.* || **20** ⟨aut⟩ hominis ⟨vita⟩ ς | aut indignitas **L** *om.* **M** || **21** dignitas$^{\smile}$ extra **E**; *(sp. vac. 3 litt.* **H**) | quod extra quaestionem sit ea *Bake* | oratio **LN**^{v} ornatione **M** || **21**—p.160, **1** ad *u. ad* disputationem **L** *om.* **M**

universi generis disputationem referatur necesse est. haec ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam; quamquam reprendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis et in tempori-
139 bus positas esse. nam etsi incurrunt tempora et personae, 5 tamen intellegendum est non ex iis, sed ex genere quaestionis pendere causas. sed hoc nihil ad me; nullum enim nobis certamen cum istis esse debet. tantum satis est intellegi, ne hoc quidem eos consecutos, quod in tanto otio etiam sine hac forensi exercitatione efficere potuerunt, ut 10 genera rerum discernerent eaque paulo suptilius expli-
140 carent. verum hoc, ut dixi, nihil ad me. illud ad me ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici: quo modo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum; est enim infinita, si in personis 15 ponitur; quot homines, tot causae; sin ad generum universas quaestiones referentur, ita modicae et paucae sunt, ut eas omnes diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope dicam decantatas habere debeant; nisi forte existimatis a M.' Curio causam didi- 20 cisse L. Crassum et ea re multa attulisse, quam ob rem postumo non nato Curium tamen heredem Coponi esse
141 oporteret. nihil ad copiam argumentorum neque ad cau-

23 *ad § 141 Stroux*[4] *61*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **2** homines **L** -inis **AH**[1]**E**[1] | retarguam **R**[V] || **3** reprendendi **AH**[1] reprehendendi **H**[2]**EL** | ⟨hi⟩ qui **R**ς || **4** describunt **C** *Ellendt Wilkins Courbaud* discribunt *Friedrich Cima* scribunt *Kayser* | in **V**[2] *om.* **OP** || **5** positas **L** *(pr. Havet)* -ita **M** || **8** cum istis certamen *Lag 4 Lamb* | *post* tantum *distinxit Ernesti* || **10** poterant *Bake* || **13** etiam **C** et ς || **14** nunc *inter lin.* **H** | artes **LH**[2]**E**[2] -is **AH**[1]**E**[1] || **16** ponuntur *Lamb* | quot **L** quod **A** q̇ḋ **H** q̃t **E** | sin **LH**[2] sint **AH**[1]**E** | universas **LHE**[2] -sa **AE**[1] || **17** quaestiones **LH**[2]**E**[2] -is **AH**[1]**E**[1] | referentur **M** *(cf. Lebreton 193)* -untur **L** -errentur ς || **18** omnes eas ς *Rom Orelli* || **19** percursas **C** percussas *vel* perversas ς percursuras *Vict.* | dicam **M** *(pr. Meister) om.* **L** || **20** existimatis **H**[2]**EVOPR** extimatis **AH**[1] aestimatis **U** | a m. **MU** a manio **VOPR** a marco ς | Curii nomine *Lamb* || **21** multa **MR** -um **VOPU** | ob rem *om. Rom* || **22** Coponi *scripsi* Coponii **M** Pomponi **V** -ii **OPRU** || **23** oporteret **L** -tet **M**

sae vim ac naturam nomen Coponi aut Curi pertinuit; in genere erat universo rei negotique, non in tempore ac nominibus omnis quaestio. cum scriptum ita sit: SI MIHI FILIVS GENITVR ISQVE PRIVS MORITVR
5 et cetera, TVM VT MIHI ILLE SIT HERES: si natus filius non sit, videaturne is, qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse, perpetui iuris et universi generis quaestio non hominum nomina, rationem dicendi et argumentorum fontis desiderat. in quo etiam isti nos iuris con- **33** **142**
10 sulti impediunt a discendoque deterrent. video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderint, credo ut putaremus in hominibus, non in re consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut, quod homines
15 essent innumerabiles, debilitati [a] iure cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiceremus.

Sed haec Crassus aliquando nobis expediet et exponet descripta generatim. est enim, ne forte nescias, heri nobis

9 *ad § 142 Stroux[4] 60*

3 sq. *cf. de inv. 2, 122*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 ac **C** et *vel* atque ς | naturam **H**[m]**VOP** materiam naturam **U** naturae **MR** | Coponi *scripsi* Copii **M** Pomponi **V** -ii **OPUR** | *post* pertinuit *sp. vac. 3 litt.* **H** pertinuit in genere **E** || 2 rei **L** ei **M** | in tempore **L** interponere **M** || 3 quaestio **L** quaestion' **A** quaestion *(sp. vac. 4 litt.)* **H** quaestionis **E** | cum **LE** quom **AH** || 4 genitur **L** genitor **M** gignitur ς *Ald* | moritur **MU** moriatur **R** *om.* **V** (*suppl.* **V**[m]) **O** (*suppl.* **O**[mal]) **P** || 5 tum ut **C** *(pr. Stangl[9] 96 et Stangl[12])* tum ς *Ellendt quem edd. recc. sequuntur* || 6 videaturne **L** ut videaturne **M** | is **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || 7 sit heres **L** *om.* **M** || 8 rationem **C** ⟨sed⟩ rationem ς *sed recte secl. Friedrich Stangl[12] Courbaud* || 9 fontis **V** -es **OPU** uomes **R** fortis **M** *inde* formas ς || 11 in *om. Richard* || 12 responderint **L** -erit **M** || 13 consultationis **L** consulta rationis **M** || 15 essent innumerabiles **L** *(cf. 1, 34; 1, 181 2, 18, 84; Cael. 53 prov. cons. 21 Phil. 2, 93; 10, 6)* innumerabiles sint **M** innumerabiles essent ς *Ellendt quem edd. recc. sequuntur* || 15 debilitati ⟨ac deterriti⟩ *Sorof Muther[1]* debilitati ⟨metu⟩ *Pearce* | a iure **C** a *secl. Kumaniecki[1]* a iure *secl. Orelli* a – iure cognoscendo *secl. Piderit alii* in iure *Schuetz* numero *Bake* tanto numero *Sorof[2] 18* munere *Stangl[1] 34* etiam in re cognoscenda *Harnecker[1] 8* ad ius cognoscendum *Ellendt* || 18 descripta **C** *Ellendt Courbaud* discripta *Piderit quem alii sequuntur* | est enim **VOPR** *(pr. Stroebel 17)* est et enim **MU**

ille hoc, Catule, pollicitus se ius civile, quod nunc diffusum
et dissipatum esset, in certa genera coacturum et ad ar-
143 tem facilem redacturum". „et quidem" inquit Catulus,
„haudquaquam id est difficile Crasso, qui et, quod disci
potuit, de iure didicit, et quod iis qui eum docuerunt de- 5
fuit, ipse adferet, ut quae sint in iure vel apte describere
vel ornate inlustrare possit. „ergo ista" inquit Antonius
„tum a Crasso discemus, cum se de turba et a subselliis in
144 otium, ut cogitat, soliumque contulerit." „iam id quidem
saepe" inquit Catulus „ex eo audivi, cum diceret sibi cer- 10
tum esse a iudiciis causisque discedere; sed, ut ipsi soleo
dicere, non licebit. neque enim auxilium suum saepe a
viris bonis frustra implorari patietur neque aequo id ani-
mo feret civitas; quae si voce L. Crassi carebit, ornamen-
to quodam se spoliatam putabit." „nam hercle" inquit 15
Antonius „si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in
eodem est pistrino, Crasse, vivendum; et istam tuam osci-

3 *ad § 143sq. Becker 34*

7 *cf. 3, 91* altera dici postulat ornate altera apte

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** se **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii ret Courbaud Richard alii* || **2** dissipatum **EL** dissup- **AH** disputatum **P** | esset **AH** esse **E** est **L** | coarcturum **V** || **2.3** et – redacturum **LN**^{V} *om.* **MN** || **3** facile ς | equidem ς || **4** autquaquam **V**^{1}**P**^{1} || **6** adferet **AH**^{1} afferet **H**^{2}**ER** adfert **VU** affert **OP** | sint **R** *edd.* sit **M** sunt **VOPU** | apte **M** *(cf. 3, 91)* acute **L** *Firmani* aperte *Friedrich*^{2} | describere **C** *Ellendt Courbaud* discribere *Piderit quem alii sequuntur* || **7** ista inquit **AEL** inquit ista **H** *(pr. Friedrich*^{2} *34)* || **8** de turba **MR** a turba **VOPU** || **9** ut cogitat **L** *om.* **M** | soliumque **AH** solumque **E** solitudinemque **L** | contulerit. Catulus. iam **E** | id quod ς || **10** sibi certum **AH**^{2}**E**^{1}**L** sibi incertum **H**^{1}**E**^{2} sibi iam certum *Friedrich*^{2} *fort. recte* || **12** enim **M** enim ipse **L** *(quod etiam probari potest cf. Verr. 2, 91, Cluent. 108)* ipse *del. Ellendt alii* || **12.13** a viris **AHU** auris **E** *om.* **V** viris *om.* **OP** a bonis viris **R** || **13** aequo id **L** *(pr. Meister 75)* id aequo **MU** || **14** ferret **R** || **15** se **M** *(pr. Stroebel 66)* sese **L** *Firmani Richard* | se espoliatam **V** | iam *Mueller*^{1} || **16.17** mecum est in eodem **R** || **16** est *om.* **H** | pistrino **L(R**^{V}**)N**^{V}**E**^{2} *(pr. Stroebel 18)* pristino instituto **MN** pistrino pristino instituto *Sydow 233* | videndum **H** ⟨porro⟩ vivendum *aut* pervivendum *malit Schuetz* | et **MU** *om.* **VOPR** | istam tuam **H**^{2} *(cf. 2, 188) Friedrich* istatim **AH**^{1}**E** istam **L** *Ellendt Wilkins Cima Courbaud*

tantem et dormitantem sapientiam Scaevolarum et ceterorum beatorum otio concedamus.“ adrisit hic Crassus 145 leniter et „pertexe modo“ inquit „Antoni, quod exorsus es. me tamen ista oscitans sapientia, simul atque ad eam con-
5 fugero, in libertatem vindicabit.“

„Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est 34 finis,“ inquit Antonius – „quoniam intellegeretur non in hominum innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis
10 omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate –, ut eam materiem orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi omnibus locis discriptam, instructam ornatamque comprenderent, rebus dico et sen-
15 tentiis. ea vi sua verba parient, quae semper satis ornata 146 mihi quidem videri solent, si eius modi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. ac si verum quaeritis, quod mihi quidem videatur – nihil enim aliud adfirmare possum nisi sententiam et opinionem meam – hoc instrumentum
20 causarum et generum universorum in forum deferre debemus neque, ut quaeque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus, quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu pertractata esse possunt; sed tamen
25 animus referendus est ad ea capita et ad illos, quos saepe iam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem

2 *ad § 145 Kroll*[1] *589*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** et dormitantem **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii at cf. Wilkins ad l.* | Scaevolarum et ceterorum *secl. Bake* || **3** leniter **OPR** *(pr. Friedrich*[2] *35)* leviter **MVU** | pertexe **VOPU** pretexe **R** praetexte **M** praetexte ⟨Crassus⟩ modo **E** || **4** me **L** *om.* **M** || **7** cum **E**[1] (*corr.* **E**[2]) | intellegeretur **M** *(pr. Sorof*[2]*)* intelligitur **L** | in **L** *om.* **M** || **8** in **L** *om.* **M** || **13** discriptam *Piderit quem omnes secuti sunt* descr- **C** || **14** comprenderent **AH** comprehenderent **EL** || **15** eaque *Bake* | vi **M** vi ut **L** | parient **MN** *(pr. Meister 57)* rapiant **VOPU** rapient **RN**[v] *Heusinger Schuetz* pariant **ς** *Rom* pariet *Bake Piderit alii* || **16** sint **Rς** *Lamb* || **17** at si **U**[2] | vero **V** || **18** videatur **C** videtur *Stangl*[1] *35* || **19** et **C** vel *Friedrich* || **20** in forum **L** *om.* **M** || **23** qui ea **P**[m] *adscr.*

147 inventa ducuntur. atque hoc totum est sive artis sive animadversionis sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venere et pervestiges quod quaeras. ubi eum locum omnem cogitatione saepseris, si modo usu rerum percallueris, nihil te effugiet atque omne, quod erit in re, occur- 5
35 ret atque incidet. et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint: acumen, deinde ratio – quam licet, si volumus, appellemus artem – tertium diligentia, non possum equi-
148 dem non ingenio primas concedere; sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat – diligentia, 10 inquam, quae cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum valet. haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda, haec nihil est quod non adsequatur. causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est; ut adversarium attente audiamus atque ut eius 15 non solum sententias, sed etiam verba omnia percipiamus, voltus denique perspiciamus omnis, qui sensus animi plerumque indicant, diligentia est – id tamen dissimulanter
149 facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est –; deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post 20 pervolvatur animus, ut penitus insinuet in causam, ut

1 *ad § 147–150 Fiske 86; Steidle 30 sq.*

7 tria: *Plato Phaedr. 269 D* || paulo post: *§ 162 sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** dicuntur **P**^{1}ς *Rom* || **2** adversionis **U**^{1} (*corr.* **U**^{2}) | sive consuetudinis **L** *om.* **M** || **3** venere et **L** venire et **A** venire *(sp. vac. 8 litt.)* et **H** venire◡ et **E** *inde* venire debeat et ς venire debeas ut *Rom* venire ut *Ald Iunt Man Lamb* | quod quaeras **L** quoquę res **AE** quoque res **H** | eum **MV O**^{v}**RU** enim **OP** || **4** *post* cogitatione *sp. vac. 5 litt.* **H** | saepseris **LH**^{2}**E**^{2} sapseris **AH**^{1}**E**^{1} | usu **VOPR** *(cf. Lebreton 179)* usum **MU** || **6** et sic **U**ς *edd.* et si **C** et scilicet *Reid* | cum **EL** quom **AH** quoniam *Stangl*^{7} | ad inveniendum **AHE**^{2}**VO**^{m}**R** ad veniendum **E**^{1}**O PU** || **7** ⟨haec⟩ tria **U** *Lamb* | sint **L** sunt **M** adsint *Reid* || **10** ex tarditate *secl. Sorof* ex tarditate ⟨ad acumen⟩ *Muther*^{1} *18* || **11** quae **MUR** *om.* **VOP** || **12** colenda est **H**^{2}**L** colendast **AH**^{1} colenda sunt **E** | nobis **L** vobis **M** || **15** attente **M** -ti **L** || **16** percipiamus **M** excipiamus **L** || **17** sensus **M** -um **L** || **18. 20** id – est *del. Schuetz alii* || **20** in **L** *om.* **M** | locis **MV**^{m}**O**$^{m\,al}$**P**^{m}**RU** sociis **V**^{v}**OP**^{1} || **21** pervolvatur **L** *Ellendt Wilkins Cima Courbaud (cf. Meister 62)* revolvatur **M** *Friedrich (pr. Stangl*^{1} *35)* ⟨se⟩ penitus *Richard*

sit cura et cogitatione intentus, diligentia est ut⟨que⟩ iis
rebus adhibeat tamquam lumen aliquod memoriam, ut
vocem, ut viris ⟨intendat⟩. inter ingenium quidem et dili- 150
gentiam perpaulum loci reliquum est arti. ars demonstrat
5 tantum ubi quaeras, atque ubi sit illud quod studeas in-
venire; reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione,
vigilantia, adsiduitate, labore; complectar uno verbo, quo
saepe iam sumus usi, diligentia, qua una virtute omnes
virtutes reliquae continentur. nam orationis quidem co-
10 pia videmus ut abundent philosophi, qui, ut opinor, – sed
tu haec, Catule, melius – nulla dant praecepta dicendi nec
idcirco minus, quaecumque res proposita est suscipiunt,
de qua copiose et abundanter loquantur.

36

Tum Catulus „est“ inquit „ut dicis, Antoni, ut pleri- 152
15 que philosophi nulla tradant praecepta dicendi et ha-
beant paratum tamen quid de quaque re dicant. sed
Aristoteles, is quem ego maxime admiror, posuit quosdam
locos ex quibus omnis argumentatio non modo ad philo-

3 *ad § 150 Liebers 23* || **14** *de § 152sq. Becker 34* || **16–p. 166,7** *Laurand 16*

17 Aristoteles *sc. in Topicis*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ⟨inveniendis rebus⟩ intentus *Muther*[1] *29* | diligentia est ⟨diligentia est⟩ *Mueller*[1] *18* | ut⟨que⟩ *Bake* ut **C** || **2** lumen **C** columen *Muther*[1] *20* || **3** ut **C**(**O**[v]) et **O** | intendat *ins. Kumaniecki*[1] viris inter **AH** (*post* inter *sp. vac. 6 litt.* **H**) viris inter ◡ **E** vires haec magna sunt. inter **L** viris ⟨diligentia est⟩ *Ernesti quem multi sequuntur; alii aliter:* vires ⟨intendat diligentia est⟩ *Sorof*[2] *20* vires ⟨ut gestum moderetur, diligentia est⟩ *Muther*[1] *20* vires ⟨haec unast⟩ *Stangl*[7] *23 Meister 30* | et **L** det **M** || **4** reliquum **HV**[2]**P**[al] **UR** relicuum **A** *(pr. Havet propter clausulam)* relicum **V**[v]**E** relictum **OP** | ars **L** *om.* **M** || **5** tamen *Rom* || **6** reliqua **M** reliqua vero **VOPR** reliqua quae **U** | cogitatione **M** et cogitatione **L** || **7** complectar **VOPU** -or **MR** | hoc uno *Rom* || **8** sumus usi **VR** sum usus **OPU** *(pr. Herthel)* sumus **M** | virtute omnes **OPRU** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich at recte def. Meister 31* omnes *om.* **V** *secl. Sorof*[2] *20 Firmani* || **12** proposita est **E**[2]**L** propositast **A** propositae sunt **E**[1] positast **H**[1] posita est **H**[2] | suscipiant **R** || **17** maxime ego *Rom* | posuit **M** proposuit **L** *Richard Sutton* || **18** argumentatio **LN**[v] *(pr. Stroux*[2] *141)* argumenti **M** *inde varia supplementa:* argumenti ratio ς *Lamb vel* argumenti via **N** *Lag 4, 32, 36* argumentandi ratio *duo codd. Lamb* argumenti via ac ratio *Mueller* argumentorum vis *Bake* argumenti usus *Sorof*[2]

sophorum disputationem, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, inveniretur; a quo quidem homine iam dudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia, sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem mihi (5) magis veri simile videtur; plus enim te operae Graecis dedisse rebus video quam putaramus.“ tum ille „verum“ (153) inquit „ex me audies, Catule. semper ego existimavi iucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nul- (10) lam Graecarum rerum significationem daret. atque ego idem existimavi pecudis esse, non hominis, cum tantas res Graeci susciperent, profiterentur, agerent seque et videndi res obscurissimas et bene vivendi et copiose dicendi rationem daturos hominibus pollicerentur, non admovere (15) aurem et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos civis auctoritatem tuam, subauscultando tamen excipere voces eorum et procul quid narrarent attendere. itaque feci, Catule, et istorum omnium summatim causas (37, 154) et genera ipsa gustavi.“ „valde hercule“ inquit Catulus, (20) „timide tamquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam adpulisti, quam haec civitas aspernata numquam est. nam et referta quondam Italia

8 *de § 153 Kroll, Studien zum Verhältnis der römischen Literatur 1 sqq.; Weidner 62*

11.12 *Arch. 15* atque idem ego hoc contendo || **21** *Rabir. 25* ad eos scopulos appulisses || **23** sq. *cf. Tusc. 4, 2*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** orationem **M** disputationem **L** *secl. Ernesti Richard Sutton* || **3** non abhorret nec aberrat **V** || **6** magis *secl. Friedrich (at cf. Harnecker*[1] *p. 9)* || **6** enim *om.* **R** || **7** putaramus **A** putar[a]emus **E** putaremus **R** putaram **HV OPU** || **10** minimum **P** || **11** Graecorum **P** | atqui *Kayser* || **11.12** ego idem **C** idem ego ς *Schuetz* || **13** seque **M** seseque **L** || **14** vivendi **PU** videndi **MVOR** *(cf. simile mendum § 144)* || **15** daturos hominibus **M** hominibus daturos **L** | admonere **O** || **16** palam audire eos non auderes **LN**[v] ipsa iam audires eos non audires **M** || **18** exciperes **H**[1] *(sed* s *erasum)* | voces **H**[2]**L** -is **M** | ipsorum eorum **U** | narrarent **MVU** *(pr. Meister)* pararent **OPR** || **20** genera **L** Graeca **M** || **21** poculum *Kiessling*[1]

Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Graecia; – ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis ante permultis fuit quam ipse Pythagoras; quo etiam maior
5 vir habendus est, cum illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope saeculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse senserunt; – et certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio,
10 qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt. atque ego hoc ex iis saepe audivi, cum 155 dicerent pergratum Atheniensis et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum legatos de suis rebus maximis mitterent, tris illius aetatis nobilissi-
15 mos philosophos misissent Carneadem et Critolaum et Diogenem. itaque eos, dum Romae essent, et a se et ab aliis frequenter auditos; quos tu cum haberes auctores, Antoni, miror cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris." „minime" inquit Antonius 156
20 „ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium": „paucis nam omnino haud placet." sed tamen

19 *alludit ad Antiopam Pacuvii cf. TRF*[3] *p. 86 Pac. Antiopa II, ROL II 160; Rhet. ad Her. 2, 43* || **21** *TRF*[3] *p. 73, Ennius inc. fab. v. 340; Scaen. v. 376 V*[3]*; ROL I 368 sq.* | *cf. Cic. Rep. 1, 30* atque idem ... Zethum illum Pacuvi nimis inimicum doctrinae esse dicebat; magis eum delectabat Neoptolemus Ennii qui se ait philosophari velle sed paucis nam omnino haud placere: *Tusc. 2, 1* Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** in hac gente *secl. Reid* || **2** illa *deletum lineola* **V** *om.* **O** (*suppl.* **O**[m alii]) **P** || **3** regem **M** illum regem **L** || **3.4** annis ante permultis **MR** annis permultis ante **L** permultis annis ante *Lamb* || **5** cum **H**[2]**EL** quom **AH**[1] *(pr. Stangl*[12]*) Firmani* quoniam *Stroebel* quod *Sorof Sutton* || **6** cognovit **C** *(pr. Stangl*[12]*)* cognorit *Henrichsen Piderit alii* || **7** ullos **C**(**O**[v]) hos **O** || **9** P. *om.* **E** || **11** hoc **MR** *om.* **VOPU** | ex iis **AH**[1]**E** ex hiis **H**[2] ex his **R** ex istis **VOPU** *Richard* || **12** Atheniensis **M** -es **L** || **14** rebus maxumis **M** maximis rebus **L** | tris **AEL** tres **H** || **16** eos dum Romae essent **MU** eos esse tum Romae **VOPR**[v] eos cum Romae essent *Rom* || **17** tu **VOPU** tum **MR** | cum **AH**[2]**EL** quom **H**[1] *om.* **R** | auctores **L** *om.* **M** *del. Friedrich*[2] *35* || **18** Zetus **VOPU** Zenis **R** Zetius **AE** Zecius **H** || **19** minime ⟨vero⟩ *Lamb* || **20** ac si **PU**[1]**R** || **21** nam ⟨re⟩ **R**

haec est mea sententia, quam videbar exposuisse: ego ista studia non improbo, moderata modo sint; opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui res iudicent, oratori adversariam esse arbitror. inminuit 38 157 enim et oratoris auctoritatem et orationis fidem. sed ut 5 eo revocetur unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem eum fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco *διαλεκτικήν* appellaret? in hac arte, si modo est 10 haec ars, nullum est praeceptum quo modo verum in- 158 veniatur, sed tantum est quo modo iudicetur. nam et omne quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus aut non esse – et, si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici ut iudicent verumne sit an falsum, et, si coniuncte sit elatum et 15 adiuncta sint alia, iudicant rectene adiuncta sint et verane summa sit unius cuiusque rationis; et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus et multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope 20 159 retexantur. hic nos igitur Stoicus iste nihil adiuvat, quoniam quem ad modum inveniam quid dicam non docet; atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quae

5 *ad § 157–159 Michel 113. 365 adn. 312* || **21.22** *Laurand 51 sq.; Kroll*[1] *560. 583. 589; Kroll*[2] *685; Kroll*[3] *1082*

esse sed paucis, nam omnino haud placere. *Gell. N. A. 5, 15, 9; 16, 9; Apul. Apol. 13*

2 moderata modo sint: *Plato Gorg. 484 C* || **10–12** in hac – iudicetur **K** *§ 425 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quam ⟨omnino⟩ **HE**[2] || **2** studia **C**(**O**[v]) studio **O** || **3** suspicionem ⟨omnem⟩ *Lag 4 Lamb* || **6** huc *om.* **P** *secl. Kayser* || **8** eum **MUR** *om.* **VOP** *secl. Piderit Richard* || **9** et falsa **R** || **10** *διαλεκτικήν* **VOR** **U** dialecticen **AHPR** dialecticem **E** || **12** tamen **P**ς | et **C** *secl. Ernesti alii* est *Wyttenbach* || **13** eloquimur ⟨eloquimur⟩ *Pearce* | sic ut **C**(**R**[v]) fit ut ς | id **MU** *om.* **VOPR** | dicamus **MU** dicamus id **VOPR** || **14** et **C** id *Schuetz secl. Bake Sorof*[2] *21* || **15** verumne **L** verum **M** || **16** alia **L** alteri **M** | iudicant **M** -ent **L** *secl. Ellendt* || **17** uniuscuiusque **L** unius **AH** uniuscu⟩que **E**

negat ullo modo posse dissolvi et genus sermonis adfert
non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum,
concisum ac minutum. quod si qui probabit, ita probabit,
ut oratori tamen aptum non esse fateatur. haec enim
5 nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda,
ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda,
quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina
examinantur. quare istam artem totam dimittimus, quae 160
in excogitandis argumentis muta nimium, est in iudicandis
10 nimium loquax. Critolaum istum, quem simul cum Diogene
venisse commemoras, puto plus huic nostro studio
prodesse potuisse. erat enim ab isto Aristotele, a cuius
inventis tibi ego videor non longe aberrare. atque inter
hunc Aristotelen, cuius et illum legi librum, in quo ex-
15 posuit dicendi artis omnium superiorum et illos, in qui-
bus ipse sua quaedam de eadem arte dixit, et hos ger-
manos huius artis magistros hoc mihi visum est interesse,
quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim
naturamque viderat, haec quoque aspexit quae ad dicendi
20 artem, quam ille despiciebat, pertinebant; illi autem qui

14 librum: *Laurand 28*

6–8 ad oblectandos – examinantur *Non. 180, 25* (*propter* trutina) || **14** librum *i. e. Συναγωγὴ τεχνῶν cf. de inv. 2, 6 (Brut. 46)* || **15** illos *i. e. Rhetoricam et Topica* || **20** despiciebat *cf. off. 1, 4*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** negat **MR** -et **VOPU** || **2** liquidum **C** laetum ac nitidum *Vassis*[2] || **3** ac **HEL** *(pr. Stangl*[12]*)* atque **A** *Kayser* et ς | qui **C** quis ς *Richard Sutton* || **6** ad[1] **M** *Non (pr. Meister 38)* et ad **L** | ad[2] **MU** et **VOPR** || **7** aurificis **C** artificis *Non* ς *Rom* | populari quadam **MR** *Non* quadam populari **VOP** quodam populari **U** | ruina **A**[1] (*corr.* **A**[3]) || **8** dimittimus **M** -amus **L** *Sutton* -emus ς *Orelli Ellendt alii* || **9** muta **L** multa **M** || **10** nimium *secl. Havet* | simul cum **L** *Courbaud* cum **M** simul *del. Ellendt alii ret. Courbaud Richard (cf. Tull. 20)* || **11** puto **L** *om.* **M** | nostro studio **C** studio nostro ς || **12** isto **MVOP** ipso **UR** || **13. 14** inter hunc **MU** hunc inter **VOPR** || **14** Aristotelen **VU** -lem **MOPR** *secl. Lamb Kayser* || **15** artis **M** -es **L** -em *Rom* || **16** suam quandam artem edidit *Bake* | de eadem arte *secl. Kayser* || **19** viderat **MVOP** videat **U** videret **R** | aspexit **L** *(cf. Stroebel 17)* ⟨viderat⟩ aspexit **M** || **20** ille **C** ipse *Purgold* scilicet *Bake del. Kayser* | despiciebat **MOU** disp- **VO**[v]**PR**

hoc solum colendum ducebant, habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu
161 in hoc uno genere studioque maiore. Carneadi vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda
nobis; qui nullam umquam in illis suis disputationibus 5
rem defendit quam non probarit, nullam oppugnavit quam non everterit. sed hoc maius est quiddam quam ab his, qui haec tradunt et docent, postulandum sit.

39
162 Ego autem si quem nunc rudem plane institui ad dicendum velim, his potius tradam adsiduis, uno opere 10
eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnis tenuissimas particulas atque omnia minima mansa ut nutrices infantibus pueris in os inserant. sin sit is qui et doctrina mihi liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio esse videatur, illuc eum rapiam, 15
ubi non seclusa aliqua acula teneatur, sed unde universum flumen erumpat; qui illi sedes et quasi domicilia omnium argumentorum commonstret et ea breviter inlustret
163 verbisque definiat. quid enim est in quo haereat qui

9 *ad § 162 Barwick 73 sq.* || **19** *de § 163–173 Wallies. De fontibus topicorum Ciceronis Diss. Halle 1878; Kroll^{1} 590; Sternkopf 20 sq.; Solmsen^{1} 172; Michel 221; Barwick 73–76, Barwick^{1} 65*

12 *cf. Quint. 10, 1, 19*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** hoc **CN**^{v} hunc **N**^{al} | colendum ducebant **LN**^{v} *(pr. Meister 34)* colebant **AHE**^{2}**N** celebrabant **E**^{1} | habitarunt **C** -taverunt **U** laboraverunt **R**ς laborarunt *Rom (at cf. Orator 49)* | ratione **C** oratione ς || **2** quam **E** | ille **MUR** illi **VOP** | usu *in ras.* **E** || **3** vero **MOPUR** verso **VO**^{vm} || **4** et **AH** **OPUR** sed^{et} **E** ac **V** || **6** rerum **P** | oppugnavit **L** -arit **M** expugnavit ς || **7** quiddam **C** qu^{o}iddam **V** quo^{i}ddam **P** quod quidam **R** quoddam *Rom* | quam **M** *(cf. Lebreton 291 Meister 37)* quam ut **L** || **9** rudem plane **M** plane rudem **L** || **11** incudinem *Pol* || **12** minimansa **H**^{1} (*corr.* **H**^{2}) | mansa **MUR** *adscr.* **V**^{m} *om.* **O**^{1} (*adscr.* **O**^{mal}) **P** minima *secl. Pluygers* | ut **M** ut aiunt **L** || **13** puerissimos inserant **V** pueris in os inserant **V**^{m} | qui et **L** quid ◡ de **AH** quid de **E** qui *Lag 32* qui mi et *Stangl^{7} 54* || **14** mihi **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* || **15** acri **C** acer ς *Rom* | illuc eum **L** illum eum **AHE**^{2} illum enim **E**^{1} || **16** acula **MO** aqula **VU** aquula **PR** | universum **MUR** univorsum **VO**^{m}**P** univorsorum **O** || **17** illi **C** et illi ς *Steph* ut illi *Iunt. Man* | quasi **M** tanquam **L** || **18** commonstret **C** cum monstret **E** monstret *vel* demonstret ς || **19** quid est enim *Mueller*

viderit omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura aut adsumi foris? ex sua vi, cum aut res quae sit tota quaeratur, aut pars eius, aut vocabulum quod habeat, aut quip-
5 piam, rem illam quod attingat; extrinsecus autem, cum ea quae sunt foris neque haerent in rei natura, colliguntur. si res tota quaeritur, definitione universa vis expli- 164
canda est sic: si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Ro-
10 mani tradidit, non qui eum qui id fecisset populi Romani potestati tradidit. sin pars, partitione hoc modo: aut se- 165
natui parendum de salute rei publicae fuit, aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum: aliud consilium superbum, suum adrogans; utendum igitur
15 fuit consilio senatus. si ex vocabulo, ut Carbo: „si consul est qui consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?" sin 166
ab eo quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes ac loci. nam et coniuncta quaeremus et genera et partis generibus subiectas et similitudines et dissimilitudines et
20 contraria et consequentia et consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia et causas rerum vestigabimus et

15 ex vocabulo: *Riposati[1] 86* || **17** *ad § 166 Riposati[1] 89–90*

7–11 si res – tradidit: *ORF[2] 232* || **15. 16** si consul – Opimius: *ORF[2] 155* || **17–21** ab eo – repugnantia **K** *§ 426 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1. 2** aut ad probandum aut ad **L** | ad[2] *exp.* **V** | aut ad probandum aut *om.* **AHE[1]** aut comprobandum **E[2]m** *utrumque* ad *secl. Friedrich at cf. Meister 35* || **2** ex **C** in **V[2]** *Rom* | sua sumi vi atque **L** sua sum vivatque **M** ex ⟨re⟩ sua sumi vi *Reid* || **3** ex *secl. Reid* | cum **L** quom **M** tum cum *Rom* | quaeritur *Kayser* quaeretur *Richard* || **5** rem illam quod **C** quod rem illam **U**ς | quot **V[1]** | *post* attingat *sp. vac. 8 litt.* **H** || **6** haerent **M** *(pr. Stroebel collato Top. 8 et 72)* inhaerent **L** *Firmani Sutton* || **7** vis **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii* || **8** est **LH[2]E[2]** et **M[1]** || **11** sin pars **L** sed in **M** sein *Stangl[7] 19* | partitionem **R** || **14** suum **OPR** sum **V** suum (sive *supra*) **M** sive **U** *Vict.* || **15** fuit *om.* **V** *secl. Stangl[12]* | si ex **M** sin ex **L** | Carbo: si **LN[V]** caruos ei **M** Carbo is **R** Carbo: sei *Stangl[7] 19* || **16** sin *om.* **E[1]** (*suppl.* **E[2]**) || **17** attingit **MKU** -at **VOPR** *Sutton* || **18** quaeremus **C** -imus **K** *Lag 32 Ald Iunt* || **20** consequentia **L** *(cf. Top. 11)* sequentia **M** || **21** vestigabimus **C**(**V[V]R[V]**) investigabimus ς *Rom*

40 ea, quae ex causis orta sint, et maiora, paria, minora quae-
167 remus. ex coniunctis sic argumenta ducuntur: si pietati
summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metel-
lum tam pie lugere videatis. ex genere autem: si magistra-
tus in populi Romani esse potestate debent, quid Nor- 5
banum accusas, cuius tribunatus voluntati paruit civi-
168 tatis? ex parte autem ea, quae est subiecta generi: si
omnes, qui rei p(ublicae) consulunt cari nobis esse debent,
certe in primis imperatores, quorum consiliis, virtute, pe-
riculis retinemus et nostram salutem et imperii dignita- 10
tem. ex similitudine autem: si ferae partus suos diligunt,
qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? at
169 ex dissimilitudine: si barbarorum est in diem vivere,
nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. at-
que utroque in genere et similitudinis et dissimilitudinis 15
exempla sunt ex aliorum factis aut dictis aut eventis et
fictae narrationes saepe ponendae. iam ex contrario:
170 si Gracchus nefarie, praeclare Opimius. ex consequentibus:
si et ferro interfectus ille et tu inimicus ei cum gladio cru-
ento comprensus in illo ipso loco et nemo praeter te ibi 20

2 ex coniunctis: *Riposati[1] 91–94* || **4** ex genere: *Riposati[1] 94–99* || **11** ex similitudine: *Riposati[1] 99–108* || **17** ex contrario: *Riposati[1] 108–113* || **18** ex consequentibus: *Riposati[1] 115*

4–6 si magistratus – civitatis: *ORF[2] 232* || **11** *cf. Top. 41–45* || **14–18** atque – consequentibus **K** *§ 426 (p. 492 Schw.)* || **17** fictae orationes: *Top. 45* || **18** Si – Opimius: *ORF[2] 155*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** ex *om.* ς | sint **M** sunt **L** *Sutton* || **2** ducuntur **C** dicuntur *vel* queruntur ς || **3** cum **H[2]E[2]L** quom **AH[1]** cumque **E[1]** || **5** in populi Romani esse potestate debent **M** in potestate populi Romani esse debent **L** in populi Romani potestate esse debent *Piderit* || **8** omnes **LE[2]** omnis **AHE[1]** | nobis **L** vobis **M** || **10** imperii **CR[m]** periculi **R** || **11** suios **A** || **12.13** et ex **R** || **13** si **MUR** *om.* **VOP** || **14** sempiternum **MUR** in sempiternum **VOP** | atque **C** at ς || **16** eventibus *Pol* || **17** narrationes **L** -onis **MK** | iam **VOPU** tam **MK** tum **R**ς || **18** si – Opimius *om.* **K** | si Gracchus **L** sei Gracchus *Stangl[7] 19* si T. Gracchus **M** si C. Gracchus *Lag 4, Sorof[2] 21* | nefarie – Opimius **L** *om.* **M** | quam ex **K** || **19** ut si ex ferro interfectus est **R** | ei **M** et **L** eius *Lag 32 Ellendt* || **20** comprensus **M** comprehensus ⟨es⟩ **L** *Sutton*

visus est et causa nemini et tu ⟨natura⟩ semper audax, quid est quod de facinore dubitare possimus? ex consentaneis et ex praecurrentibus et ex repugnantibus ut olim Crassus adulescens: „non si Opimium defendisti,
5 Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. simulasse te et aliquid quaesisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam legem in tribunatu tulisti quod semper a bonis dissedisti.“ ex causis autem re- 171
10 rum sic: avaritiam si tollere voltis, mater eius est tollenda, luxuries. ex iis autem quae sunt orta de causis: si aerarii copiis et ad belli adiumenta et ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus serviamus. maiora autem et minora 172 et paria comparabimus sic: ex maiore: si bona existimatio
15 divitiis praestat et pecunia tanto opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda! ex minore:

2 ex consentaneis *eqs.*: *Riposati*[1] *116–129* || **9** ex causis: *Riposati*[1] *129–135* || **11** ex iis . . . quae sunt orta de causis: *Riposati*[1] *135–137* || **13** *ad § 172 Riposati*[1] *137–146*

4–9 non si – dissedisti: *ORF*[2] *241* || **9sq.** ex causis – luxuries **K** *§ 427 (p. 492 Schw.)* || **16**–p. 174, **5** ex minore – pecunias **K** *§ 427 (p. 492 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** visus est **M** visus **L** | tu natura *Stroebel 16, Sydow 234* tu ne **M** tu **L** tute *Stangl*[1] *35* || **2** possimus **C** -umus **R**ς | et ex consentaneis *Sorof* || **3** et[1] **M** *om.* **L** | et[2] **L** *om.* **M** | ex[1] *del. Piderit* | et ex repugnantibus *Rom et omnes editores* et repugnantibus **VOPR** *Piderit* ex repugnantibus **U** expugnantibus **M** (ex^re^pugnantibus **A**) et pugnantibus *Lag 32* || **4** olim **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *35 alii* | adolescens **E** || **6** aliquid **M** aliud quid **L** *Richard Sutton* | -um est **H**[2] **EL** perspicuumst **AH**[1] | Ti. **AH** Tibi **E** Tiberi **VU** Tiberii **OPR** || **8** socius **C** conscius ς *Bake* | fuisti quod eam legem **L** fuisti quidem legem **AE** (*in mge* ◡) fuisti *(sp. vac. 6 litt.)* quidem legem **H** fuisti quod legem ς *Reid* || **9** a **AH** ab **E** *om.* **L** | dissedisti **M** dissensisti **L** || **10** tollenda est **K** || **14** paria comparabimus **A**[2] **URV**^m^ *omnes editores (cf. Part. or. 2, 7)* paria . mus **A**[1] paria *(sp. vac. 8 litt.)* mus *(sp. vac. 12 litt.)* **H**[1] paria mus **E**[1] paria quaeremus **H**[2] **E**[2] paria **VOP** (comparabimus *omisso*) || **16** est expetenda **C** expetenda est ς | ex minore **M** ex minore sic **L** *Richard*

hic parvae consuetudinis
causa huius mortem tam fert familiariter:
quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?

ex pari: est eiusdem et eripere et contra rem publicam lar-
173 giri pecunias. foris autem adsumuntur ea, quae non sua 5
vi sed extranea sublevantur ut haec: hoc verum est; dixit
enim Q. Lutatius. hoc falsum est; habita enim quaestio
est. hoc sequi necesse est; recito enim tabulas. de quo
41 174 genere toto paulo ante dixi. haec ut brevissime dici po-
tuerunt, ita a me dicta sunt. ut enim si aurum cui, quod 10
esset multifariam defossum commonstrare vellem, satis
esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, qui-
bus cognitis ipse sibi foderet et id, quod vellet, parvo la-
bore nullo errore inveniret, sic has ego argumentorum no-
tavi notas quae quaerenti demonstrant ubi sint; reliqua 15

5 *ad § 173 Riposati*[1] *144–159; Barwick 74* || **9** *ad § 174 Kroll*[1] *592* || **14** argumentorum . . . notas: *Riposati*[1] *18*

1 sqq. *Ter. Andria 110–112* || **10** sqq. *cf. part. or. 109 fin. 4, 4, 10*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **4** ex pari **C** ex pari sic *Rom Piderit* | est **LK** es **M** et **E**[2] | et[2] **M** *inde a Schuetz omnes editores om.* **L** *secl. Meister 45* | rem publicam **L** rem **M** re **K** | largiri *Vet Steph quem inde a Schuetz omnes sequuntur* et largiri **CK** elargiri ς *Pearce* || **5** adsumuntur **AHVU** ass- **EO**[v]**PR** expetuntur **O** || **5.6** sua avi **E** || **6** extranea **MUR** -eae **VOP** || **7** Q. **L** quae **AHE**[1] (*litt.* uae *exp.* **E**[2]) | est **C** *om.* ς || **8** consequi *Vict.* | recito **C**(**N**[v]) *(cf. Sest. 10; Cluent. 99; Quinct. 89 Verr. 3, 26 Phil. 13, 48)* recita **R** *Sorof Friedrich Courbaud (coniectura notabilis sed minime necessaria)* recitato **N** recitato *Lag 32* || **10** cui **LN**[v] quoi *Friedrich* quo id **M** quidem **N** || **11** commonstrare **L** quom monstrare **AH** cum monstrare **E** || **12** ostenderent **E** || **13** ipse sibi **MN** ille sibi ipse **LN**[v] ille ipse sibi *Rom* | parvulo *Piderit* || **14** notavi *Schuetz Cima Courbaud* novi **C**(**N**[v]) erui **N** *om.* ς *secl. Gruter* quasi notavi *Pearce* volui ς *Ellendt Friedrich* evolvi *Klotz*[2] recognovi *Stangl*[1] enumeravi *Sorof*[2] *Adler* || **15** quae quaerenti *Pearce quem sequuntur Cima Wilkins Courbaud* quaerenti **M** quae illa mihi quaerenti **L** *Rom Adler* quae illa quaerenti *Schuetz* quaerentique *Sorof Stangl*[1] | demonstrant **C** *Pearce Cima Courbaud* demonstrari *Lag 2, 4, 13, 36* demonstrare *Ellendt Friedrich* demonstravi *Gruter Stangl*[1] *Kayser* | ubi sint *secl. Kayser*

cura et cogitatione eruuntur. quod autem argumentorum 175
genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est
artis exquisitae praescribere, sed est mediocris ingenii
iudicare. neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam
5 dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus
nostri quasi quaedam monita tradamus. his igitur locis
in mente et cogitatione defixis et in omni re ad dicendum
posita excitatis, nihil erit quod oratorem effugere possit,
non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in
10 ullo genere dicendi. si vero adsequetur, ut talis videatur, 176
qualem se videri velit, et animos eorum ita adficiat apud
quos aget, ut eos quocumque velit vel trahere vel rapere
possit, nihil profecto praeterea ad dicendum requiret.
iam illud videmus nequaquam satis esse reperire quid
15 dicas, nisi id inventum tractare possis. tractatio autem 177
varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat aut
defetigetur similitudinis satietate. proponi oportet quid
adferas, et quare ita sit ostendere; ex isdem illis locis
interdum concludere, relinquere alias alioque transire;
20 saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda, quid proponendum fuerit, declarare; si cui quid simile dicas, prius

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** eruuntur **MOPU** oriuntur **VR** cernuntur *Lag 2* || **3** exquisitae **VPU** -te **MOR** | perscribere **E**[1] (*corr.* **E**[2]) | sed est **M** et est **VOPR** sed et est **U** || **4** enim *om.* **H** || **6** nostri **L** nostris **M** | quaedam quasi *Lamb* | monita **M** admonita **VU** ammonita **OPR** || **9** foro sensibus **OP** | disputationibus ς || **10** ullo **C** nullo ς || **10–13** si vero – requiret *secl. Bake Kayser* | adsequetur **AH** assequetur **E** adsequitur **VU** assequitur **OPR** || **11** se **L** *om.* **M** | adficiat **AHVU** afficiat **EP**[2] afficiet **OP**[1]**R** || **13** ad vincendum *Stangl Jhb. f. klas. Phil. 1895, 783* || **14** esse satis **R** || **15** tractare **MV**[m]**O**[m]**RN** tradere **OPUN**[v] trade **V**[v] | possit **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **16** esse debet **MR** debet esse **L** *(quod etiam probari potest cf. e. g. Quinct. 76 Verr. 2, 58; de imp. Pomp. 36 Cluent. 124,126 Planc. 50)* | ne aut cognoscat **L** ne aut cognoscatur **AH** ut cognoscatur **E**[1] ne ut cognoscatur **E**[2] ne aut agnoscat *Lag 6 Vict. Bake* | artem **L** item **M** | audit ς *Ellendt* || **17** defetigetur **AHVPU**[2] defat- **EOU**[1]**R** | similitudinis **LA**[3] -ini **M** | satietatem **U** || **18** et quare **M** *(pr. Stangl*[6]*)* id quare **L** et id quare ς || **19** relinquere alias **M** alias relinquere **L** | alioque **L** alio qui **M** *inde* alioquin *vel* aliorsum ς || **20** adferenda **AH** afferenda **EU** deferenda **VOPR** | quid **L** quidquid **AH** quicquid **E**ς || **21** si cui **L** si quid **M** si quoi *Friedrich*

ut simile [dicas] confirmes, deinde quod agitur adiungas; interpuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

42 178 Haec ut et properans et apud doctos et semidoctus 5 ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora veniamus. nihil est enim in dicendo, Catule, maius quam ut faveat oratori is qui audiet, utique ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur. plura enim multo homines iudicant odio aut 10 amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione mentis quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua 179 aut iudicii formula aut legibus. quare, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus." 15

„Paulum" inquit Catulus „etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere." „quidnam?" inquit. „qui ordo tibi placeat" inquit Catulus „et quae dispositio argumentorum, in qua tu 20 180 mihi semper deus videri soles." „vide quam sim" inquit „deus in isto genere, Catule. non hercule mihi nisi admonito venisset in mentem; ut possis existimare me in ea, in

14 *ad § 179 Becker 34*

2.3 interiuncta *(sic)* – possit *Non. 148, 17* (*propter* occule)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** dicas **MU** *om.* **VOPR** *del. Ellendt alii praeter Friedrich* | ut simile dicas *secl. Kayser* || **2** interpuncta **C** (inter *propter madorem evanuit* **A**) puncta **U**ς *Ellendt* interiuncta *Non* | plerumque **MU** *Non* plerumque ut **V**[v]**OPR** | occulas **V**[m]**PR** *Non* oculas **V**[v]**O** occultes **MU** || **3** distinguantur **L** distinguatur **M** | verbis **L** *(cf. Stroebel 16)* verbis ne **M** || **4** videantur **L** videatur **M** || **5** haec ut et properans et **C** haec ut properans et **R** haec ut et properans *Eggers* haec ego properans ut *malit Schuetz* haec autem et properans *Mueller* haec et properans ut *Ellendt* haec properans ut et *Niemeyer p. 7 Sorof Courbaud* | semidoctus **M** -os **L** || **8** hisqui **R** | utique **M** utque **L** *Sutton* || **12** terrore *Schuetz* | aut aliqua **C** aliquo ac *Vassis*[2] || **14** vobis **L** nobis **M** || **16** paulum **MOP**[1]**R** paululum **VP**[2]**U** | nunc **E**[1]**L** num **AHE**[2] || **21** sim **L** sum **M** || **21.22** inquit deus in isto genere Catule **M** in isto genere inquit Catule deus **L** || **22** hercule **M** mehercule **L** *Richard*

quibus non numquam aliquid efficere videor, usu solere in dicendo vel casu potius incurrere. ac res quidem ista, quam ego, quia non noram, sic tamquam ignotum hominem praeteribam, tantum potest in dicendo, ut ad vin-
5 cendum nulla plus possit; sed tamen mihi videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse. nam si ego omnem vim oratoris in argumentis et in re ipsa per se probanda posuissem, tempus esset iam 181 de ordine argumentorum et de conlocatione rerum aliquid
10 dicere; sed cum tria sint a me proposita, de uno dictum, cum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quaerendum.

Valet igitur multum ad vincendum probari mores et instituta et facta et vitam et eorum, qui agent causas, 43 182
15 et eorum pro quibus, et item improbari adversariorum, animosque eorum apud quos agetur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem tum erga illum, pro quo dicet orator. conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitae; quae
20 facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. sed haec adiuvat in oratore lenitas vocis, vultus

14 *ad § 182–211 Solmsen TAPA 1938, 542 sqq.; Barwick 77; de § 182 Michel 268 sq.*

11 tria: *§ 147*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** quia non noram **C** *(pr. Adler*[1] *26)* quia non memineram *Schuetz* quia non notaram *Stangl* quia non curaram *Sorof*[2] *22* quia properabam *Kiessling* quasi non norim *Kayser* | ignoratum *Rom* || **5** nulla res ς || **8** in re **L** re **M** | probanda **M** comprobanda **L** || **9** conlocatio **H** (ne rerum *in sp. vac.* **H**) conlatio **A** collatione **EPR** conlatione **VU** collocatione **O** | rerum **AH** *om.* **EL** *secl. Harnecker alii excepto Friedrich (at cf. 2, 307)* | aliquid **L** aliqua **M** || **10** proposita **EL** posita **AH** || **11** cum **L** quod **M** | tunc **E** || **13** ad vincendum **L** addicendum **M** | et **MR** *om.* **VOPU** *del. Richard* || **14** et facta et vitam et **L** *(pr. Meister 36) om.* **M** *secl. Kayser alii* | et[3] *del. Ellendt alii* | causam **V** || **15** et item **L** etiam **M** || **16** agetur **M** -itur **L** || **17** cum **MVO**[2]**R** tum **OPU** || **19** hominis **L** omnis **M** | rebus gestis **L** robustis **M** || **20.21** quam – sunt *om.* **E**[1] (*suppl.* **E**[2]) || **21** sed **C** si *Friedrich*[2] *35* | adiuvat **M** -ant **L** | vocis et vultus *Harnecker*[1] ⟨dignitas⟩ vultus *Adler* ⟨ingenuitas⟩ vultus *Sorof, ante* vultus *crucem collocat Courbaud* || **21**–p. 178, **1** vultus pudor *Bake* vultus pudor ⟨doloris⟩ *Hanow*

pudoris significatio, verborum comitas; si quid persequare
acrius, ut invitus et coactus facere videare. facilitatis,
liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non
appetentis non avidi signa proferre perutile est; eaque
omnia quae proborum demissorum, non acrium, non 5
pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde
benevolentiam conciliant abalienantque ab iis, in quibus
183 haec non sunt. itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda. sed genus hoc totum orationis in iis
causis excellit, in quibus minus potest inflammari animus 10
iudicis acri et vehementi quadam incitatione. non enim
semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida summissa lenis, quae maxime commendat reos. reos autem appello
non eos modo qui arguuntur, sed omnis quorum de re
184 disceptatur; sic enim olim loquebantur. horum igitur 15
exprimere mores oratione iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum mirum quiddam valet; et
hoc vel in principiis vel in re narranda vel in perorando
tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum,
ut saepe plus quam causa valeat. tantum autem efficitur 20
sensu quodam ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris
effingat oratio. genere enim quodam sententiarum et genere verborum, adhibita etiam actione leni facilitatemque

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** pudoris significatio *secl. Friedrich Courbaud ret. Richard* is significatio *secl. Bake Kayser Wilkins* | comitas *secl. Friedrich* pudoris – comitas *secl. Harnecker*^{1} *(def. lectionem codicum Pearce)* | persequare **H**$\mathbf{E}^{2}$**L** persequere $\mathbf{E}^{1}$ consequare **A** || **2** et **C**(**O**^{v}) ut **O** || **3** liber **E** || **4** proferre **MN** -erri **L**$\mathbf{N}^{v}$ *Sutton* || **5** proborum **C**$\mathbf{N}^{v}$ verborum $\mathbf{O}^{al}$**N** || **7** conciliant **L** concinnant **M** || **8** non sunt **L** *(pr. Meister 36)* sunt **M** || **9** conferenda **C**$\mathbf{N}^{v}$ referenda **N** | oratio *(sp. vac. 12 litt.)* **H** || **10** excellit **MRN** -et **VOPU**$\mathbf{N}^{v}$ *Sutton* || **11** incitatione non enim **L** incitatione enim semper fortis oratio non enim **M** || **12.13** summissa lenis quae **L** summis alienisque **M** || **13** maximeque **R** | commendat reos **L** commendatos **M** || **15** sic loquebantur *secl. Cima (at cf. Brutus 68, Orator 161)* || **17** perferentes **VOPU** perferendarum perferentes **R** perferendis **M** || **17** et hoc vel **L** et vel hoc vel **M** | perorando **M** -anda **L** *Firmani* || **21.22** ac – quodam *om.* $\mathbf{E}^{1}$ (*suppl.* $\mathbf{E}^{2}$) | ac **C** in hac *Reid* || **22** genere^{1} **C** tenore *dubitanter Madvig*^{1} *90* || **24** facilitatemque **MR** facilitateque **VOPU**

significanti, efficitur, ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur. huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quae alio quodam genere mentis iudicum permovet impellitque, ut aut oderint aut diligant, aut in- 5 videant aut salvum velint, aut metuant aut sperent aut cupiant aut abhorreant, aut laetentur aut maereant aut misereantur aut poenire velint aut ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt et propinqui his ac talibus animi permotionibus. atque illud optandum est oratori, ut 10 aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi adferant ad causam iudices ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. facilius est enim currentem, ut aiunt, incitare quam commovere languentem. sin id aut non erit aut erit obscurius, sicuti medico diligenti, priusquam conetur 15 aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est, sic equidem cum adgredior in ancipiti causa et gravi ad animos iudicum pertractandos, omni

44 185 186

2 *de § 185–211 Solmsen 396–402*

12 sq. *ad Quint. fr. 1, 1, 45* sed potius ut currentem incitasse videatur || **13** sq. *Plato Phaedr. 270 B*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** significanti **AH** -ante (i *supra* e) **E** -andi **L** || **2** est *om.* **E**[1] (*suppl.* **E**[2]) | videamur *Man Kayser* || **3** alio **L** ad ali **AH** ad alio **E** (*in mge.* ◡ **E**) | quodam genere **M** genere quodam **L** || **4** aut oderint **L** *(pr. Stroebel 9)* oderint **M** || **5.6** sperent aut cupiant **VUOP** *(cf. Brutus 188, Orator 131)* spernant aut cupiant **R** spernant aut ut cupiant **M** || **7** poenire **C** poenitere **E**[1] punire **E**[2] *Piderit Kayser* | eos **C** aliquos *Schuetz* | deducantur **VP**[2] **UR** deducentur **OP**[1] diducant **AE**[1] deducant **HE**[2] adducentur ς *Ald* abducantur *Gruter* adducantur *Sutton* || **8.9** et – permotionibus *secl. Kayser alii* | et – ac *secl. Wilkins* | et propinqui his **L** *(pr. Meister 45)* et de propinquis **M** | animi **H**[1] **E**[2] **L** animis **A**[1] **E**[1] **H**[2] || **9** perturbationibus *Rom Sutton* | illi id **V** || **10** animorum *om.* **H** | adferant **L** *om.* **M** || **11** ad causam *secl. Friedrich*[2] *36* | accommodatam **L** -ata **M** || **13** commovere **L** -eri **M** || **14** sicuti **VOPU** sicut **MR** *rec. editores* || **15** adhiberi *Richard* | morbus **MR** -bi **VOPU** || **15.16** cui mederi volet **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii (at cf. Sorof ad l.)* || **17** cum **L** quom *Friedrich* quod **M** || **17.18** in ancipiti causa et gravi **M** *(pr. Meister)* ancipitem causam et gravem **L** *Sutton* | omni **L** omnia **M**

mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer quam
sagacissime possim quid sentiant, quid existiment, quid
expectent, quid velint, quo deduci oratione facillime posse
187 videantur. si se dant et, ut ante dixi, sua sponte, quo
impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod da- 5
tur et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. sin est
integer quietusque iudex, plus est operis; sunt enim om-
nia dicendo excitanda, nihil adiuvante natura. sed tan-
tam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est
„flexanima atque omnium regina rerum oratio“ ut non 10
modo inclinantem excipere aut stantem inclinare, sed
45 etiam adversantem ac repugnantem, ut imperator fortis
188 ac bonus, capere possit. haec sunt illa, quae me ludens
Crassus modo flagitabat, cum a me divinitus tractari so-
lere diceret et in causa M.' Aquili Caique Norbani nonnul- 15
lisque aliis quasi praeclare acta laudaret; quae mehercule
ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo.
tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis vol-
tu, gestu, digito denique isto tuo significari solet; tantum

8—10 tantam – oratio *Non. 113, 24* (*propter* flexanima) || **9** a bono poeta *i. e. a Pacuvio* || **10** *TRF³ p. 111, Pacuvius Hermiona v. 177; ROL II 232 cf. praeterea Quint. 1, 12, 18* || **19** *Quint. inst. 11, 3, 94* tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit explicari solet

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** odorer **C** odores E^1 odorem ς *Rom* || **2** possint E^1 || **3** quo deduci **AL** quideduci **H** qđdeduci **E** | oratione **L** orationes **M** || **4** et ut **M** *(pr. Meister 37)* ita ut **VOPR** ut **U** ita et ut *Rom* || **5** inclinant atque **L** incu atque **A** incu *(sp. vac. 9 litt.)* atque **H** incuent atque E^1 incitent atque E^2 incurrunt *vel* incumbunt ς | propendent **VOPU** -dunt **MR** || **10** flexanima atque omnium **L** *Non* flexatque animina omnium **A** flex atque animama *(sp. vac. 4 litt.)* omnium H^1 flexa atque ab animi natura omnium H^2 flexa atque a minima omnium E^1 flexaque ab animi natura omnium E^2 || **11** excipere **M** *(cf. § 32)* erigere **L** || **12** aversantem **H** | ac **C** et *Piderit* | uti **E** || **12.13** fortis ac bonus **MR** bonus ac fortis **VOPU** || **13** rapere *Bake* | sunt **C** sunt enim ς *Rom* || **14** modo *om.* E^1 | cum H^2**L**N^V quom H^1 quam **AE** quae **N**ς ea *Mueller* | tractari **L** tractare **AH** tractare **E** || **15** causa M.' Aquili *Lamb* causam C. Aquili **M** causam Marci Aquili **L** | Caique **L** C **AE** C que **H** || **19** tum E^1 (*corr.* E^2)

est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris.

5 Neque fieri potest ut doleat is qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. quod si fictus aliqui dolor suscipiendus 10 esset et si in eius modi genere orationis nihil esset nisi falsum atque imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. nunc ego quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio; de me autem causa nulla est cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. 15 non mehercule umquam apud iudices aut dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium dicendo excitare volui, quin ipse in commovendis iudicibus his ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. neque est enim facile perficere, ut irascatur ei cui tu velis iudex, 189 190

2.3 *Aug. Cont. litt. Petil. 2, 26, 61 (CSEL 52, 57)* sermonem tuum potius esse pigmentis puerilibus coloratum et ideo qui neglecto verbo vivo fucis talibus delectatur ipse amat pro veritate picturam || **4** ardere: *§ 194, 197, 202* || **5–9** *cf. or. 132 Hor. A. P. 101 Quint. 6, 2, 26* || **18**–p. 182, **1** neque – videare *Non. 338, 21* (*propter* lentum) || **18**–p. 182, **5** *cf. Quint. 6, 2, 28*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **2** verae **C** crebrae *Purgold* || **4** ardere **L** *(cf. § 190; Orator 132) om.* **M** *del. Klotz*[1] *post* ipse *lacunam statuendo* incendi videaris *vel* videaris incendi ς incensus esse videaris *Lamb* videaris ardere *Friedrich*[2] *Harnecker* incendi videaris *Richard* || **6** ad fletum **VOPU** ad fletus **E** adfectet **AH** affectet ut ad fletum **R** || **7** deducatur **MUR** ducatur **VOP** | omnes **OPUR** -is **MV** | illi **M** hi **L** || **7.8** oratorem adhibere volo ς adhiberet volet **E** || **8** impressisse atque **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **9** inusti **LAH**[2]**E**[2] inesti **H**[1] iusti **E**[1] immixti ς | aliqui **AHO** *Friedrich Wilkins Courbaud (cf. Stroebel 41)* aliquis **EVPUR** *Cima Firmani* || **10** esset[1] **L** esse **M** | eiusmodi **C** huiusmodi ς || **12** Crasso quid tibi **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **13** nescio *in mge.* **H**[1] || **15** apud iudices **MUR** *om.* **VOP** *del. Schuetz* | aut[1] **VOPU** *(pr. Stroebel 9) om.* **MR** *secl. Friedrich*[2] *36* || **16** dicendo excitare **M** excitare dicendo **L** || **18.19** est enim facile **MUR** enim facile est **VOP** enim est facile *Non* || **19** ei *om. Sutton* | cui **H**[2]**E**[2]**L** *Non* quoi **M**

si tu ipse id lente ferre videare; neque ut oderit eum quem
tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; ne-
que ad misericordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris
tui verbis, sententiis, voce, voltu, conlacrimatione denique
ostenderis. ut enim nulla materies tam facilis ad exardes- 5
cendum est, quae nisi admoto igni ignem concipere possit,
sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris
parata, quae possit incendi, nisi ipse inflammatus ad eam
46 191 et ardens accesserit. ac ne hoc forte magnum ac mirabile
esse videatur, hominem totiens irasci, totiens dolere, to- 10
tiens omni motu animi concitari, praesertim in rebus
alienis, magna vis est earum sententiarum atque eorum
locorum, quae agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit
simulatione et fallaciis. ipsa enim natura orationis eius,
quae suscipitur ad aliorum animos permovendos, ora- 15
torem ipsum magis etiam, quam quemquam eorum, qui
192 audiunt, permovet. et ne hoc in causis, in iudiciis, in ami-
corum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro
accidere miremur, cum agitur non solum ingeni nostri
existimatio – nam id esset levius; quamquam, cum pro- 20
fessus sis te id posse facere, quod pauci, ne id quidem neg-
legendum est – sed alia sunt maiora multo, fides, offi-
cium, diligentia, quibus rebus adducti, etiam cum alienissi-
mos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volu-
193 mus haberi, existimare non possumus. sed ut dixi, ne 25

9 *ad § 191 Michel 245*

25 sqq. *cf. Quint. 6, 2, 35*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ferre **C** facere ς *Heusinger De off. 1, 1 Schuetz* || **3** tu ei **M** ei tu **VUR** et tu **O** tu **P** || **4** voce gestu vultu **V** (*sed* gestu *deletum*) voltu **AH**^{1} vultu **H**^{2}**EL** | conlacrimatione **A** collacri- **HEL** || **6** estque **E**^{1} estve **E**^{2} || **7** orationis *Friedrich*^{1} || **8** ipse inflammatus **M** inflammatus ipse **L** || **9** accesserit **L** *(pr. Ellendt ad l.)* accesseris **H**^{3}ς *Rom (pr. Friedrich*^{1}*)* accesserit ·S· **M** | hoc forte **M** forte hoc **L** || **10** totiens dolere **MU** *om.* **VOPR** || **11** motu animi **M** animi motu **L** || **13** quae **M** *(pr. Stangl*^{7} *52)* quos **L** | nihil ut **M** ut nihil **L** || **18** periculis **L** periclis **M** || **19** agitur **VOPU** igitur **MR** || **20** existimatio **C** extimatio consideranda est *Rom* | cum **L** quod **M** | *supra* professus ◡ **AH** || **21** sis te **L** iste **M** || **22** sunt *secl. Pearce* || **24** tamen **L** tam **AH** tum **E** (tam *supra* tum) | dixit **E**^{1}

hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum quam versus, quam scaena, quam fabulae? tamen in hoc genere saepe ipse vidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur + spondali illa +
5 dicentis:

> Segregare abs te ausus aut sine illo Salamina ingredi?
> neque paternum aspectum es veritus?

Numquam illum „aspectum" dicebat, quin mihi Telamo iratus furere luctu filii videretur; ut idem inflexa ad
10 miserabilem sonum voce:

> Quom aetate exacta indigem
> liberum lacerasti, orbasti, extinxti; neque fratris necis
> neque eius gnati parvi, qui tibi in tutelam est traditus —

flens ac lugens dicere videbatur. quae si ille histrio, cotidie
15 cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat, quid Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? fieri nullo modo potuit. saepe enim audivi poetam 194

17—p. 184, **3** *Michel 105. 247 sq.*

6 sq. et **11** sq. *TRF*^{3} *p. 136 Pacuvii Teucer v. 327 sqq. ROL II 292 sqq.* || **6** *verba* segregare — ausus *citantur etiam 3, 217*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** quam versus *om.* ς *Rom* || **3** ut **C** cum ς || **4** histrionis *secl. Pluygers* | + spondali illa + *locus nondum sanatus* spondali illa **M** spondalia illa **LN**^{2} spondialia illa *Rom* spondaulia illa *Salmasius alii (sed non satis facit cf. Wilkins a. l.)* Sophoclia illa *Klotz*^{1} e sponda illa *Hermann Opusc. I 204* sponte aliena illa *Madvig*^{1} *191* pompalia illa *Bergk* ut sua sponte aliena illa *Jeep* splendida illa *Ribbeck Sandys* e suo aliena *Harnecker*^{1} *10* squalida illa *Stangl*^{8} Spondaei illa *Meister 81* sonantia illa *dubitanter Warmington* spondalia illa *Richard Sutton* || **6** ausu's *Kayser* | illo **L** ullo **M** | Salamina **MU**^{2}**R** Salaminem **VOPU**^{1} || **9** ut idem **L(R**^{v}**)** utilem **M** at idem ς *Ellendt Harnecker* || **11** quom **M** cum **H**^{2}**E**^{2} quem **L** *Sutton* | exacta **H**^{2}**E**^{2}**L** exacat **AE**^{1} exacata **H** || **12** extinxti *Man* extinxisti **C** || **13** neque **MUR** nec **VOP**^{2} et **P**^{1} | eius **AE**^{1}**L** *om.* **H** *exp.* **E**^{2} | gnati **L** crati **AH** crati **E** | in tutelam est **L** in tutelast **AH**^{1} in tutela aest **EH**^{2} || **15** recte *secl. Ernesti Schuetz Courbaud ret. Richard* || **16** leni **C** levi ς *Rom*

bonum neminem – id quod a Democrito et Platone in
scriptis relictum esse dicunt – sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam adflatu quasi furoris.
47 quare nolite existimare me ipsum, qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim imitari atque adumbrare 5
dicendo – neque actor sum alienae personae, sed auctor
meae – cum mihi M.' Aquilius in civitate retinendus esset,
quae in illa causa peroranda fecerim, sine magno dolore
195 fecisse. quem enim ego consulem fuisse, imperatorem, ornatum a senatu, ovantem in Capitolium ascendisse me- 10
minissem, hunc cum adflictum, debilitatum, maerentem,
in summum discrimen adductum viderem, non prius sum
conatus misericordiam aliis commovere quam misericordia sum ipse captus. sensi equidem tum magno opere moveri iudices, cum excitavi maestum ac sordidatum senem 15
et cum ista feci, quae tu, Crasse, laudas, non arte de qua
quid loquar nescio sed motu magno animi ac dolore, ut
196 discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem. cum C.
Marius maerorem orationis meae praesens ac sedens multum lacrimis suis adiuvaret cumque ego illum crebro 20
appellans collegam ei suum commendarem atque ipsum
advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem, non fuit haec sine meis lacrimis,
non sine dolore magno miseratio omniumque deorum et

1 Democrito: *Cic. de div. 1, 80 Hor. AP 295 sqq.* | Platone: *Phaedr 245 A Meno 99 C Ion 533 E sqq. Cic. de div. 1, 80* || 4–p. 185, 4 *ORF*^{2} *228 sq.* || 6 sq. *Sest. 61* dux auctor actor rerum illarum fuit

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 2 scribunt dicunt *(sed* scribunt *deletum)* **V** | animorum **C** animi motuum *Sydow 239 (coll. 1, 60)* || 5 velim **M** vellem **L** *Richard Sutton* | atque **AE**^{1}**L** neque **HE**^{2} || 6 sum **M** *(pr. Friedrich*^{2} *36)* essem **L** *Richard Sutton* sim ς *Rom* || 8 in illa **C** nulla **V** || 9 quem enim ego **C** quem ego enim ς | *post* imperatorem *interpungit Adler*^{1} *26* | ornatum **C** nominatum *Koch*^{1} *484* || 11 cum adflictum **L** cum ◡ adelictum **M** *inde* cum ad delictum *vel* cum ad derelictum ς || 14 sim **U** | ipse *om.* **P** | magno opere **AVO**^{v}**U** magnopere **HEOPR** || 15 excitatum aestum **V** || 19 maerorem **L** -ore **M** || 21 et cum ipsum **H** || 24 magno **HL** *om.* **AE**^{1} *(suppl.* **E**^{2} *secl. Kayser alii ret. Courbaud Richard Sutton)* | miseratio **L** sine r͝ati **AE**^{1} sine r͝ati *(sp. vac. 6 litt.)* **H**^{1} sine ratione **H**^{2}**E**^{2} | omniumque **C** que *del.* **H**^{2}**E**^{2}

hominum et civium et sociorum imploratio. quibus omnibus verbis, quae a me tum sunt habita, si dolor afuisset meus, non modo non miserabilis, sed etiam inridenda fuisset oratio mea. quam ob rem hoc vos doceo, Sulpici,
5 bonus ego videlicet atque eruditus magister, ut in dicendo irasci, ut dolere, ut flere possitis. quamquam te quidem **197**
quid hoc doceam, qui in accusando sodali meo tantum incendium non oratione solum, sed multo etiam magis vi et dolore et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguen-
10 dum vix conarer accedere? habueras enim tu omnia in causa superiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribuniciam in Caepionis gravi miserabilique casu in iudicium vocabas; deinde principem et senatus et civitatis, M. Aemilium, lapide percussum esse constabat; vi pul-
15 sum e templo L. Cottam et T. Didium, cum intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare. accedebat ut haec **48** **198**
tu adulescens pro re publica queri summa cum dignitate existimarere, ego, homo censorius, vix satis honeste viderer seditiosum civem et in hominis consularis calamitate cru-
20 delem posse defendere. erant optimi cives iudices, bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quaedam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem.

6–p. 186, **1** quamquam – fuisset: *ORF^2 281* || **10**–p. 186, **2** habueras – narrabo: *ORF^2 229sq.* || **20. 21** bonorum – forum *Non. 501, 15* (*propter* „genetivus pro dativo") || **22**sq. quod tamen *u. ad* esset *(sic) Non. 173, 20* (*propter* sodalis)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** imploratio *(sp. vac. 17 litt.)* quibus **H** imploratio ◡ quibus **E** || **2** afuisset **HV^v** aff- **AE** abf- **OPUR** || **3. 4** meus – fuisset *om.* **E^1** (*suppl.* **E^{2m}**) | miserabilius **U** || **4** Sulpici **C** -ii **E** *om.* **R** || **5** magister ⟨enitendum esse⟩ *Kayser* || **7** sodali **M** *omnes editores inde ab Ellendt (cf. § 200)* sodali et quaestore **L** *(pr. Meister 36)* quaestore *Courbaud* || **8** multo etiam magis **L** *(cf. Sest. 68)* etiam multo magis **M** || **9** concitar^{a}is **E** || **10** tu **M** tum **L** *Sutton* || **11** fugam **H^3L** fuca **AE^1** fucam **H^1** fuga **E^2** furta ς || **12** casu **C** causa **E^1** (*corr.* **E^2**) || **13** deinde *secl. Kayser* | et^1 *secl. Kayser* || **14** lapide **L** lapidum **AE^1** lepidum **HE^2** || **15** e **C** ex *Piderit* || **16** accedebat **L** accidebat **M** || **19** calamitatem **H** || **20. 21** bonorum virorum **C** virorum bonorum ς *Rom* || **22** eum *om. Richard*

qui mihi quaestor fuisset. hic ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim narrabo; si placuerit, 199 vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. omnium seditionum genera, vitia, pericula collegi eamque orationem ex omni rei publicae nostrae temporum varie- 5 tate repetivi conclusique ita, ut dicerem, etsi omnes molestae semper seditiones fuissent, iustas tamen fuisse non nullas et prope necessarias. tum illa, quae modo Crassus commemorabat, egi: neque reges ex hac civitate exigi neque tribunos plebis creari neque plebiscitis totiens con- 10 sularem potestatem minui neque provocationem, patronam illam civitatis ac vindicem libertatis, populo Romano dari sine nobilium dissensione potuisse; ac si illae seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si qui motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario cri- 15 mine atque in fraude capitali esse ponendum. quod si umquam populo Romano concessum esset, ut iure incitatus videretur, id quod docebam saepe esse concessum, nullam illa causa iustiorem fuisse. tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Caepionis fugam, in 20 deplorandum interitum exercitus. sic et eorum dolorem,

3 *Michel 57 sq.*

3–19 omnium – fuisse: *ORF[2] 231* || **19**–p. 188, **2** tum omnem *u. ad* deprecatum: *ORF[2] 232 sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quaestor **L** *(pr. Stroebel 12)* legatus **M** sodalis *Non Friedrich* | fuisset **C** esset *Non* | ego quid **MU** quid ego **L** || **3** aliquo **MOPR** alico **V**[v] **U** *om. Rom* | omnia *Schuetz* || **4** seditionum **L** *om.* **M** || **5** varia aetate **O** varietate aetate **P** || **6** repetivi **M** repetii **L** || **6.7** molestae semper **M** semper molestae **L** | fuissent **C** essent **N**[a1] || **11** provocationem **L** -one **M** || **12** populo Romano **VOU** populi Romani **AEH**[m] **R** p. R. **HP** || **14** si qui **L** si quis **M** || **15** C. Norbano *secl. Adler[1] 26* | in nefario crimine **L** *om.* **M** (*sp. vac. 1 versus relictum* **H**; *supra* Norbano ◡ **E**) || **15.16** in nefario – atque *secl. Ellendt Kayser* || **16** quod si **OPUR** quid si **V** quo si **M** || **17** in re **U** | concitatus *Richard* || **18** quot **V** || **19** causa **MR** -am **VOPU** *Richard Sutton* | rationem **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **20** converti **MR** *(cf. 1, 6, 8, 31; 2, 200, 245, 257, 358; 3, 120)* -orti **VOPU** || **21** interitus **R** | sic et eorum **MVUR** sic ceterorum **OP** (si **O**[v])

qui lugebant suos, oratione refricabam et animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipsi propter iudicia **49** abalienati, renovabam atque revocabam. quod ubi sensi **200**
5 me in possesionem iudicii ac defensionis meae constitisse, quod et populi benevolentiam mihi conciliaram, cuius ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam, et iudicum animos totos vel calamitate civitatis vel luctu ac desiderio propinquorum vel odio proprio in Caepionem ad cau-
10 sam nostram converteram, tum admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis coepi: me pro meo sodali, qui mihi in liberum loco more maiorum esse deberet, et pro mea omni fama prope fortunisque
15 decernere, nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse quam si is, qui saepe alienissimis a me, sed meis tamen civibus saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. petebam **201** a iudicibus, ut illud aetati meae, ut honoribus, ut rebus
20 gestis, si iusto, si pio dolore me esse adfectum viderent concederent, praesertim si in aliis causis intellexissent

1 *Fam. 5, 17, 4* ne refricem ... desiderium ac dolorem

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** refricabam **C** refabricabam *vel* fricabam *vel* firmabam ς || **2** iudices *secl. Kayser* || **3** ad Q. **L** atque **M** | odum **A** | a quo **L** *(cf. § 182, 304, 3, 98)* quo **M** || **4** atque revocabam **L**(**R**^{v}) *om.* **M** *secl. Ernesti Ellendt, at servandum et propter sensum et propter clausulam (cf. Courbaud a. l.)* || **5** possessionem **MU** -one **VOPR** *Sutton* || **6** mihi **C** iam *vel* iam mihi ς | ius **L**(**R**^{v}) *om.* **M** vis ς || **7** seditionis **MV** -es **OPUR** || **7.8** coniunctione defenderam et iudicum animos **L** coriunctio animos **AE**^{1} *post* coriunctio ◡ **E**^{1} (coniunctio **E**^{2}) coniunctio *(sp. vac. 9 litt.)* animos **H** defenderam et iudicium *om.* **M** | coniunctione **L** concitatione *Kayser* || **9** proprio **V**^{v} || **10** tum **C** tunc ς *Rom Piderit Richard* || **11** vehementis **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) || **13** eo **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) sodali **C** quaestore *Courbaud* sociali *Herrmann Rev. Belge de Ph. 10 (1931) 1526* | loco **L** *(pr. Meister 66)* -um **M** | more **HE**^{2}**L** maiore **AH**^{m}**E**^{1} || **14** prope *secl. Kayser* || **20** gestis **C** gestis ⟨concederent⟩ *Friedrich*^{2} *36* | si pio **L** *om.* **M** (*sp. vac. 20 litt.* **H**) || **21** concederent **L** *om.* **M** *del. hoc loco Friedrich*^{2} *36 et post* gestis *transp.*

omnia me semper pro amicorum periculis, nihil umquam pro me ipso deprecatum. sic in illa omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege Apuleia dicerem, ut quid esset minuere maiestatem explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi; his 5 duabus partibus orationis, quarum altera commendationem habet, altera concitationem, quae minime praeceptis artium sunt perpolitae, omnis est a me illa causa tractata, ut et acerrimus in Caepionis invidia renovanda et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissi- 10 mus viderer. ita magis adfectis animis iudicum quam **50** 202 doctis tua, Sulpici, est a nobis tum accusatio victa." hic Sulpicius „vere hercle" inquit „Antoni, ista commemoras. nam ego nihil umquam vidi quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa causa. cum enim, 15 quem ad modum dixisti, tibi ego non iudicium, sed incendium tradidissem, quod tuum principium, di immortales, fuit! qui timor, quae dubitatio, quanta haesitatio tractusque verborum! ut tu illud initio, quod tibi unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti, te pro homine 20 pernecessario, quaestore tuo dicere! quam tibi primum

3.4 lege Apuleia *cf. G. Rotondi Leges publicae populi Romani Milano 1912 p. 329* || **12** *de § 202–204 Becker 34*

3.4 lege Apuleia: *§ 107* || **12**–p. 189,**7** hic – defenderes: *ORF² 230* || **17** tuum principium: *§ 188, 194, 197*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** legere **E¹** (*corr.* **E²**) || **4** Apuleia **C** *Courbaud* Appuleia ς *Ellendt alii* || **6** partibus **L** *om.* **M** | orationis **C** -ibus **E² R** (*post* orationis *sp. vac. 10 litt.* **H**) || **6.7** altera commendationem habet altera concitationem **M** altera concitationem habet altera commendationem **VOPU** altera concitationem altera commendationem habet **R** || **8** a me **VOPU** (iure *pr. Meister 47*) tum a me **R** tamen **M** tum ς || **13** hercle **AH** *editores recc.* -cule **EL** *Richard* | Antoni *om. Rom* || **15** illa causa **L** illa ipsa **M** illa ipsa causa *Friedrich Wilkins Courbaud* || **16** dixisti **L** dixi **M** || **17** di **MV** dii **H²OPUR** || **18** quanta haesitatio **L** *om.* **M** *suspecta Ellendtio secl. Kayser alii* || **19** ut tu illud ς *Ald Iunt. alii (pr. Stroebel 7)* ut tuo illud **L** tu illud **M** ut tum illud *cod. Steph* tum illud ς ut illud *Ellendt (probante Stangl⁷ 24)* || **20** cognoscendum **U** || **21** dicere **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Stangl⁷* dicere tuo *Rom*

munisti ad te audiendum viam! ecce autem, cum te nihil 203
aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi civem in-
probum defendenti ignoscendum propter necessitudinem
arbitrarentur, serpere occulte coepisti, nihil dum aliis
5 suspicantibus, me vero iam pertimescente, ut illam non
Norbani seditionem, sed populi Romani iracundiam neque
eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes.
deinde qui locus a te praetermissus est in Caepionem? ut
tu illa omnia odio, invidia, misericordia miscuisti! neque
10 haec solum in defensione sed etiam in Scauro ceterisque
meis testibus, quorum tu testimonia non refellendo, sed
ad eundem impetum populi confugiendo refutasti. quae 204
cum abs te modo commemorarentur, equidem nulla prae-
cepta desiderabam; ipsam tamen istam demonstrationem
15 defensionum tuarum [abs te ipso commemoratam] doctri-
nam esse non mediocrem puto." „atqui si ita placet" in-
quit „trademus etiam quae nos sequi in dicendo quaeque
maxime spectare solemus. docuit enim iam nos longa vita
ususque rerum maximarum, ut quibus rebus animi homi-
20 num moverentur, teneremus.

Equidem primum considerare soleo postuletne causa. 51 205
nam neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi

13 nulla praecepta: *Steidle 20*

8.9 deinde – miscuisti: *ORF*[2] *232* || **9–12** neque – refutasti: *ORF*[2] *233*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** te[2] **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **2** arbitrarer **M** -abar **L** || **4** carpere *Rom* | dum **L** tum **M** || **5** illam **C** *om.* ς *del. Man* || **6** sed **M** sed illam **L** *at cf. Meister 38* || **8** a te **M** *editores inde ab Ellendt* abs te **L** || **9** omnia *om.* ς || **11** tu **VOPU** *om.* **MR** *del. edd. at cf. Meister 31* || **13** abs – commemorarentur *secl. Kayser alii* | commemorarentur **L** commemorantur **MU**[1] *corr.* **U**[2] || **14** ipsam tamen istam **M** istam enim ipsam **L** || **14.15** demonstrationem – commemoratam **L** *om.* **M** *secl. Ellendt Orelli alii* abs te – commemoratam *secl. Schuetz Kayser Sorof Courbaud Friedrich Wilkins Cima ret. Richard* || **15.16** doctrinam esse **MU** esse doctrinam **VOPR** || **16** inquit **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* inquit Antonius ς *Ellendt* || **18** iam nos longa **M** nos iam longa **L** nos longa iam ς || **21** equidem **C** et quidem *vel* et equidem *vel* et primum quidem ς | postuletne **L** postulentne **M** | causa **L** -am **M** || **22** nam **L** *om.* **M**

faces neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus, ne aut inrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut convellere adoriamur ea, quae non possint commo-
206 veri. iam quoniam haec fere maxime sunt in iudicum ani- 5
mis, aut quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracundia, invidia, misericordia, spes, laetitia, timor, molestia, sentimus amorem conciliari, si id iure videare quod sit utile ipsis apud quos agas defendere; aut si pro bonis viris aut certe pro iis, qui 10
illis boni atque utiles sint, laborare. namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem; plusque proficit, si ponetur spes utilitatis futurae quam
207 praeteriti beneficii commemoratio. enitendum est, ut ostendas in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse aut 15
utilitatem, eumque, cui concilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatem suam rettulisse ac nihil omnino fecisse causa sua. invidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum ceteris commodandi fave-

5 *de § 206–211 Kroll[1] 582 adn. 2; Solmsen 399 adn. 29* | *ad § 206 Laurand 35; Michel 288–290*

1 *cf. 3, 4* verborum faces || **5–11** haec — laborare **K** *§ 428 (p. 493 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** possimus **L** -emus **M** -umus ς || **4** aggrediamur **R** | possint **C** -unt ς || **5** iam *Madvig ceteri excepto Ellendt et Richard* nam **C** | animis iudicum *Lamb Schuetz* || **6** illa **K** || **7** molienda **AHKU** mollienda **EVOPR** || **8** spe **K** || **9** si id iure **V**[2] *Lag 6, Lag 36 Rom (cf. Tull. 8, 14; Leg. agr. 2, 57)* si id in re **MK** si id **V**[1]**OPU** *(pr. Meister 68)* si id velle **O**[mal] **R** *Lag 32 Ald Orelli* | videare **L** -eamus **MK** -eamur **V**[2m] *Lag 32 Rom Friedrich[2] 37* | agas **CK** -amus *Friedrich* || **10** defendere *del. Bake* | aut si *Bake alii* si aut **C** *(def. Adler, at cf. Wilkins ad l.)* || **11** boni **L** -is **MK** | laborare videamur **R** || **12** magis *om.* **V** | defensio **L** -si **M** || **13** ponetur **M** *(cf. Lebreton 193)* proponitur **L** || **14** enitendum est **EL** -endumst **AH** -endum est enim *Vict.* || **15** inesse **L** *(cf. imp. Pomp. 42)* esse **M** || **16** amorem **L** maiorem **M** || **17** nihil — ac **MUR** *om.* **VO**[1]**P** || **18** causa sua fecisse *Lamb* || **19** ceteris commodandi **V**[1]**OPU** cete modandi **A** cete *(sp. vac. 12 litt.)* modandi **H** acce modandi **E**[1] *(in mge* ◡*)* accomodandi **E**[2] ceteris commodanti **V**[2] *Rom* certe moderatis **R** commendandi *vel* commendandis *vel* certe moderanti ς

tur. videndumque hoc loco est, ne, quos ob benefacta 208
diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime
invideri solet, nimis ecferre videamur. atque isdem his ex
locis et in alios odium struere discemus et a nobis ac
5 nostris demovere; eademque haec genera sunt tractanda
in iracundia vel excitanda vel sedanda. nam si, quod ipsis
qui audiunt perniciosum aut inutile sit, id factum augeas,
odium creatur; sin, quod aut in bonos viros aut in eos,
quos minime quisque debuerit, aut in rem publicam, tum
10 excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut invidiae aut odii non dissimilis offensio. item timor incutitur 209
aut ex ipsorum periculis aut ex communibus. interior est
ille proprius; sed hic quoque communis ad eandem similitudinem est perducendus. par atque una ratio est spei, lae- 52
15 titiae, molestiae; sed haud sciam an acerrimus longe sit
omnium motus invidiae nec minus virium opus sit in ea
comprimenda quam in excitanda. invident autem homines maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos
sentiunt, illos autem dolent evolasse; sed etiam superiori-
20 bus invidetur saepe vehementer et eo magis, si intoleran-
tius se iactant et aequabilitatem communis iuris prae-

11 *ad § 209 Michel 290–292*

14–17 par – excitanda **K** *§ 428 (p. 493 Schw.)* || **18** paribus: *Arist. Rhet. 2, 10, 5 (p. 1388a 11)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** quibus **R** | cui **R**[m] || **3** ecferre **A** ecferri **H** et ferre **E**[1] efferre **E**[2]**L** | his ex **MVUR** ex his **OP** || **4** et in alios odium **M** et odium in alios **VOPU** odium et in alios **R** || **5** dimovere **R**ς *Rom* | genera haec **E** | sunt tractanda **M** tractanda sunt **L** || **9** quos **C** in quos **R** *Piderit Richard Sutton* | quisquam **P**[1] (*corr.* **P**[2]) || **10** tamen **C** tum ς attamen *Lamb* | invidiae **MU** invidia **VOPR**[v] iracundia *Schuetz Herthel* || **12. 13** interior est ille proprius; sed hic **L** interior hic **AE** (◡ *in mge* **E**) interior *(sp. vac. 30 litt.)* hic **H** || **14** perducendus **V**[m]**PUR**[m] perdicendus **V**[v]**O** perdiscendus **R** perducen **AH** (*post* perducen *sp. vac. 7 litt.* **H**) perducens **E** || **15** haut **V**[v] | acerrimus **MKO**[mal']**UR** acerrime **VOP** | longe sit **LA**[3] non gessit **MK** || **17** in **M** *om.* **L** *del. Stangl*[1] || **18. 19** cum – superioribus **L** *om.* **M** || **20** invidetur **L** -entur **M** || **21** iactant **C** -ent **H**ς | aequalitatem **R** *Rom* | communis **MR** *om.* **VOPU** *Sutton*

stantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis, tum, si erunt honestiora atque graviora, tamen non esse tanti ulla merita, quantam insolentiam hominis quantumque 5
210 fastidium. ad sedandum autem, magno illa labore, magnis periculis esse parta nec ad suum commodum sed ad aliorum esse conlata; eumque si quam gloriam peperisse videatur, tamenetsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari totamque abicere atque deponere; 10 omninoque perficiendum est, – quoniam plerique sunt invidi maximeque hoc est commune vitium et pervagatum; invidetur autem praestanti florentique fortunae, – ut haec opinio minuatur et illa excellens opinione fortuna
211 cum laboribus et miseriis permixta esse videatur. iam 15 misericordia movetur, si is qui audit adduci potest, ut illa quae de altero deplorentur, ad suas res revocet, quas

15 *ad § 211 Michel 292–295* || **15–p. 193. 1** *Laurand 35*

16 misericordia movetur: *Arist. Rhet. 2, 8, 2 (p. 1385b 16)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quae si inflammanda sunt **C** quae si infamanda sunt *Cron Harnecker*[1] *12 Firmani* quae, si inflammandum est *Rubner*[2] *15* || **3** parta **L** *(cf. Leg 2, 60)* parata **MO**[1] || **4** tanti **C** *Piderit Harnecker Friedrich Courbaud* tanta ς *Kayser Sorof Cima Richard* || **5** ulla **C** *Piderit Harnecker Friedrich Courbaud* illa ς *Kayser Sorof Wilkins* | quantam insolentiam *Sorof quem fere omnes secuti sunt* quanta insolentia **C** *Kayser Friedrich Firmani Richard* | quantumque fastidium ad sedandum autem **L** quantum fas autem **AE** (*in mge* ◡ **E**) | quantumque **E**[2] quantumque fas *(sp. vac. 22 litt.)* autem **H**. *in hac lacuna* ς sin autem restinguenda *vel* exstinguenda *suppleverunt* || **6** magnis **M** magnisque **L** || **8** eumque si quam *Piderit quem Wilkins Courbaud secuti sunt* que suam **A** q̄: suam **H** que suam **E** sese si quam **V** seseque si quam **OPUR** *Galmés Richard* si quam *Ellendt* quae si quam *Baiter Friedrich* atque si suam *Adler*[1] *27* itaque si ullam *Cima* quae si iam *Stangl*[7] *25* || **9** videatur **C** -eantur *Baiter Stangl Friedrich Cima* | tamenetsi **MVOP** tametsi **UR** *Ald* | iniqua **MP**[1] aequa **VO**[m] **P**[2] **UR** in qua **O** || **11** perficiendum **L** perficiendumque **M** || **12** hoc est **MR** est hoc **VOPU** | et **C** est et **U** | pervagatum **L** *(cf. 1, 165; 2, 127; 3, 188)* perpetuum **M** || **13** invidetur *u. ad* fortunae *secl. Ernesti* || **15** esse **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* | iam **L** a **M** at *Lamb* || **17** deplorantur **E**[1] (*corr.* **E**[2]) | revocet **MOU** vocet **VPR** advocet *Lag 4*

aut tulerit acerbas aut timeat, ut intuens alium crebro ad se ipsum revertatur; ita cum singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum adflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est; et, ut 5 illa altera pars orationis, quae probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri, lenis, ut saepe iam dixi, atque summissa, sic haec, quae suscipitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione flectendos, intenta ac vehemens esse debet. sed est quaedam in his 212 **53** 10 duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehemens esse volumus, difficilis ad distinguendum similitudo. nam et ex illa lenitate, qua conciliamur iis qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdam excitamus, influat oportet aliquid, et ex hac vi non numquam animi 15 aliquid inflandum est illi lenitati; neque est ulla temperatior oratio quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur, remissio autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. in utro- 213 que autem genere dicendi et illo, in quo vis atque con-

9 *ad § 212 Michel 269*

2–6 cum singula *(sic)* – debet **K** *§ 429 (p. 493 Schw.)* || **18**—p. 194, **3** utroque – debent **K** *§ 429 (p. 493 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ut ς aut **C** et *Bake* || **2** revortatur **M** revertatur **L** | ita cum **L** *Piderit Sorof Harnecker Cima Firmani Richard Sutton (cf. Cima ad. l.)* et cum **M** *Friedrich Wilkins Courbaud* | singuli **C** -a **E**¹ (*corr.* **E**²) **K** || **2.3** casus humanarum miseriarum **L** casus humanarum **A** casus ◡ humanarum **E** casus *(sp. vac. 10 litt.)* humanarum **H** casus rerum humanarum ς *Friedrich* || **3** accipiantur **R** || **4** et² **L** *om.* **MK** *secl. Kayser* || **4.5** ut autem *Kayser* || **5** commendatione **L** -onis **MK** -onisque ς || **6** spem **E**¹ | ut – dixi *om.* **K** || **7** sic **C** si **E**¹ **R** sed **P** || **9** sed est **L** sedes **M** || **10** alterum lene **L** *om.* **M** || **12** et ex **AH** ex **EL** || **14** et ex **L** ex **M** || **15** inflandum est *Gulielmus ap. Melanchtonem* inflammandumst **H** inflammandum est **AER** influendum est **VOPU** instillandum e. *Heusinger* infundendum e. *Lamb* inferendum e. *Eggers* adflandum e. *Reid* | illi lenitati *secl. Orelli* || **16** oratio **L** *om.* **M** | asperatas **E** | contentionis oratoris **L** contentiones orationis **M** || **17** remissionis autem lenitas *Lamb* || **18** et **L** *om.* **M** | contentio **E**¹ (*corr.* **E**²) | in **L** *om.* **MK** || **19** illo **VOPR** ille **MKU** | quo **C** quae **K** | contentio **C** contentio ⟨dicendi⟩ ς *Rom*

tentio quaeritur, et hoc, quod ad vitam et mores accommodatur, et principia tarda [sunt] et exitus tamen spissi et producti esse debent. nam neque adsiliendum statim est ad genus illud orationis – abest enim totum a causa et homines prius illud ipsum, quod proprium sui iudicii est, (5) audire desiderant – nec cum in eam rationem ingressus **214** sis, celeriter discedendum est. non enim, sicut argumentum, simul atque positum est, arripitur alterumque et tertium poscitur, item misericordiam aut invidiam aut iracundiam, simul atque intuleris, possis commovere. argu- (10) mentum enim ratio ipsa confirmat, idque simul atque emissum est adhaerescit; illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem requirit, quam consequi nisi multa et varia et copiosa oratione et **215** simili contentione actionis nemo potest. quare qui aut bre- (15) viter aut summisse dicunt, docere iudicem possunt, commovere non possunt; in quo sunt omnia. iam illud perspicuum est omnium rerum in contrarias partis facul-

2.3 et principia – debent *Non. 392, 15* (*propter* spissum) *cf. Att. 10, 18, 2* omnia tarda adhuc et spissa || **17** – p. 195, **1** iam illud *u. ad* locis **K** *§ 430 (p. 493 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** mores **L** mortem **MK** || **2** sunt **CK** *Non del. Pearce quem omnes fere secuti sunt* sint ς *Piderit Sorof Harnecker Firmani* | tamen **AL** *Non, om.* **HEK** *del. Friedrich^{2} 37* item *Lamb Sorof Wilkins* etiam *Madvig* || **3** adsiliendum **L** adsilendum **M** || **4** genus illud **M** illud genus **L** || **5** illud ipsum **M** *(cf. 3, 92; Or. 6, Phil. 2, 5)* ipsum illum **L**(**V**^{v}) ipsum illud **V**^{m} **O**^{mal}′ *Kayser* || **5.6** est audire desiderant nec cum **L** (nec tum **R**) et audiri desiderat. nam cum **M** || **7** discedendum **L**(**R**^{v}) dicendum **M** discendum **R**^{m} *Rom* || **9** tertius **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) | item **M** *(pr. Stroebel 66 Meister 59)* ita **L** || **9.10** aut iracundiam **L** *om.* **M** || **10.11** intuleris — confirmat *om.* **E**^{1} (*suppl.* **E**^{2}) intuleris **C** impuleris *Schuetz* | enim **L** *Sutton om.* **M** *del. Ellendt quem omnes fere secuti sunt* | ratio **L** rationis **M** ratio oratoris *Sydow* || **11** idque *Sorof Wilkins Cima* quae **C** *Ellendt Courbaud* cui *Wyttenbach 21 Schuetz* quod *Bake* qua *Kiessling^{2}* atque *Kayser Friedrich* || **12** emissum *Wyttenbach quem omnes sequuntur* emissa **C** || **13** cognitionem **C** cogitationem *Madv^{1} 91* | requit **A** || **14** quam ς quae **L** *om.* **M** || **14.15** oratione et simili **VOPU** et simili oratione **MR** | et simili – actionis *secl. Vassis^{2}* || **15** contentione actionis **C** contentionis actione *Friedrich* || **16** commovere **MU** movere **VOPR** || **18** partis **M** -es **L**

tatem ex isdem suppeditari locis. sed argumento resistendum est aut iis, quae comprobandi eius causa sumuntur, reprehendendis aut demonstrando id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis nec esse consequens; aut, 5 si ita non refellas, adferendum est in contrariam partem quod sit aut gravius aut aeque grave. illa autem, quae aut 216 conciliationis causa leniter aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus auferenda sunt, ut odio benevolentia, ut misericordia invidia tollatur.

10 Suavis autem est et vehementer saepe utilis iocus et 54 facetiae; quae, etiam si alia omnia tradi arte possunt, naturae sunt propria certe neque ullam artem desiderant. in quibus tu longe aliis mea sententia, Caesar, excellis; quo magis mihi etiam aut testis esse potes nullam esse 15 artem salis, aut, si qua est, eam tu potissimum nos docere." „ego vero" inquit „omni de re facetius puto posse 217 ab homine non inurbano quam de ipsis facetiis disputari.

16 *de § 217–289 Volkmann 289, Consbruch 333–354. Süss 28* u. ad *45. Arndt 25–40 A. Grant, The ancient Theories of the Laughtable Madison 1924. W. L. Grant AJP 80–86. Kroll³ 1077 A. Plebe La teoria del comico da Aristotele a Plutarco Torino 1952 Michel 271–283 Barwick 78 sq. G. Monaco Il trattato de ridiculis (de oratore II 216–290) Palermo 1964*

6–9 illa — tollatur **K** *§ 430 (p. 493 Schw.)* || **12** *cf. Quint. 6, 3, 11*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** suppeditari **MKU** -are **VOP** subpeditare **R**ᵛ || **2** eius **AL** *om.* **HE** | sumuntur **HE**¹**L** -entur **AE**² || **3** reprehendis **H** || **4** nec **M** neque **L** || **5–8** in — auferenda sunt *om.* **E**¹ (*suppl.* **E**²) || **5** contrariam partem **L** contraria parte **AHE**² || **6** aut¹ **MUR** *om.* **VOP** || **8** commotionibus **MOPR** -commotibus **VO**ᵛ**U** motibus *ς* | auferenda *Lag 20 Strebaeus* efferenda **AHEK** inferenda **L** *Richard* evertenda *Heusinger* infirmanda *Walker Pearce* infringenda *Hanow* inserenda *Matthiae* invertenda *Madv*¹ *92* inferendis *Bake* | sunt **C** fiunt *Bake* || **9** ut **MUR** aut **V** et **P** *om.* **O** aut *Courbaud* || **10** et **L** ut **M** | iocus **L** locus **M** || **11** alia **L** alio **M** || **13** scientia **E**¹ (*corr.* **E**²) | excellis **MUR** -es **VOP** || **14** aut **C** *om. ς del. Ellendt* | nullam *Subl.* nulla **M** aut nullam **L** || **15** artem salis **L** arte satis **M** | potissimum nos **M** nos potissimum **L** nos *secl. Kayser Richard* | docere **M** -ebis **L** *Richard* || **16** inquit Caesar *Piderit* | facetius **L**(**V**ᵛ**R**ᵛ) *(pr. Meister 67)* facilius **MV**ᵐ | posse **L** esse **M** || **17** ipsis **L** ipsius **M** his ipsis *ς*

itaque cum quosdam Graecos inscriptos libros esse vidissem „de ridiculis" nonnullam in spem veneram posse me ex iis aliquid discere. inveni autem ridicula et salsa multa Graecorum – nam et Siculi in eo genere et Rhodii et Byzantii et praeter ceteros Attici excellunt –; sed qui 5 eius rei rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insul-
218 sitas rideatur. quare mihi quidem nullo modo videtur doctrina ista res posse tradi. etenim cum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, 10 alterum peracutum et breve, illa a veteribus superior cavillatio, haec altera dicacitas nominata est. leve nomen habet utraque res! quippe; leve enim est totum hoc risum
219 movere. verum tamen, ut dicis, Antoni, multum in causis persaepe lepore et facetiis profici vidi. sed cum in 15 illo genere perpetuae festivitatis ars non desideretur – natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos adiuvante et voltu et voce et ipso genere sermonis – tum vero in hoc altero dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facete dictum emissum haerere 20

7.8 ut – rideatur *Non. 33, 15* (*propter* insulsum) || **9–14** cum duo – summovere *(sic)* **K** *§ 431 (p. 493 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** de ridiculis **L** perridiculis **M** *περὶ γελοίου Friedrich collato Quint. 6, 3, 22* || **3** ex iis aliquid **M** aliquid ex istis **L** *Richard* || **6.7** artemque – exstiterunt **L** *om.* **M** || **7** nisi **C** quam *Non* | insulsitas **L** *Non* insultas **M** || **8** quidem *om. Richard* | nullo modo videtur **C** nullo videtur modo **U** *Piderit* videtur nullo modo *Lamb* || **9** genera sint **M** sint genera **LK** || **10** alterum quidem est aequaliter **K** || **11** de veteribus **R** || **13** totum **LN**v *om.* **MK** | hoc *om.* **U**1 (*suppl.* **U**2) || **13.14** hoc risum movere **LN**v hoc rei summo vere **A** *(sp. vac. 12 litt.)* hoc rei summovere **H** hoc regi summovere **E**1 (rei **E**2) || **15** persaepe *om.* **H** | vidi sed **L** vidi sedi sed **A** vidi sedi *(sp. 2 litt.)* sed **H** vidissedi sed **E** || **15.16** cum in illo **HEL** quom illo **A** cum illo in ς quom in illo *Friedrich Stangl*[12] || **16** desideratur ς || **17** et narratores **LN**v *om.* **M** *secl. Kayser* || **18** facetos **L**(**R**v**N**v) facetur **A** facetur **E**1 (fatetur **E**2) facetur *(sp. vac. 4 litt.)* **H** *inde* facetiarum **N**ς | adiuvante et voltu et voce **M** (vultu **E**) et vultu adiuvante et voce **L** et voltu *om. Richard* || **20** emissum *secl. Kayser*

debeat, quam cogitari potuisse videatur? quid enim hic 220
meus frater ab arte adiuvari potuit, cum a Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? quid in omni oratione Crassus vel apud centumviros contra Scae-
5 volam vel contra accusatorem Brutum, cum pro C. Planco diceret? nam id quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est omnium sententia concedendum. non enim fere quisquam reperietur praeter hunc in utroque genere leporis excellens, et illo quod in perpetuitate sermonis et hoc quod
10 in celeritate atque dicto est. nam haec perpetua con- 221
tra Scaevolam Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco; dicta illa brevia non habuit. parcebat enim adversarii dignitati; in quo ipse conservabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum,
15 habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possunt, tenere. itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapienti facilius 222

2.3 a Philippo – respondit: *ORF² 269* || **3** *Quint. 6, 3, 81* ut Catulus dicenti Philippo „quid latras?“ „furem video“ inquit. || **3–6** quid – diceret: *ORF² 254* || **22** Curiana defensio: *1, 180, 2, 140 sq.* || **18** *cf. TRF³ p. 84 Ennius inc. fab. v. 399; Scaen. 412 Vahlen³ sq. ROL I 370*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **4** oratione **MO**^mal **R** ratione **VOPU** || **5.6** C. Planco diceret nam **L** *om.* **M** (*sp. vac. 24 litt.* **H**; signum ◡ **E**) | C. Planco **L** *(cf. Kumaniecki⁴)* Cn. Plancio *„ex paucis codicibus et editionibus“ Ellendt Wilkins* Cn. Planco *edd. recc., Malcovati* || **8** reperietur **C** repperietur homo ς | praeter **L** *om.* **M** || **9** et¹ **L** *(pr. Stroebel 8) om.* **M** | illo **AH** ill^o^i **E** in illo **VOPU** illud **R** | quod¹ **UR**ς *edd.* qui **MVOP** *(def. Stangl⁷ 26)* | quod² **AHE² UR** quot **E¹** qui **VOP** *(def. Stangl⁷ 26)* || **10** contra **CN^v** *om.* **E¹** (*suppl.* **E²**) in **N**ς || **11** quae tota ς || **12** quadam — brevia **L** *om.* **M** || **13** ipse **M** ipso **L** *Schuetz* | conservabat **R** *(cf. Balb. 59; Planc. 10)* conservat **M** servabat **VOPU** || **14** est **VOPU** est in **MR** || **15** occurrant **C** -unt ς || **16** possunt **MU¹** -sint **VOPU²R** *Richard Sutton* || **17** ridiculi homines *secl. Kayser* | insulsum **V** | interpretantur **C(O^v)** arbitrantur **O** *secl. Kayser* || **18** enim *secl. Kayser* || **18** enim aiunt *secl. Bake Piderit Sutton* | aiunt Ennium flammam a sapienti *Zillinger, Cicero und die altröm. Dichter Würzburg 1911, 122* aiunt — sapiente **L** aut pienti **A** aiunt *(sp. vac. 28 litt.)* pienti **H** aut ◡ pient^i^e **E**

ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat; haec scilicet bona dicta quae salsa sint; nam ea dicta appel-
55 lantur proprio iam nomine. sed ut in Scaevola continuit ea Crassus atque in illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemque 5 lusit, sic in Bruto quem oderat et quem dignum contu-
223 melia iudicabat, utroque genere pugnavit. quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, quam multa de amisso patrimonio dixit! atque illa brevia, cum ille diceret se sine causa sudare: „minime mirum“ inquit „modo 10 enim existi de balneis“ – innumerabilia huiuscemodi fuerunt, sed non minus iucunda illa perpetua. cum enim Brutus duo lectores excitasset et alteri De colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri De lege Servilia et cum contraria inter sese de re publica capi- 15 ta contulisset, noster hic facetissime tris patris Bruti De
224 iure civili libellos tribus legendos dedit. ex libro primo: „forte evenit ut in Privernati essemus.“ Brute, testificatur pater se tibi Privernatem fundum reliquisse. deinde ex

6—p. 200, **13** in Bruto – reliquisti: *ORF² 254–256* || **7**—**17** *ORF² 208* || **12** sq. *Cluent. 141 sqq. Quint. 6, 3, 43* quod de L. Crasso contra Brutum Cicero in secundo De oratore libro et aliis quibusdam locis narrat *eqs.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** inardescente **R** || **2** nam **C** non **H** (nam **H^m**) || **3** Scaevola **M** -am **L** | continuit **VOPU** conticuit **MR** || **4** in illo **M** illo **L** in *secl. Reid Wilkins Richard* || **6** elusit *Reid Wilkins at cf. Monaco ad l.* | et *om.* **E¹** (suppl. **E²**) || **7** utroque **HE²L** utque **AE¹** | pugnavit **M** -abat **L** repugnabat ς *Rom* || **8** balneis **MPR** balineis **V^v O U** || **9** ut cum *Kayser* || **10** minime mirum inquit **VOP** *Piderit Wilkins Courbaud* minimum mirum inquit **UR** minime **M** *Friedrich* minime inquit *Pearce Wilkins¹ Monaco* || **10.11** modo enim existi de balneis **UR** existi de balineis **VOP** enim modo existi de balneis **MO²** nam modo e. e. b. *Friedrich²* enim vero existi e. b. *Stangl* || **11.12** huiuscemodi fuerunt **L** fuerunt **M** fuerunt eiusmodi *Rom* talia fuerunt *Halm Firmani Sutton* alia fuerunt *Reid* || **12** iucunda illa **M** illa iucunda **L** || **13** duo **MVOU** duos **PO²R** *Firmani* | altero **H** || **15** contraria **L** contra **M** | capita **L** *(cf. pro Clu. 140)* *om.* **M** || **16** contulisset **L** -ent **M** | hic noster *Kayser* | patris **L** partis **AH** partes **E** | Brute **R** || **18** *post* essemus ⟨ego et M. filius⟩ *ins. Friedrich² collato pro Cluentio 141; Firmani*

libro secundo: „in Albano eramus ego et M. filius." sapiens videlicet homo cum primis nostrae civitatis norat hunc gurgitem; metuebat ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. tum ex libro tertio in quo finem scri-
5 bendi fecit – tot enim, ut audivi Scaevolam dicere, sunt veri Bruti libri –: „in Tiburti forte adsedimus ego et M. filius." ubi sunt hi fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? quod nisi puberem te, inquit, iam haberet, quartum librum composuisset et se
10 etiam in balneis locutum cum filio scriptum reliquisset." quis est igitur qui non fateatur hoc lepore atque his face- 225 tiis non minus refutatum esse Brutum quam illis tragoediis quas egit idem, cum casu in eadem causa [cum] funere efferretur anus Iunia. pro di immortales, quae fuit
15 illa, quanta vis! quam inexpectata! quam repentina! cum coniectis oculis, gestu omni ei inminenti, summa gravitate et celeritate verborum: „Brute quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines vides duci? quid maioribus tuis? quid L. Bruto,

8.9 quod nisi – haberet *Prisc. inst. gr. GL 2, 250, 4*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** cum is **L** quom is **M** cum his **P**[1] **U** | haberet nihil **L** *om.* **M** | esse **L** esset **M** *om.* **R** || **6** Brute **R** | Tiburti **M** -te **L** || **7** Brute **L** -ti **M** || **8** consignatos **H**[2] **L** -to **M** || **8.9** te inquit iam **C** te iam inquit *Prisc* || **9** et se **L** et si **M** et sic *ς* || **10** locutum **L** *Ald Orelli Ellendt (def. Ellendt ad l. Stroebel 5 Meister 67)* locum **M** lotum *ς Piderit Sorof Harnecker Friedrich Cima Wilkins Courbaud Monaco* || **13.14** cum funere **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii* cum *secl. Kumaniecki*[5] *at* funere *def. Kumaniecki*[5] *coll. de domo 42* || **14** efferretur *Lag 6 edd.* ferretur **C** | Iunii **V** | pro **MV** proh **OPUR** || **14.15** quanta fuit illa vis *Mueller*[1] *10* || **15** illa ⟨oratio⟩ *Turn* | vis ⟨doloris⟩ *Muther*[2] *22* || **15.16** cum coniectis **L** quom iectis **AH** cum iectis **E** coniectis *ς Monaco (e coniectura)* || **16** gestu omni ei imminenti *Piderit Wilkins* gestu omni et imminenti **MUR** *Sorof Harnecker Courbaud* gestu omni imminenti **VOP** *Cima* gestu acri et im. *Klotz*[2] et imminenti gestu omni *Kayser* gestu ostendenti vultu minanti *Koch*[1] gestu et voce imminenti *Adler*[1] *28* gestu omni et imminenti ⟨fletu⟩ *Muther*[1] *22* gestu imminenti *Reid Firmani Galmés* || **17** verborum ⟨diceret⟩ *Piderit* || **18** patri nuntiare vis tuo **M** nuntiare vis patri tuo **L** || **19** vides duci **L** *(adamata clausula)* duci vides **M** *rec. edd.* | quid[1] **MU** *om.* **VOPR** *secl. Schuetz Harnecker*[1] *13*

qui hunc populum dominatu regio liberavit? quid te agere? cui rei, cui gloriae, cui virtuti studere? patrimonione augendo? at id non est nobilitatis. sed fac esse, nihil 226 superest; lididines totum dissipaverunt. an iuri civili? est paternum. sed dicet te, cum aedis venderes, ne in rutis 5 quidem et caesis solium tibi paternum recepisse. an rei militari? qui numquam castra videris! an eloquentiae? quae neque est in te et, quicquid est vocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti! tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in 10 urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modo imitandis sed ne conlocandis quidem tibi locum ullum reli- 56 quisti." sed haec tragica atque divina; faceta autem et 227 urbana innumerabilia vel ex una contione meministis. nec 15 enim contentio maior umquam fuit nec apud populum gravior oratio, quam huius contra collegam in censura nuper, neque lepore et festivitate conditior.

5.6 sed – recepisse *Non. 54,17* (*propter* recepticium) *Non. 164,6* (*propter* ruta) *Non. 384,15* (*propter* recipere) || **15–18** nec – conditior: *ORF*^{2} *249*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** te **MR** *om.* **VOPU** || **2** agere **MU**^{2}**R** facere **VOPU**^{1} *Richard* | regi **R** | virtute **R** || **3** ad **P** | est non **OP**^{1} | nobilitas **H**^{1} (*corr.* **H**^{2}) || **4** lubidines **H** | dissipaverunt **L** dissu- **M** | iuri ς iure **MR** in iure **L** | sed dicet **C** sed dices ς sed dicis *Non. 57,14; 164,15* et dicis *Non. 384,15* || **5** aedis *Non* aedes **C** | in rutis **L** *Non* in rupiis **M** || **6** solium **C**(**R**^{v}) solum ς *Rom Non* | recepisse **VOPUR**^{m} *Non (pr. Stroebel 19)* reliquisse **M** | re **H**^{1} (*corr.* **H**^{2}) || **7** militari **L** -teris **M** militari? is *Friedrich* || **8** neque **M** *(pr. Meister 59)* nulla **L** *Richard Sutton* neque ulla *Klotz* | quicquid **HEOU** quidquid **AV PR** || **10.11** tu in foro tu in urbe **L** *om.* **M** *secl. Friedrich (def. Kumaniecki*^{5} *coll. Mur. 84; Verr. 5, 97; 152; Planc. 71 Rab. Post. 48; Leg. agr. 2, 71)* || **11** tu in urbe *secl. Wilkins Courbaud Firmani* || **12** istas *Schuetz* || **13** conlocandis **L** coniungendis **M** intuendis *malit Friedrich (coll. Arch. 14)* | quidem **L** *om.* **M** | locum ullum **C** ullum locum ς *Rom* || **15** vel ex *Ellendt quem fere omnes secuti sunt* ex **L** *Meister Richard* aut ex **M** ante ex *Adler*^{1} *28* | contione **L** contentione **MR** || **16** contentio maior *Lag 6, 15, 21 con. Schuetz Mueller Ellendt* contio maior **L** maior contio **M** maior contentio *Friedrich Courbaud Wilkins Monaco*

Quare tibi, Antoni, utrumque adsentior et multum facetias in dicendo prodesse saepe et eas arte nullo modo posse tradi. illud quidem admiror te nobis in eo genere tribuisse tantum et non huius rei quoque palmam ut cete-
5 rarum Crasso detulisse." Tum Antonius „ego vero ita fe- 228 cissem" inquit „nisi interdum in hoc Crasso paulum inviderem. nam esse quamvis facetum atque salsum non nimis est per se ipsum invidendum; sed cum omnium sit venustissimus et urbanissimus, omnium gravissimum et
10 severissimum et esse et videri, quod isti contigit uni, id mihi vix ferendum videbatur." hic cum adrisisset ipse 229 Crassus, „ac tamen" inquit Antonius „cum artem esse facetiarum, Iuli, negares, aperuisti quiddam quod praecipiendum videretur. haberi enim dixisti rationem oportere
15 hominum, rei, temporis, ne quid iocus de gravitate decerperet; quod quidem in primis a Crasso observari solet. sed hoc praeceptum praetermittendarum est facetiarum, cum iis nihil opus sit. nos autem quo modo utamur, cum opus sit, quaerimus, ut in adversarium et maxime, si eius
20 stultitia poterit agitari, in testem stultum, cupidum, levem, si facile homines audituri videbuntur. omnino probabi- 230 liora sunt, quae lacessiti dicimus, quam quae priores; nam et ingenii celeritas maior est quae apparet in respon-

1–3 utrumque – tradi **K** *§ 432 (p. 493 Schw.)* || **17–20** sed hoc – levem **K** *§ 433 (p. 493 Schw.)*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** vero adsentior videlicet et **K** || **3** illud **M** et illud **L** || **4** ut ceterarum **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii, def. Kumaniecki*[5] *collato Verr. a. pr. 25, ret. Richard Sutton* || **6** in *om.* **V** | paulum **M** paululum **L** || **7** quamvis **M** quemvis **L** || **8** sed cum **L** sed quod **M** sed quo eum qui *Rom* | sit **MR** sis **VOPU** *Richard* || **10** contigit **C** contingit **O**ς *Kayser* | id **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii ret. Richard* || **11** ipse **M** *om.* **L** || **12** ac tamen **MVO** att- **PUR** || **12.13** artem esse facetiarum Iuli **L** *(pr. Stangl*[7] *33)* artem esse facetiarum ullam **AH** artem ullam facetiarum esse **E** artem esse facetiarum Iuli ullam *Ellendt* ullam *secl. Madvig*[1] Iuli *secl. Bake* || **13** quo **U** || **14** videretur **C** videtur ς *Ellendt Kayser* | habere *Rom* || **15** rei **C** et *Herthel coll. § 221 et Or. 123* | iocus **L** locus **M** || **17** praetermittendarum *corr. ed. Lott* praetermittendum **CK** || **18** cum[1] **MK** quod **L** || **21.22** probabiliora sunt **L** probabilior agunt **M** || **22** quam **L** novam **M** || **23** claritas **E**[1] (*corr.* **E**[2])

dendo, et humanitatis est responsio. videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti; ut in ipsa ista contione nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit. erat autem tanta in Domitio gravitas, tanta auctoritas, ut, quod esset 5 ab eo obiectum, lepore magis elevandum quam contentione frangendum videretur."

57 231 Tum Sulpicius „quid igitur? patiemur" inquit „Caesarem, qui quamquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, non explicare nobis totum 10 genus hoc iocandi quale sit et unde ducatur, praesertim cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis esse fateatur? „quid, si" inquit Iulius „adsentior Antonio di-232 centi nullam esse artem salis?" hic cum Sulpicius reticuisset „quasi vero" inquit Crassus, „horum ipsorum, de qui- 15 bus Antonius iam diu loquitur, ars ulla sit. observatio quaedam est, ut ipse dixit, earum rerum quae in dicendo valent; quae si eloquentis facere posset, quis esset non eloquens? quis enim haec non vel facile vel certe aliquo modo posset ediscere? sed ego in his praeceptis hanc vim 20 et hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperiendum quid dicamus arte ducamur, sed ut ea, quae natura, quae

16 *Quint. 2, 17, 5* ut in libris Ciceronis De oratore dicit Antonius observationem quandam esse, non artem || **22** *cf. Plato Phaedrus 269 D*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** humilitatis **E**[1] (*corr.* **E**[2]) | est *om.* **V** | videmur **M** -eremur **L** || **2** ista ipsa *Piderit* | contione **C** contentione **R** || **3** dictum est **HEVOPR** dictust **A** dicendum est **U** || **5** tanta in Domitio **M** in Domitio tanta **L** || **6** elevandum **L** *(pr. Meister 60 cf. § 236)* levandum **M** | contentione **M** contione **L** || **8** patiemur inquit **AE** patiemurne inquit **H**[1] *(postea ne del.)* | inquit patiemur **L** *(pr. Herthel)* || **9** Crasso **L** M. Crasso **AE** Marco Crasso **H** || **10** elaborat **VUO** *(pr. Herthel)* laborat **MPR** | nobis *om.* **V** || **11** hoc iocandi quale **L** *om.* **M** hoc iocandi *secl. Kayser* (*post* genus *sp. vac. ca. 30 litt.* **A**) | sit **HLA**[3]**E** si **A**[1]**H** | ducatur **M** *(pr. Meister 61)* deducatur **L** || **12** tantantam **H** || **13** fateatur **MP**[al'] -amur **L** || **14** esse **MU** *(pr. Meister 11) om.* **VOPR** | cum **E**[2]**L** quod **M** || **16** iam **MR** tam **VOPU** | ulla **MU** nulla **VOPU** || **17** est **L** *om.* **M** || **18** posset **L** possit **M** || **19** non vel **L** vel non **M** | vel[1] *del. Friedrich*[2] *38* || **20** iis **H** *Friedrich* || **22** quid **L** *(pr. Meister)* quod **M** | arte ducamur **HE**[1]**V**[m]**O**[mal'] arte ducamus **A** arte deducamur **E**[2] artemur **L**(**V**[v])

studio, quae exercitatione consequimur, aut recta esse
confidamus aut prava intellegamus, cum quo referenda
sint didicerimus. quare, Caesar, ego quoque hoc a te peto, 233
ut, si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere
5 quid sentias, ne qua forte dicendi pars, quoniam ita vo-
luistis, in hoc tali coetu atque in tam accurato sermone
praeterita esse videatur." „ego vero" inquit ille „quoniam
conlectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut,
si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. quam-
10 quam soleo saepe mirari eorum impudentiam, qui agunt
in scaena gestum inspectante Roscio. quis enim sese com-
movere potest, cuius ille vitia non videat? sic ego nunc,
Crasso audiente, primum loquar de facetiis et docebo sus,
ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audis-
15 set, fenum alios aiebat esse oportere." tum ille „iocabatur" 234
inquit „Catulus, praesertim cum ita dicat ipse, ut am-
brosia alendus esse videatur. verum te Caesar, audiamus,
ut Antoni reliqua videamus." et Antonius „perpauca mihi
quidem restant" inquit; „sed tamen defessus iam labore
20 atque itinere disputationis meae requiescam in Caesaris
sermone quasi in aliquo peropportuno devorsorio." „atqui" 58

20.21 quiescam *(sic)* – devorsorio *Non. 60,33* (*propter* devor-
soria)

[**M** = **AHE** (*indc a v. 15* **A**^{2}**H**) **L** = **VOPUR**] **2** confidamus
aut prava intellegamus **L** confi *(sp. vac. 10 litt.)* intellegamus **A**
confi *(sp. vac. 15 litt.)* intellegamus **H** confi *(sp. vac. 3 litt.)* in-
telligamus **E** || **3** hoc a te **MR** a te hoc **VOPU** || **5** voluistis **VOP**
-isti **MUR**^{v} || **9** tibi causam aliquam **L** causam aliquam tibi **M** |
dem recusandi **L** *(propter clausulam praeferendum cf. Meister 72)*
recusandi dem **M** || **11** inspectante **M** *(pr. Stroebel 71) coll. Verr.
4,24, Mil. 103* spectante **L** *Firmani Richard Sutton* | sese **M** se **L** ||
13 sus **PR** ụsus **V** usus **O**^{vm} **U** esus **O** suis **M** sus Minervam **V**^{m}
si vis ς || **13.14** sus ut aiunt Minervam *Schuetz* || **14** quem cum **VO
PU** quem quom **R** quemquem **M** *inde* quemquam *vel* quem quia ς ||
15 fenum **L** *om.* **M** (*sp. vac. 25 litt.* **AH**) | agebat **E** | esse **L** es *(sub
linea)* se **A** se **HE** | *post* oportere **A**^{1}**E** *deficiunt; illum altera
manus vetus supplevit* (**A**^{2}) || **18** ut Antoni reliqua videamus **M**
(pr. Friedrich^2 *38 sqq. Stangl*^{3} *875)* ut ad Antoni reliqua redeamus **L**
Ellendt Cima Firmani Richard Sutton || **18.19** ⸝mihi quidem **M**
quidem mihi **L** || **20** requiescam **C** quiescam *Non* || **21** peroppor-
tuno **C** opportuno *Non* | devorsorio **H** *Non* devẽrsorio **A**^{2} dever-
sorio **L** diversorio ς

inquit Iulius „non nimis liberale hospitium meum dices. nam te in viam, simulac perpaulum gustaris, extrudam et eiciam.

235 Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam, perbreviter exponam. de risu quinque sunt quae 5 quaerantur: unum quid sit; alterum unde sit; tertium sitne oratoris velle risum movere; quartum quatenus; quintum quae sint genera ridiculi. atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quo modo existat atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere 10 nequeamus, et quo modo simul latera, os, venas, oculos, voltum occupet, viderit Democritus. neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet et, si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi illi quidem scirent, qui polli-236 cerentur. locus autem et regio quasi ridiculi – nam id 15 proxime quaeritur – turpitudine et deformitate quadam continetur. haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et signant turpitudinem aliquam non turpiter. est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum, vel quod ipsa hilaritas benevolentiam con- 20 ciliat ei, per quem excitata est, vel quod admirantur omnes acumen, uno saepe in verbo positum, maxime respon-

4 *de §§ 235–251 Cooper 87–92*

10 *Quint. 6, 3, 9* erumpit etiam invitis saepe || **11** *cf. Quint. 6, 3, 9* || **16** *Quint. 6, 3, 8* a derisu non procul abest risus, habet enim, ut Cicero dicit, sedem „in deformitate aliqua et turpitudine" || **17** haec enim ridentur *cf. Arist. Poet. 5 (1449a 34)* || **20.21** vel quod – excitata est *Iul. Vict. RL 428, 14*

[**M** = **A**[2]**H** **L** = **VOPUR**] **1** nimium *Rom* || **2** perpaulum **M** perpaululum **L** || **7** velle risum **MOPU** risum velle **V** *Rom* velle *secl. Friedrich*[2] *39 fortasse ex* plane *corruptum esse censens (cf. § 236) at sic melior clausula efficitur cf. Meister 72* || **10.11** tenere nequeamus **L** teneamus **M** || **11.12** oculos voltum **M** vultum oculos **L** || **13** sermonem hoc **L** sermo hic **M** | si pertineret **M** si pertinet **L** || **14** putaret **A**[3] | ipsi illi quidem **M** *(cf. Cluent. 50)* ipsi quidem illi **L** *Richard* ipsi *secl. Kayser* || **16** formitate **H** *loco* de *sp. vac. 5 litt.* || **18** signant **M** *(pr. Friedrich*[2] *39 cf. Or. 64; Part. or. 22)* designant **L** | est **C** et **R** || **19** autem **C** enim ς | illud **C** aliud ς istud *Rom* || **21** admirantur **MVU** ammirantur **OP** mirantur **R**

dentis, non numquam etiam lacessentis, vel quod frangit
adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret,
quod refutat, vel quod ipsum oratorem politum esse ho-
minem significat, quod eruditum, quod urbanum, maxime-
5 que quod tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat
odiosasque res saepe, quas argumentis dilui non facile est,
ioco risuque dissolvit. quatenus autem sint ridicula trac- 237
tanda oratori, perquam diligenter videndum est, quod in
quarto loco quaerendi posueramus. nam nec insignis im-
10 probitas et scelere iuncta nec rursus miseria insignis agi-
tata ridetur; facinerosos enim maiore quadam vi quam
ridiculi vulnerari volunt, miseros inludi nolunt, nisi se
forte iactant. parcendum autem maxime est caritati ho-
minum, ne temere in eos dicas qui diliguntur. haec igitur 59 238
15 adhibenda est primum in iocando moderatio. itaque ea
facillime luduntur quae neque odio magno nec miseri-
cordia maxima digna sunt. quam ob rem materies omnis
ridiculorum est in iis vitiis, quae sunt in vita hominum
neque carorum neque calamitosorum neque eorum qui ob
20 facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agi-
tata ridentur. est etiam deformitatis et corporis vitiorum 239

1.2 vel quod frangit adversarium *Iul. Vict. RL 428, 16; cf. Quint. 6, 3, 9* odium iramque frangit || **6** sq. odiosasque – dissolvit *Iul. Vict. RL 428, 17* || **7** sq. *cf. or. 88*

[**M** = **A^2H** **L** = **VOPUR**] **2** elevat **R** delevat **M** levat **VO PU** || **4** maximeque **L** *Piderit Sorof Wilkins Firmani Monaco* maxime **M** *Wilkins*^{1} *Courbaud* || **5** ac **MVO**^{mvet}**P^2U** et **P^1R** quod **O^1** | et **L** *(pr. Stroebel)* ac **M** || **7** autem **C** haec *vel* enim haec ς || **8** quod **M** id quod **L** id *del. Ellendt* || **11** facinerosos *Friedrich Wilkins Courbaud* facinorosos **A^2H^2OPU** *Ellendt Cima* facinerosus **V** facinorosus **R** facinerosi **H^1** | enim *om.* **H** *secl. Friedrich alii* || **12** miseros inludi (ill- **OPR**) nolunt **L** *om.* **M** | nisi se **HPRU** nisi sese **VO** ni se **A^2** si se ς || **13** parcendum autem maxime est **M** parcendum est autem maxime **VOP** parcendum autem est maxime **PU** est *del. Friedrich* || **14** diliguntur **C** diliguntur ⟨aut qui in calamitate sunt⟩ ς || **16** facillime – nec **L** *om.* **M** | nec **VUP** neque **OR** *rec. edd. om.* **M** || **17** maxime **H** | *post* sunt *sp. vac. 4 litt.* **H** || **18** iis **M** *(cf. Meister 64)* istis **L** | omnium *Rom* || **20** ad **L** ac **M** || **20.21** eaque belle agitata ridentur **L**(**O^v**) *(pr. Meister 68)* eaque belle agitari videntur **M** *om.* **O^1** (*suppl.* **O^m**) *secl. Friedrich*^{2} *39* || **21** est **L** *om.* **M**

satis bella materies ad iocandum; sed quaerimus idem, quod in ceteris rebus maxime quaerendum est, quatenus. in quo non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus. quae 5 cuius modi sint, facilius iam intellegemus, cum ad ipsa ridiculorum genera venerimus.

Duo sunt enim genera facetiarum, quorum alterum re 240 tractatur alterum dicto. re, si quando quid tamquam aliqua fabella narratur, ut olim tu, Crasse, in Memmium: 10 comedisse eum lacertum Largi, cum esset cum eo Tarracinae de amicula rixatus. salsa ac tamen a te ipso ficta tota narratio; addidisti clausulam tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras tria L L L duo M M. cum quaereres id quid esset, senem tibi quendam 15 oppidanum dixisse: „lacerat lacertum Largi mordax Mem- 241 mius.“ perspicitis genus hoc quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, sive habeas vere quod narrare

1 *or. 73* in omnibusque rebus videndum est quatenus. || **4sq.** vitandum – mimicus *Non. 170, 1* (*propter* scurrile) *cf. or. 88* ridiculo sic usurum oratorem ut nec nimis frequenti ne scurrile sit, nec subobscoeno, ne mimicum || **8–16** Duo – Memmius: *ORF*[2] *242 sq.*

[**M** = **A**[2]**H** **L** = **VOPUR**] **3** non **C** | modo ς *Ellendt Wilkins Courbaud* modo *om.* **C** *secl. Kayser Friedrich* || **4** quid **L** quis **P**[1] *om.* **M** *secl. Kayser alii* || **4.5** vitandum – utrumque *del. Schuetz* || **5** iocus **C**(**O**[v]**P**[2]) locus **OP**[1] | mimicus **M** inimicus **L** || **6** cuius **MR** cuiusque **VOPU** || **7** venerimus **M** *(pr. Friedrich*[2] *39)* veniemus **L** devenerimus *Ald Steph.* || **8** duo enim sunt *Rom* | re **H** || **9** dicto **M** a dicto **VO**[v]**PR** dubito dicto **U** | quid **C** id *Rom* || **10** aliqua fabella narratur **L** aliquae fabellae narrantur **M** || **11** comedisse **MR**[m] commodissime **L** | eum **M** cum **L** | Largi **VOPR** Largii **MU** || **12** ac tamen **MVOP** attamen **UR** || **12.13** ficta tota **L** ficta **M** tota *secl. Kayser alii* || **13** tum **C**(**O**[v]) cum **O** || **14** inscriptas **A**[2]**L** -ta **H** || **14.15** litteras tria l. l. l. duo m̄. m̄. **L** litteras duo **M** litteras LLL MM *Schuetz alii* inscripta fuisse tria L duo M *aut* inscriptas fuisse litteras, tria L, duo M *malit Friedrich* || **15** quaereres **L** -eremus **MU**[2] | quod **P**[1]**U**[1] *(postea corr.)* || **16** oppidanum **L** *om.* **M** *(sp. vac. ca. 7 litt. relicto* **A**[2] *sp. vac. ca. 10 litt. relicto* **H***)* *secl. Kayser* | largi **L** -ii **AU** Lacrii **H** | Memmius mordax Largii **A**[2] *(postea transpositum)* || **17** quam sit elegans **A**[2] || **18** vere **L** *(pr. Stroux*[2] *169)* *om.* **M** *Iul. Vict. secl. Friedrich* | quot **V**[v]

possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum, sive fingas. est autem huius generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores eius, de quo narres, ut sermo, ut voltus omnes exprimantur, ut iis qui audiunt tum geri illa
5 fierique videantur. in re est item ridiculum, quod ex 242 quadam depravata imitatione sumi solet, ut idem Crassus: „per tuam nobilitatem, per vestram familiam!" quid aliud fuit, in quo contio rideret, nisi illa voltus et vocis imitatio? „per tuas statuas!" vero cum dixit et extento
10 bracchio paulum etiam de gestu addidit, vehementius risimus. ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis:

Tibi ego, Antipho, has sero, inquit; senium est cum audio.

Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum ut cautissime tractandum sit. mimorum est enim et etholo-
15 gorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. orator surripiat oportet imitationem ut is qui audiet cogitet plura quam videat; praestet idem ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscenitate

12 *cf. Monaco ad l.*

6—11 *ORF² 257* || **12** tibi – audio *CRF³ p. 132 inc. fab. v. 1 fortasse ex Statii Synephebis*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** tamen **L** tandem **M** | mendaciunculis *Crat*ᵐ mandacimiculis **A²H¹** mendacioniculis **H²** mendaculis **L** mendacii stillicidiis *Iul. Vict. 428, 16* mendaciolis *Crat.* | dispergendum **O¹** (*corr.* **O²**) || **2** fingas **L** fingere **A²** finger **H** *(post* finger *sp. vac. 18 litt. relicto)* | ⟨haec⟩ huius **U**ς *Firmani Richard Sutton* || **4** omnis **V** | tum **C** tamquam *Pluygers* | geri **C** cerni *Iul. Vict. 428, 18 (cf. Stroux² 169)* || **5** rem **U** | est **C** inest *Steph Lamb* || **6** depravata **L** deprivata **A²** *om.* **H** || **8** voltus **H** cultus **A²L** || **9** et **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **10** paulum **M** *(pr. Stroebel 66)* paululum **L** *Firmani Richard Sutton* || **10. 11** addidit vehementius risimus ex **L** addi *(sp. vac. 18 litt.)* ex **M** || **12** Antipho has sero **MVO**ᵛᵐ **U** tibi assero **O¹** Antipho assero **H²PR** | inquid **A** || **13** atque **C** atqui *Fleckeisen 64* | totum **L** toto **M** || **14** cautissime **L** cautissume **H** cautussime **A** | mimorum **AVOU** minorum **HP** minimorum **R** | et ethologorum **MU** *(pr. Friedrich² 40)* ethologorum **L** || **15** imitatio **L** aestimatio **M** || **16** audiet **MVO**ᵛ**P**ᵛ**UR** *(cf. Stroux² 170)* audit **O¹P¹** || **17** id **H** || **18** turpitudine **L** -em **M** -i **V²** *Rom* | et — obscenitate *om.* **R** obscenitate **AL** -em **H** -i **V²** *Rom* | rerum turpitudine et verborum

60
243 vitanda. ergo haec duo genera sunt eius ridiculi, quod in re positum est; quae sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores et ita effinguntur, ut aut re narrata aliqua, quales sint intellegantur, aut imitatione breviter iniecta, in aliquo insigni ad inriden- 5
244 dum vitio reperiantur. in dicto autem ridiculum est id, quod verbi aut sententiae quodam acumine movetur. sed ut in illo superiore genere vel narrationis vel imitationis vitanda est mimorum et ethologorum similitudo, sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magno opere fugienda est. 10 qui igitur distinguemus a Crasso, a Catulo, a ceteris familiarem vestrum Granium aut Vargullam amicum meum? non mehercule in mentem mihi quidem venit: sunt enim dicaces; Granio quidem nemo dicacior. hoc, opinor, primum, ne, quotienscumque potuerit dictum dici, necesse 15
245 habeamus dicere. Pusillus testis processit. „licet“ inquit „rogare?“ Philippus. tum quaesitor properans: „modo breviter.“ hic ille: „non accusabis. perpusillum rogabo.“ ridicule. sed sedebat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis etiam: omnis est risus in iudicem conversus; visum 20 est totum scurrile ridiculum. ergo haec, quae cadere pos-

16—21 Pusillus – ridiculum: *ORF² 269*

obscenitate *Wyttenbach vol. II pars 4 p. 76* | obscenitate. vitanda *perperam interp.* **C**

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** vitata *Iul. Vict.* || **5** brevi periniecta **A²** || **5. 6** ad inridendum vitio reperiantur **L** ad (*sp. vac. 16 litt.* **A** *sp. vac. 26 litt.* **H**) periantur **M** | ridendum *Lamb* || **6** in dicto **AL** indictio **H¹** in dictione **H²** || **9** vitanda est **L** *(pr. Stroebel 17)* vitandae et **M** vitanda est ⟨et⟩ *Coberger quem Friedrich sequitur* | et ethologorum **MU** ethologorum **H²VOPR** || **10** oratori **L** -is **M** | magno opere **VOᵛU** magnopere **MOPR** || **12** vestrum **LA** n̆rum **H** | Vargullam **M** *Friedrich (cf. § 247)* Vargulam **L** *alii editores* || **13** quidem **L** quid **M** | enim **C** enim item *Sorof* || **16** processit **L** *om.* **M** || **17** quaesitor **VOPU** quaestor **MR** || **18** rogato *om.* **H** *(sp. vac. 15 litt. relicto)* || **19** L. Aurifex **MVOᵛUR** laurifex **OP** || **19. 20** ipse quam testis etiam **M** etiam quam ipse testis **L** ipse quam testis, et iam *Klotz²* etiam *om. Richard* || **20** conversus risus in iudicem *Havet clausulae causa* || **21** est totum **LH²** est totum est **M** | ridiculum **M** iudicium **L** *Richard secl. Ernesti Kayser* | *post* possunt *deficit* **A²**

sunt, in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso
genere scurrilia. ut iste qui se volt dicacem – et mehercule 246
est Appius, sed non numquam in hoc vitium scurrile de-
labitur –: „cenabo“ inquit „apud te“ huic lusco familiari
5 meo C. Sextio „uni enim locum esse video.“ est hoc scurrile
et quod sine causa lacessivit et tamen id dixit, quod in
omnes luscos conveniret. ea, quia meditata putantur esse,
minus ridentur. illud egregium Sexti et ex tempore „ma-
nus lava“ inquit „et cena.“ temporis igitur ratio et ipsius 247
10 dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum
distinguent oratorem a scurra; et quod nos cum causa
dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus ali-
quid, illi totum diem et sine causa. quid enim est Vargulla
adsecutus, cum eum candidatus A. Sempronius cum M.
15 suo fratre complexus esset: „puer abige muscas?“ risum
quaesivit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingeni
fructus. tempus igitur dicendi prudentia et gravitate
moderabimur; quarum utinam artem aliquam habere-
mus! sed domina natura est.

61 248
20 Nunc exponamus genera ipsa summatim, quae risum
maxime moveant. haec igitur sit prima partitio: quod
facete dicatur, id alias in re habere, alias in verbo face-
tias; maxime autem homines delectari, si quando risus

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **2** mehercule **MR** -es **VOPU** || **3** est Appius **L** *(melior clausula)* Appius est **M** | scurrile *del. Schuetz* || **5** esse **MR** *om.* **VOPU** | est **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **6** et quod **L** quod **M** quidem et quod ς *Rom* quod et *Lamb* | id **L** id vi **M** id uni *Friedrich* || **7** *post* quia *sp. vac. 4 litt.* **M** | meditata **L** medilata **M** || **7.8** ea minus quia m. p. esse, ridentur *Havet* || **11** distinguent **M** -et **L** *quod etiam probari potest* | oratorem *post* temperantia *transp. Havet clausulae bonae obtinendae causa* | quod *om.* **V** || **13** illi **C** id illi *Rom Schuetz Orelli* | Vargulla **MVPU** *Friedrich* -ula **OR** *alii editores* || **14** Marco **L** || **15** suo fratre **L** *(pr. Lochmüller 24sq.)* fratre suo **M** || **16** est **L** esset **M** est ex *Friedrich at cf. 1, 243 Sex. Rosc. 88 Piso 43 Phil. 2, 64; 13, 32; 14, 13* | ingeni *Havet propter clausulam Courbaud (cf. Norden Antike Kunstprosa 932)* ingenii **C** || **17** dicendi *om.* **P**[1] *(suppl. in mge)* || **22** facete **L** face *(sp. vac. 2 litt.)* **M** | habere **L** hare **M** haberi *Rom Ernesti Schuetz Bake* | facetias **C** facetiis ς *Rom Ernesti* facetum *Bake, del. Schuetz* | hoc habere a. i. verbo, facetiis autem homines maxime delectari *Kayser*

coniuncte re verboque moveatur. sed hoc mementote, quoscumque locos attingam unde ridicula ducantur, ex isdem locis fere etiam gravis sententias posse duci. tantum interest, quod gravitas honestis in rebus et severis, iocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur; velut is- 5 dem verbis et laudare frugi servum possimus et, si est nequam, iocari. ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo: solum esse cui domi nihil sit nec obsignatum nec obclusum; quod idem in bono servo dici solet. sed hoc isdem etiam verbis; ex isdem autem locis omnia 10
249 nascuntur. nam quod Sp. Carvilio graviter claudicanti ex volnere ob rem p(ublicam) accepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire mater dixit: „quin prodis mi Spuri? [ut] quotienscumque gradum facies, totiens tibi tuarum virtutum veniat in mentem!" praeclarum et 15 grave est; quod Calvino Glaucia claudicanti: „ubi est vetus illud: num claudicat? at hic clodicat" hoc ridiculum est; et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum. „quid hoc Naevio ignavius?" severe

7 *Quint. 6, 3, 50* ut Nero de servo pessimo dixit nulli plus apud se fidei habere, nihil ei nec clausum neque signatum esse

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** re **L** *om.* **M** | verbo (*sp. vac. 5 litt.*) que **M** || **2** ducantur **VOPU** dicuntur **R** vocantur **M** || **3** duci **L** dici **M** || **4** et severis *Piderit Wilkins Firmani (pr. Stroux[2] 144, 1 cf. § 250)* severe **C** *Sutton* severisque *Friedrich Harnecker Wilkins[1] Courbaud Monaco* servatur *Klotz[2]* si verae sunt *Bake secl. Ellendt* || **5** iocus **L** locus **M** | agnoscitur *Bake* || **6** possumus **R** *Firmani Sutton* || **8.9** nihil – obclusum **C** nihil ei nec clausum neque signatum esse *Quint* || **9** obclusum **M** -occl- **L** || **10** sed hoc *secl. Kayser* hoc **C** haec *Rom* | autem **C** nunc ς *Rom. om. Lag 2, 36 del. Wilkins* | omnia **C** alia *Schuetz* || **11** nascuntur **L** *om.* **M** *secl. Friedrich[2] 40 Wilkins Courbaud Monaco fortasse recte at cf. § 291; Quinct. 46 Cluent. 109* | claudicanti **L** cavillanti **M** || **13** quin **C** quid *vel* quidni ς || **13.14** prodis mi spuri **L** prodim **M** *inde* prodimus ς | prodi mi Spuri *Friedrich* || **14** ut **C** *del. Ellendt quem omnes secuti sunt* | facies **M** -as **L** || **15** tua *(sp. vac. 7 litt.)* | virtutum **M** | veniat **C** -et *Rom Firmani Sutton* || **16** *post* est *sp. vac. 3 litt.* **M** | Glaucia claudicanti **L** glacicanti **M** || **17** claudicat **L** clodicat *in* claudicat *corr.* **M** | at hic clodicat **L** *om.* **M** || **18** et *secl. Kayser* || **19** Naevio **C** Navio *Fleckeisen 51 sq. at cf. Curcio 608, Pascal 385* | ignavius **L** ignăvus **M** ignaęvįus *Firmani*

Scipio; at in male olentem: „video me a te circumveniri“ subridicule Philippus. at utrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo. ex ambiguo dicta vel 250 argutissima putantur, sed non semper in ioco, saepe etiam
5 in gravitate versantur. Africano illi superiori coronam sibi in convivio ad caput adcommodanti, cum ea saepius rumperetur, P. Licinius Varus: „noli mirari“ inquit „si non convenit; caput enim magnum est;“ et laudabile et honestum. at ex eodem genere est: „Calvo satis est quod
10 dicit parum.“ ne multa; nullum genus est ioci, quo non ex eodem severa et gravia sumantur. atque hoc etiam 251 animadvertendum est non esse omnia ridicula faceta. quid enim potest tam ridiculum quam sannio est? sed ore, voltu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur
15 ipso. salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse velim, sed ut mimum. quare primum 62 genus hoc, quod risum vel maxime movet, non est nostrum: morosum, superstitiosum, suspiciosum, gloriosum, stultum; naturae ridentur ipsae; quas personas agitare

1 sq. in male – Philippus: *ORF*[2] *269* || **5. 6** Africano – adcommodanti *Non. 71, 6* (*propter* adcommodat) || **12–15** quid – ipso *Non. 61, 7* (*propter* sanniones)

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** in ⟨testem⟩ male *Muther*[1] *23* | a te ⟨ore et odore⟩ *Muther*[1] *23* | circumveniri **L** cumveniri **M** *inde* conveniri ς circumveniri non conveniri *Steph ex coniectura Strebaei* non conveniri sed circumveniri *Lamb* hirco veniri *Fleckeisen* hircum veniri *Nencini at cf. Monaco ad l.* || **3** ad **L** et in **M** | verbi binis additis litteris immutati *Muther*[1] *24* || **5** in **VOPU** *om.* **MR** | versantur **L** -atur **M** | superiori **M** *Non* maiori **L** *Firmani Richard* || **7** mirari **L** militari **M** || **8** et[1] **M** *om.* **L** *secl. Stroebel 17* || **9** Calvo **M** *Piderit Wilkins*[1] *Friedrich Courbaud Monaco* calvus **L** *Wilkins Harnecker* || **10** quo **L** quod **M** || **12** est **M** *om.* **L** || **13** potest **C** *Non, post* potest *sp. vac. 5 litt.* **M** potest ⟨esse⟩ *editores at cf. Stangl*[12] *24* | sed ore **C** qui ore *Non* || **13** v$\overset{u}{o}$ltu **M** vultu **L** | imitandis moribus **C** *aliquot codd. Non* imitandis **R** imitandis motibus *Non secl. Bake alii ret. Richard Sutton cf. Lebreton 389* || **14. 15** corpore ridetur ipso **L** *Non* ridetur corpore ipso **M** *(sed postea correctum)* ipso corpore ridetur ς *Schuetz* corpore ipso ridetur ς *Lamb* corpore ridet ipso *Pluygers* || **15** salsum ⟨quidem at non facetum⟩ *Havet* | non ut **L** non **M** ut non *Rom* || **17** hoc **L** *om.* **M** | vel **L** *om.* **M** || **18** suspiciosum *om.* **P** || **19** *post* stultum *crucem infixit Courbaud aliquid deesse putans*

252 solemus, non sustinere. alterum genus est ⟨in⟩ imitatione, admodum ridiculum; sed nobis tantum licet furtim, si quando, et cursim; aliter minime est liberale; tertium oris depravatio, non digna nobis; quartum, obscenitas, non modo non foro digna, sed vix convivio libero- 5 rum. detractis igitur tot rebus ex hoc oratorio loco facetiae reliquae sunt, quae aut in re, ut ante divisi, positae videntur esse, aut in verbo. nam quod, quibuscumque verbis dixeris, facetum tamen est, re continetur; quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet leporem 10 omnem.

253 Ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita, non in re; sed non saepe magnum risum movent; magis ut belle ut litterate dicta laudantur; ut in illum Titium, qui cum studiose pila luderet et idem signa sacra noctu 15 frangere putaretur gregalesque eum, cum in campum non venisset, requirerent, excusavit Vespa Terentius quod eum bracchium fregisse diceret; ut illud Africani, quod est apud Lucilium:

Quid Decius? Nuculam an confixum vis facere? inquit. 20

20 *cf. Cichorius Untersuchungen zum Lucilius 311sq.*

5 *cf. off. 1,104; 1,144* || **14** *Brut. 108* perbene Latini loqui putabatur litteratiusque quam ceteri || **20** *Lucilius v. 1280 M. ROL III 368*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** in *ins. Madvig* | imitatione **C** imitatio *Schuetz* imitationis *Bake* || **2** tantum ⟨uti⟩ *Madvig* | furtim ⟨uti⟩ *Kayser Courbaud* || **3** cursim aliter *Man quem omnes sequuntur* cursimiliter **M** cursim alterum **L** *post* aliter *ins.* enim ς *et plurimi edit. res* || **4** digna **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* | quartum **L** -a **M** | obscenitas **MO** -tatis **VPUR** || **5** non modo **M** non solum **L** non modo non *secl. Stroebel* | liberiore *Cobet Mnemosyne 8 (1880) 365* || **6** loco **L** ioco **M** ioco ⟨plurimae tamen⟩ *Muther*[1] *24* || **7** re **L** *(pr. Stroebel 63)* re quae **M** || **10.11** leporem omnem **L** *Wilkins Cima Courbaud Monaco* omnem leporem **M** *Ellendt Friedrich* || **12** imprimis **R** || **13** saepe **C** fere *Klotz*[2] *Firmani* | magnum **L** *om.* **M** *secl. Kayser* || **14** ut **M** *(pr. Friedrich*[2] *41)* et **L** | ut illud in Titium *Man* || **15** qui **C** quem *Pearce Richard* | ideo **R** || **16** cum **M**[2] quom **M**[1] *om.* **L** cur ς *Steph* || **17** venisset **M** -e **L** || **18** fregisse **L** fregisset **M** | diceret – Afri *om.* **M** *(sp. vac. ca. 22 litt. relicto)* || **20** Decius **L** Spedius **M** | Nuculam an **L** nuculan *(sp. vac. 4 litt.)* **M** | confixum vis facere inquit **L** conficere inquit **M**

ut tuus amicus, Crasse, Granius „non esse sextantis." et, 254
si quaeritis, is qui appellatur dicax, hoc genere maxime
excellet; sed risus movent alia maiores. ambiguum per se
ipsum probatur id quidem, ut ante dixi, vel maxime; in-
5 geniosi enim videtur vim verbi in aliud, atque ceteri acci-
piant, posse ducere; sed admirationem magis quam risum
movet, nisi si quando incidit in aliud quoque genus ridi-
culi.

63

Quae genera percurram equidem. sed scitis esse notissi- 255
10 mum ridiculi genus, cum aliud expectamus, aliud dici-
tur. hic nobismet ipsis noster error risum movet. quod
si admixtum etiam est ambiguum, fit salsius; ut apud
Novium videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci
videt; percontatur ita: „quanti addictus"? – „mille num-
15 mum" si addidisset tantummodo „ducas licet," esset illud
genus ridiculi praeter expectationem; sed quia addidit
„nihil addo, ducas licet" addito altero ambiguo genere
ridiculi fuit, ut mihi quidem videtur, salsissimus. hoc tum
est venustissimum, cum in altercatione adripitur ab ad-
20 versario verbum et ex eo, ut a Catulo in Philippum, in
eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. sed cum plura 256

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** sextantis **L** sextā *(sp. vac. 1 litt.)* -tis **M** || **3** excellet **M** -it **L** | risus **L** *(quod varietatis causa fortasse praeferendum; cf. § 289; Phil. 2,98; 3,21) Ellendt Cima* risum **M** *Friedrich Courbaud* | maiores **L** -em **M** || **6** dicere *Rom* || **7** movet **M**[2] -ent **M**[1]**L** | nisi si **L** nisi **M** | quoque **C** *om.* ς *secl. Stroebel 65 Stangl[7] 21 alii* || **9** ⟨post⟩ percurram *Elter ap. Arndt p. 33* | sed **C** ac *Adler[1] 28* | scitis **L** dicitis **M** || **11** quod **M** quo **L** || **12** etiam est **M** est etiam **L** | fit **L** sit **M** || **13** Novium **M** Naevium **L** | ille qui iudicatum **L** *om.* **M** *(sp. vac. 32 litt. relicto)* || **14** videt **C** -ens *Rom Ellendt Firmani Richard Sutton* | percontatur **VOPU** percunctatur **MR** percontatus *Fr. Gronovius ap. J. Gron* | ita **L** *om.* **M** *secl. Friedrich quem Stangl[7] 39 sequitur* | addictus **L** *(def. Stangl[7] 39)* additus **U** adductust **M** addictust *Friedrich* || **15** esset **L** esse **M** || **17** nihil **C** nil *Turn Courbaud* || **17.18** addito altero ambiguo genere ridiculi **L** addito ambiguo altero ambiguo altero genere ridiculi **M** addito ambiguo altero genere ridiculi ς | addito *u. ad* ridiculi *secl. Friedrich[2] 42* ambiguo *secl. Kayser Cima fortasse recte* altero *secl. Sorof* || **18** ut **MO** *om.* **VPUR** | salsissimus **L** -sumus **M** -simum *Ernesti* | tum **MO**[V]**UR** totum **VOP** tamen ς *Rom* || **19** venustissimum **L** venustum **M** || **21** sed **C** sunt **R**

sint ambigui genera, de quibus est doctrina quaedam suptilior, attendere et aucupari verba oportebit; in quo ut ea quae sunt frigidiora vitemus – est enim cavendum, ne arcessitum dictum putetur – permulta tamen acute dicemus. alterum genus est, quod habet parvam verbi 5 immutationem, quod in littera positum Graeci vocant *παρονομασίαν*; ut „Nobiliorem mobiliorem" Cato; aut, ut idem, cum cuidam dixisset „eamus deambulatum" et ille „quid opus fuit de"? „immo vero" inquit „quid opus fuit te"? aut eiusdem sponsio illa: „si tu et adversus et 10
257 aversus impudicus es". etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum convertas, quam ob rem ita quis vocetur; ut ego nuper: Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio
64 nomen invenisse. atque haec omnia verbo continentur. 15 saepe etiam versus facete interponitur, vel ut est vel paululum immutatus, aut aliqua pars versus; ut Stati a Scauro stomachante – ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de civitate natam, Crasse, dicant-:

St, tacete quid hoc clamoris? quibus nec mater nec pater 20 [sit]
tanta confidentia? [estis] auferte istam enim superbiam.

2.3 adtendere *(sic)* – vitemus *Prisc. inst. gr. GL 2, 495, 15, Caec. 52* si verba inter nos aucupabimur || **20** *CRF[3] p. 86 Caecilius inc. fab. v. 245; ROL I 552*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **2** suptilior **M[1] U** subt- **M[2] VOPR** | quo **L(R[v]) M[2]** *Prisc.* quio **M[1]** quibus ς *Rom* || **3** sunt **MR** *Prisc* sint **VOPU** | est enim cavendum **M** *(cf. Cima ad l.)* etenim cavendum est **L** *Richard Sutton* etenim cavendum ς *Ellendt* || **4** acute **L** acuta **M** || **5** dicemus **L** -imus **M** | parvam **L** parum **M** pravam *Rom* || **6** immutationem **L** imitationem **M** || **7** *παρονομασίαν Lag 81 om.* **C** | mobiliorem **L** *om.* **M** | aut **L** autem **M** || **8** ut idem **L** *om.* **M** | cuidam ς quidam **C** || **9** quid **L** qui **M** (*post* de *sp. vac. 7 litt.* **M**) inquit quid **L** quicquid **M** || **10** sponsio **M** *(recte pr. Stangl[7] 27)* responsio **L** *edd.* | si **C** sic *Mueller[1] 12* | et aversus **L** *om.* **M** || **11** es **L** est **M** | etiam **C** et tamen ς *Rom* || **17** immutatus **L** immutatius **M** | aut **C** vel **U** | aut – versus *secl. Kayser* || **17.18** Stati a Scauro stomachante *Bake* satius Scauro stomachanti **C** || **19** natam **MO[m] P[m] U[m] R** nate **VOPU** || **20** St *Steph* si **VO P[1] U** sed **P[2m] R** *om.* **M** | tacete **L** facete **M** facere *vel* tacere *vel* tacite ς | quid **L** qui **M** | nec[1] **MUR** *om.* **VOP** || **20.21** mater nec

Nam in Coelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam [aet] a te illo,

Sentin senem esse tactum triginta minis?

5 In hoc genus coiciuntur etiam proverbia, ut illud Scipionis, cum Asellus omnis se provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur: „agas asellum" et cetera. quare ea quoque, quoniam mutatis verbis non possunt retinere eandem venustatem, non in re, sed in verbis posita 10 ducantur. est etiam in verbo positum non insulsum genus ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam, rem accipere videare; ex quo uno genere totus est Tutor, mimus vetus, oppido ridiculus. sed abeo a mimis: tantum huius genus ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo. est 15 autem ex hoc genere illud, quod tu, Crasse, nuper ei, qui te rogasset num tibi molestus esset futurus, si ad te bene ante lucem venisset: „tu vero" inquisti „molestus non eris." „iubebis igitur te", inquit „suscitari?" et tu: „certe negaram te molestum futurum." ex eodem hoc vetus illud

258 259 260

1—4 in Coelio – minis: *ORF² 236* || 4 *versus incerti auctoris CRF³ p. 140 inc. inc. fab. v. 45 paululum videtur immutavisse versum Plautinae Epidici 705* is te eam ob rem tetigi triginta minis || 5—7 in hoc – cetera: *ORF² 129* || 17.18 tu – eris *Prisc. inst. gr. GL 2, 495, 17*

pater sit **L** pater nec mater sit **M** *(postea transpositum)* sit *om.* ς *del. edd.* || 22 estis **C** *del. Schuetz* | auferte ς *Schuetz* aufert **C** istam enim **R** istanc enim **VO**ᵛ**PU** *om.* **M** | superbiam **L** in suberbia **M**

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] 1 tuum **M** tum **L** | illud **MR** -um **VOPU** || 3 abe *(3 litt. erasae)* unte **M** | a te *Kumaniecki²* aetate **M** *om.* **L** elate *Friedrich secl. Stroebel 65* aetate ⟨adfecto⟩ *Sydow* || 4 Sentin **L** sentiri **M** | tactum **MOPUR** tractum **V**ς tacitum ς | minis **L** minis ē **M** || 5 coiciuntur **M¹VPRU** con- **M²O** | etiam **M** *om.* **L** *secl. Stangl⁷ 21 alii* || 6 se **M** *(pr. Stroebel 63) om.* **L** || 7 et *secl. Reid* et cetera *secl. Kayser* || 8 possunt **MVUR** possum **OP** || 9 non in re **L** non in ea re **M** non ea in re **M**ᵐ non esse in re *Friedrich² 42* || 10 ducantur **L** dicuntur **M** dicantur ς | est **L** *om.* **M** | etiam **C** autem *Rom* || 11 sententia **U** || 13 a **L** *om.* **M** || 13.14 huius genus **M** genus huius **L** || 14 insigni *om.* **U** (*adser.* **U**ᵐ) || 17.18 non ero eris **R** || 18 iubebis **C**(**R**ᵛ) videbis **R** | sciscitari *Rom* || 19 negaram **M** -ras **VOPR** *Richard* -ris **U**

est, quod aiunt Maluginensem illum [M.] Scipionem, cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum consulem praecoque dixisset „dic de L. Manlio“ „virum bonum“ inquit „egregiumque civem esse arbitror.“ ridicule illud etiam L. [Porcius] Nasica censori Catoni; cum ille: „ex tui ani- 5 mi sententia tu uxorem habes“? „non hercule“ inquit „ex mei animi sententia.“ haec aut frigida sunt aut tum salsa, cum aliud est expectatum. natura enim nos, ut ante dixi, noster delectat error; ex quo, cum quasi decepti sumus
65 expectatione, ridemus. in verbis etiam illa sunt, quae aut 10
261 ex immutata oratione ducuntur aut ex unius verbi translatione aut ex inversione verborum. ex inmutatione, ut olim Rusca cum legem ferret annalem, dissuasor M. Servilius „dic mihi“ inquit „M. Pinari, num, si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti?“ „ut 15
262 sementem feceris ita metes“ inquit. ex translatione autem, ut cum Scipio ille maior Corinthiis statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum, turmalis dixit displicere. invertuntur autem verba, ut Crassus apud M. Perpernam iudicem pro Aculeone cum diceret, aderat con- 20 tra Aculeonem Gratidiano L. Aelius Lamia, deformis, ut nostis; qui cum interpellaret odiose „audiamus“ inquit „pulchellum puerum“ Crassus. cum esset adrisum „non potui mihi“ inquit Lamia „formam ipse fingere, inge-

8 ante: *§ 255* || **15** *Arist. Rhet. 3, 3, 4 (1406b 9); 2 Cor. 9, 6. Gal. 6, 7* || **19**—p. 217, **2** invertuntur – vehementius: *ORF² 254*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** est **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* | M. **C** *secl. Ellendt alii* || **4** egregiumque **L** *Ellendt Wilkins Cima Monaco* egregium **M** *Harnecker Friedrich Courbaud* | esse **L** *om.* **M** *secl. Harnecker Friedrich Courbaud* | illud etiam **M** etiam illud **L** ridiculum etiam illud quod *Schuetz* || **5** Porcius **L** Porcium **M** *secl. Schuetz alii* || **6** tu *om.* **PR** | habeas **R** || **10** ridemus **L** *(pr. Stroebel 65)* rei ridemus **MR** | etiam **C** autem *Rom* || **11** dicuntur *Richard* | translatione **M²L** tralatione **M** *Friedrich* || **12** verborum **L** verborum aut **M** || **16** translatione **M²L** tralatione **M¹** *Friedrich* || **17** Corinthiis **MOPR** -this **VU** || **18** essent **MVU** esset **OP** esse **R** || **20** Perpernam *Lag 5, 6, 16, 84 Ellendt alii* Perpennam **C** || **21** Gratidiano **L** Gratidano **M** | Aelius *Pighius* Helvius **C** | Lamia **L** Lania **M** lama *vel* lama ς || **23** Crassus **C** *secl. Havet propter clausulam* || **24** mihi **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* mi *Stangl⁷ 55* | inquit mihi **O** | ipsam **U**

nium potui." tum hic „audiamus" inquit „disertum."
multo etiam adrisum est vehementius. sunt etiam illa
venusta, ut in gravibus sententiis, sic in facetiis – dixi
enim dudum materiam esse aliam ioci, aliam severitatis;
5 generum autem et locorum unam esse rationem, – ornant 263
igitur in primis orationem verba relata contrarie; quod
idem genus est saepe etiam facetum; ut Servius ille Gal-
ba, cum iudices L. Scribonio tribuno plebis ferret fa-
miliaris suos et dixisset Libo: „quando tandem, Galba
10 de triclinio tuo exibis?" „cum tu" inquit „de cubiculo
alieno." a quo genere ne illud quidem plurimum distat,
quod Glaucia Metello: „villam in Tiburti habes, cohortem
in Palatio."

Ac verborum quidem genera quae essent faceta, dixisse 66 264
15 me puto; rerum plura sunt eaque magis, ut dixi ante, ri-
dentur; in quibus est narratio, res sane difficilis. expri-
menda enim sunt et ponenda ante oculos ea quae vide-
antur et veri similia, quod est proprium narrationis, et
quae sint, quod ridiculi proprium est, subturpia; cuius
20 exemplum, ut brevissimum, sit sane illud, quod ante posui,
Crassi de Memmio. et ad hoc genus adscribamus etiam
narrationes apologorum. trahitur etiam aliquid ex historia, 265

6 *fortasse L. Calpurnius Piso Caesoninus cos. a. 112, a. 107 a Tigurinis interfectus cf. P. Fraccaro Scauriana Rendinconti Ac. dei Lincei 20 (1901) 186*

3 dixi: *§ 248* || **14** dixisse: *§ 254* || **20** ante: *§ 240* || **22**—p. 218, 2 trahitur — nominare: *ORF² 236*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **3** facetiis **M** facetis **L** || **4** materiam **MPR** *(pr. Stroux² 143 sq.)* materiem **VOU** rationem *Schuetz alii* || **5** generum **C** *(pr. Stroux² 143 sq.)* gravium ς *edd.* | locorum **M** *(pr. Stroux² 143 sq.)* iocorum **L** | rationem **C** *(pr. Stroux² 143 sq.)* materiam *Schuetz alii* || **6** contrarie **L** contrarei **M** || **7** est saepe **C** saepe est *Kayser* | Galba **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **9** suos **VOPU** suus **MR** | et dixisset **VOPU** eidixisset **MR** | Libo **VOP** L·ibo **UO**ᵛ L. Libo **MR** || **12** quod **M** *om.* **L** | Tiburti **M** *(pr. Stroebel collato § 224)* -te **L** || **14** quae **L** quā **M** || **17** videantur **M²L** videant**M¹** || **18** et **VOP²U** (*suppl.* **M²**)**V** *om.* **M¹P¹** (*suppl.* **M²P²**) **R** || **20** brevissimum **M²L** -umum **M¹** brevis sim *Orelli* | sane illud quod an *om.* **M** *(sp. vac. 32 litt. relicto)* || **21** Crassi **L** Crasse **M** || **22** narrationes **M²L** -is **M¹**

ut cum Sex. Titius se Cassandram esse diceret: „multos“
inquit Antonius „possum tuos Aiaces Oileos nominare.“
est etiam ex similitudine, quae aut conlationem habet aut
tamquam imaginem. conlationis ⟨est⟩ ut ille Gallus olim
testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio praefecto 5
pecuniam dixisset datam idque Scaurus tenuitate Magi
redargueret „erras“ inquit „Scaure; ego enim Magium non
conservasse dico, sed tamquam nudus nuces legeret, in ven-
tre abstulisse;“ ut illud M. Cicero senex, huius viri optimi
nostri familiaris pater: „nostros homines similes esse Sy- 10
rorum venalium: ut quisque optime Graece sciret, ita esse
266 nequissimum.“ valde autem ridentur etiam imagines,
quae fere in deformitatem aut in aliquod vitium corporis
ducuntur cum similitudine turpioris; ut meum illud in
Helvium Manciam: „iam ostendam cuius modi sis;“ cum 15
ille: „ostende quaeso“, demonstravi digito pictum Gallum
in Mariano scuto Cimbrico sub Novis distortum, eiecta
lingua, buccis fluentibus; risus est commotus: nihil tam
Manciae simile visum est; ut cum testi Pinario mentum in

12 *ad § 266 Monaco 61–64*

12–19 valde – visum est: *ORF*[2] *275* || **15** sqq. *cf. Quint. 6, 3, 38; Plin. hist. nat. 35, 25*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** Sex. Titius **L** Sextius **M** || **3** conlationem **C** conciliationem **U**[1] || **4** conlationis **C** conlationem *Crat quem alii sequuntur* | est *ins. Friedrich coll. 3, 171* | Gallus **L** *editores (praeter Friedrich)* Gallius **M** *Friedrich* || **5** Magio **L** Favio **M** || **6** Magi **VOUR** Magii **P** Magis (s *in ras.*) **M** || **8** ventre **M** -em **L** || **9** abstulisset **V** *(sed* t *postea deletum)* | illud **C** ille *Ernesti Richard Sutton* | huius *suspectum Harneckero del. Courbaud (at cf. Wilkins ad l.)* || **10** similes esse **MR** *om.* **L** (*adscr.* **V**[1m] **O**[2m]) | Syrorum **L** Surorum **M** || **11** venalium ut quisque **L** *om.* **M** *(sp. vac. 1 versus relicto)* || **12** imagines *del. Bake* || **14** ducuntur **L** dicuntur **M** *Bake* | cum similitudine turpioris *secl. Harnecker*[1] *14* cum irrisione ex similitudine *Muther*[1] *16* || **15** Helvium **M** *Quint* Helmium **L** Helimum *Rom* | Manciam **MVOPR** -um **U** | iam **L** *om.* **M** *secl. Friedrich at cf. Stangl*[7] *24* | cuius modi **L** cuius mos **M** qualis *Quint* || **15.16** sis cum ille **L** istum ille **M** || **16** ostende **L** -o **M** || **17** Mariano scuto **L** maria noscito **M** | Novis *Leidensis 127 B manus secunda edd.* nobis **M** nodis **L** | distortis *Rom* || **19** testi *Pearce* tertio **M** Sestio **L** Tito *Ursinus quem editores sequuntur* | Pinario *Ursinus* pavario **M** pacuario **V** pevario **O** pęnario **P** paevario **U** penario **R** || **19** – p. 219, 1 in dicendo **L** incidendo **M**

dicendo intorquenti: „tum ut diceret, si quid vellet, si nucem fregisset.“ etiam illa, quae minuendi aut augendi 267 causa ad incredibilem admirationem efferuntur; velut tu, Crasse, in contione „ita sibi ipsum magnum videri Mem-
5 mium, ut in forum descendens caput ad fornicem Fabianum demitteret.“ ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur: „si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.“ arguta etiam significatio est, cum 268
10 parva re et saepe verbo res obscura et latens inlustratur; ut cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset, bello praesertim magno et gravi: „nihil est quod mihi gra-
15 tias agas“ inquit „si malui compilari quam venire;“ ut Asello Africanus obicienti lustrum illud infelix: „noli“ inquit „mirari; is enim, qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit et taurum immolavit. [tanta suspicio est ut reli-

2—6 etiam – demitteret: *ORF² 243* || **5** sq. *Quint. 6, 3, 67* refert Cicero de homine praelongo caput eum ad fornicem Fabium offendisse || **9** sq. *cf. Rhet. ad Her. 4, 67; Quint. 9, 2, 3* || **11** sq. *Gellius N. A. 4, 8, 8:* M. Cicero non aliis a Fabricio sed ipsi Rufino gratias agenti quod ope eius designatus esset, dictum esse refert in libro secundo de Oratore || **15** *Lucilius v. 394 sq. M. ROL III 134:* Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus lustrum illo censore malum infelixque fuisse || **16—18** noli – immolavit: *ORF² 129*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** tum **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **1. 2** si nucem **C** nucem ubi *Havet* ubi nucem *Courbaud* || **3** ad *om.* **U** | eff- **M²VOPU¹R** ecferuntur **M¹** aff- **U²** || **4** ipsum **C** -ipsi ς || **5** descendens **MO**^mal'^ **R** discedens **VOPU** | Fabianum **M** *(pr. Stroebel 63)* Fabii **L** *Courbaud* Fabium *Quint* || **6** demitteret **M** dim- **L** || **10** re et **L** res et **M** | res **L** *om.* **M** || **11** homo **P**^m^ *adscr.* | existimabatur **M** existimatur **L** || **13** homo **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Courbaud; def. Kumaniecki⁵ coll. Sex. Rosc. 76; Verr. 1, 81; 137; 2, 23; 77; 102; 3, 210; 4, 133; 5, 70; Cluent. 196; Mur. 16; Quir. 17; Sest. 22; 141; Milo. 11* || **14** quod **MPR** quo **VOU** || **15** simului **M¹** (*corr.* **M²**) || **16** infelix **M²L** felix **M¹** || **18** taurum **M** aurum **L** || **18—p. 220, 2** tanta – levarit **C** *secl. Ernesti quem fere omnes sequuntur def. locum Meister 79 sqq.* tanta **C** tacita *Schuetz Meister* iacta *Mueller¹ 12 Bake*

gione civitatem obstrinxisse videatur Mummius, quod Asellum ignominia levarit.]

67 269 Urbana etiam dissimulatio est, cum alia dicuntur ac sentias, non illo genere, de quo ante dixi, cum contraria dicas, ut Lamiae Crassus, sed cum toto genere orationis 5 severe ludas, cum aliter sentias ac loquare; ut noster Scaevola Septumuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti, ut se in Asiam praefectum duceret: „quid tibi vis“, inquit, „insane? tanta malorum civium est multitudo, ut tibi ego hoc confirmem, si 10 Romae manseris, paucis annis te ad maximas pecunias 270 esse venturum.“ hoc in genere Fannius in annalibus suis Africanum hunc Aemilianum dicit fuisse et eum Graeco verbo appellat εἴρωνα; sed uti ei ferunt qui melius haec norunt Socraten opinor in hac εἰρωνείᾳ dissimulantiaque 15 longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. genus est perelegans et cum gravitate salsum cumque oratoriis dictionibus tum urbanis sermonibus accommodatum. 271 et hercule omnia haec, quae a me de facetiis disputantur, non maiora forensium actionum quam omnium sermo- 20 num condimenta sunt. nam sicut, quod apud Catonem est,

3 urbana dissimulatio: *Zoll 114–124* || **6** severe ludas: *Michel 283* || **14** εἴρωνα: *Haury 7; Zoll 115–124*

3–5 urbana – Crassus: *ORF² 253* || **4** ante: *§ 262*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** obstrinxisse **M²L** obstruxisse **M¹** || **2** Asellum **VOPU** Asellem **R** Alesium **M** | levaret **R** || **4** contraria **C** natura **R** || **6** laudas *Rom* | loquere **U** || **7** Septumuleio **L** Septimueo **M** | agnino **P** || **8** responsum repensum **R** || **8.9** profectum diceret **R** || **9** malorum **L** maiorum **M** || **10** civium est multitudo **M** est multitudo civium **L** || **11** paucis annis te **M** te paucis annis **L** || **12** hoc in genere **M** in hoc genere **L** || **13** fuisse **C** *(quod recte def. Klotz¹ Stangl¹²)* cluisse *Jacobs* floruisse *Bake* fuisse egregium *Piderit* multum fuisse *Ellendt* fuisse facetum *Sorof* fuisse e Graecis unum *Adler¹ 38* | et **L** *om.* **M** || **14** verbo appellat εἴρωνα *vel* irona ς verbo appellat ironiam **VOPR** verbo appellat ironia **U** verbo *(sp. vac. 8 litt.)* -na **M** | ei **M** *om.* **L** *Firmani Richard Sutton* || **15** Socraten **V** -tem **MOPR** -te **U** | εἰρωνείᾳ *scripsi* ἰρωνια **VOPU** ironia **MO**^mal^'**R** || **17** quomque **M¹** | oratoriis **M²L** -toris **M¹**ς || **18** dictionibus **L** *(pr. Lochmüller 26)* actionibus **M**ς *(pr. Ammon)* || **21** sunt *om.* **P¹** *(suppl.* **P²**) | sicut *Bake quem omnes sequuntur* sunt **M** *om.* **L**

qui multa rettulit, ex quibus a me exempli causa complu-
ra ponuntur, per mihi scitum videtur, C. Publicium soli-
tum esse dicere ,,P. Mummium cuiusvis temporis homi-
nem esse:" sic profecto se res habet, nullum ut sit vitae
5 tempus, in quo non deceat leporem humanitatemque ver-
sari. sed redeo ad cetera. est huic finitimum dissimula- 272
tioni, cum honesto verbo vitiosa res appellatur; ut cum
Africanus censor tribu movebat eum centurionem, qui
in Pauli pugna non adfuerat, cum ille se custodiae causa
10 diceret in castris remansisse quaereretque cur ab eo no-
taretur: ,,non amo" inquit ,,nimium diligentis". acutum 273
etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias
atque ille volt; ut Salinatori Maximus, cum Tarento amis-
so arcem tamen Livius illius retinuisset multaque ex ea
15 proelia praeclara fecisset, cum aliquot post annis Maxi-
mus id oppidum recepisset rogaretque eum Salinator, ut
meminisset opera sua se Tarentum recepisse: ,,quidni"
inquit ,,meminerim? numquam enim recepissem, nisi tu
perdidisses." sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso no- 274
20 mine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed
etiam quodam modo nobis:

– ,,Homo fatuus,
postquam rem habere coepit, est emortuus." –

19 *Quint. 1, 5, 65:* et quo Cicero utitur ,,subabsurdum"

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** complura **M** *(pr. Stroebel 63)* multa **L** nonnulla *Orelli alii* compluscula *Klotz*^{2} || **2** per **L** *om.* **M** || **3** esse **MR** *(pr. Meister) om.* **VOPU** *secl. Stroebel* | P. C Sp. *Lamb* | Mummium **L** Marium **M** | cuiusvis *Lamb* quoiusvis *Friedrich* quidvis **M** quidvis **L** cuivis ς *Richard Sutton* | temporis **M** -ori **L** *Richard Sutton* || **9** causa **MO**^{al}**P**^{2}**R** *om.* **VO**^{1}**P**^{1}**U** || **12** cum **L** quod **M** || **13** Salinatori Maximus **L** Salinatorrimus **M** | Tarento **MV**^{2}**P**^{al}**R** Tarente **L**(**R**^{v}) || **14** Livius illius *Kumaniecki*^{2} Livius Iulius **L** illius **M** ille eius *Friedrich*^{4} *84* Livius *Ellendt Wilkins Courbaud* | retinuisset *om.* **V**^{1} (*adscr.* **V**^{2m}) | multas **U**^{1} multasque **U**^{2} || **15** annis **M** *(pr. Stroebel 63)* annos **L** *Firmani Sutton* || **16** eum **M** tum **L** || **18** enim **C** ego *Rom Sutton* | recepissem **L** cepissem **M** || **19** illa *om.* **PR** || **20** ridicula non solum mimis **L**(**R**^{v}) ridicula minis non modo ridiculis **M** || **23** emortuus *Turn Lamb* mortuus **C** *post* emortuus *ins.* et *Lamb quem omnes praeter Friedrich sequuntur (at cf. 3, 154; 167 ubi eodem modo versus sine copula intercedente citantur cf. Kumaniecki*^{5} *p. 23)*

„quid est tibi ist amulier? – uxor. – similis medius fidius.“ –
„quamdiu ad aquas fuit, numquam est emortuus.“

68 Genus hoc levius et, ut dixi, mimicum; sed habet non
numquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus
quasi stulte cum sale dicat aliquid; ut tibi, Antoni, Man- 5
cia, cum audisset te censorem a M. Duronio de ambitu po-
stulatum „aliquando“ inquit „tibi tuum negotium agere
275 licebit.“ valde haec ridentur et hercule omnia quae a
prudentibus [quasi] per dissimulationem [non intellegen-
di] subabsurde salseque dicuntur. ex quo genere est etiam 10
non videri intellegere quod intellegas, ut Pontidius: „qua-
lem existimas qui in adulterio deprenditur?“ – „tardum!“
ut ego qui in dilectu Metello cum excusationem oculorum
276 a me non acciperet et dixisset: „tu igitur nihil vides?“
„ego vero“ inquam „a porta Esquilina video villam 15
tuam;“ ut illud Nasicae, qui cum ad poetam Ennium ve-
nisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset do-
mi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse et
illum intus esse. paucis post diebus cum ad Nasicam ve-
nisset Ennius et eum ad ianuam quaereret, exclamat 20
Nasica se domi non esse. tum Ennius „quid? ego non co-
gnosco vocem“ inquit „tuam?“ hic Nasica: „homo es

11 *cf. Quint. 6, 3, 87*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** *post* fidius *inseruerunt* et ς *Lamb* || **2** aquas **L** aqua **M** aquam ς | emortuus *Turn.* mortuus **C** || **4** loci **M** ioci **L** || **5** quasi stulte **L** quasis **M** | dicat aliquid **L** dicata quid **M** | Mancia **L** minima **M** || **8** haec ridentur **L** haec *(sp. vac. 14 litt.)* -tur **M** || **9** quasi *secl. Sorof quem omnes praeter Friedrich et Richard secuti sunt* | per – intellegendi *secl. Friedrich[4] 84* | dissimulationem **L** simulationem **M** | non intellegendi *secl. Ernesti quem fere omnes secuti sunt; ret. Richard* || **11** quot **V[v]U** || **12** deprenditur **M** deprehenditur **L** | tardum ⟨existimo⟩ *Rom* || **13** dilectu **L** dilecto **M** delectu *Piderit* || **14** reciperet **R** || **16.17** venisset – Ennium *om.* **O[1]** *(suppl.* **O[vm]**) || **17** ostio **MR** hostio **VO[v]PU** || **18** Nasica *secl. Courbaud* | sentit *Richard* || **20** Ennius *om.* **U** | ad ianuam **M** *(pr. Friedrich[2] 44 coll. § 353)* a ianua **L** *(pr. Stangl[12])* || **21** Nasica se **L** Nasica *(postea sp. vac. 10 litt. relicto et* se *omisso)* **M** se *del. Friedrich Courbaud ret. Firmani Richard Sutton* | tum Ennius *om.* **V** | Ennius quid **L** Ennius inquit **M** Ennius ei: quid *Friedrich* || **22** vocem inquit tuam **L** vocem tuam **M** inquit vocem tuam ς inquit *del. Friedrich[2] 44*

impudens. ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?'

Est bellum illud quoque, ex quo is, qui dixit, inridetur 277 in eo ipso genere, quo dixit; ut cum Q. Opimius consularis, 5 qui adulescentulus male audisset, festivo homini Egilio, qui videretur esse mollior nec esset, dixisset: „quid tu Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?" „non pol" inquit „audeo. nam me ad famosas vetuit mater accedere."

10 Salsa sunt etiam, quae habent suspicionem ridiculi 69 278 absconditam. quo in genere est Siculi illud: cui cum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: „amabo te" inquit „da mihi ex ista arbore quos seram surculos." in eodem genere est quod 15 Catulus dixit cuidam oratori malo; qui cum in epilogo misericordiam movisse se putaret, postquam adsedit, rogavit hunc videreturne misericordiam movisse: „ac magnam quidem" inquit „hominem enim nullum puto esse tam durum, cui non oratio tua misericordia digna visa

6.7 quid – lana *Non. 198, 16* (*propter* colus generis feminini) *Auctor inc. De dubiis nominibus GL 5, 573, 29:* colus in lanifico generis feminini sicut Cicero docet: quid – lana || **8.9** non pol *u. ad* accedere *Non. 305, 25* (*propter* fama) || **11–14** cum – surcolos *Prisc. inst. gr. GL 2, 267, 14* || **13** Charisius *ars gram. 122, 21 B et 163, 23 B*: ficus Cicero de oratore libro II: „de ficu suspendit se" || **13** *Quint. 6, 3, 88* quale illud apud Ciceronem . . . „rogo des mihi surculum ex illa arbore ut inseram"

[**M** = **H L** = **VOPUR**] **4** quo *Man* quod **C** || **5** Egilio **L** ecilio **M** Aegilio *Coberger* Caecilio *Klotz* Decio *Cichorius, Unters. z. Lucilius 310; nomen videtur esse corruptum cf. Münzer RE 5, 1987* || **6** videretur **L** videtur **M** | esse **MR** *om.* **VOPU** | nec **C** ne **R** || **7** Egilia **L** *Auct. inc.* ecilicia **M** Decilla *Non (pr. Cichorius ibidem)* Aegilia *Coberger* Caecilia *Klotz* | tua colu **L** *Non Auct. inc.* tuo colo **M** || **8** pol **L** *Non om.* **M** | mater vetuit *Turn* || **11** Siculi illud **M** Siculi **L** || **12** quidam **C** quidem *Prisc* || **13** de ficu suspendit se *Charis* | ex ista **L** *Prisc (pr. Stroebel 15)* ex ea **M** *(pr. Meister)* ex illa *Quint* de ista *Rom Lamb* || **14** ita in eodem ς *Rom* || **16** movisse se **M** *(sic melior clausula efficitur cf. Meister 72)* se movisse **L** || **18** hominem enim nullum **M** *(pr. Friedrich² 44)* neminem enim **L** || **19** misericordia digna **M** miseranda **L** *Firmani Courbaud Galmés Richard Sutton*

279 sit." me tamen hercule etiam illa valde movent stomachosa et quasi submorosa ridicula; – non cum a moroso dicuntur, tum enim non sal sed natura ridetur. in quo, ut mihi videtur, persalsum illud est apud Novium:

„Quid ploras pater?" – 5
„Mirum ni cantem? condemnatus sum."

Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac lenti, ut cum Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat, cum ille postea diceret „cave", rogavit, num quid
280 aliud ferret praeter arcam. est etiam stultitiae salsa re- 10 prehensio; ut ille Siculus, cui praetor Scipio patronum causae dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum: „quaeso" inquit „praetor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis." movent illa etiam, quae coniectura explanantur longe 15 aliter atque sunt, sed acute atque concinne; ut cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, et in eius tabulis ostenderet litteras A. F. P. R. idque diceret esse: „actum fide P. Rutili," Rutilius autem: „ante factum post relatum", 20 C. Canius eques Romanus, cum Rufo adesset, exclamat

15—p.225,**2** movent – Rutilius: *ORF² 165*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** tamen **M** quidem **L** | hercule **L** mercule **M** | etiam illa valde **C** valde illa *Rom Sutton* illa etiam valde *Lamb* || **2** submorosa **L** submorsa **M** | non cum **L** nam quom **M** cum non *Ernesti alii* || **3** dicuntur **L** -antur **M** | enim **C** eius *Friedrich 484* | sal sed **VOP** sal **R** sala ṣạḷ sed **U** salse sed **M** | videtur **R** | ut *om.* **R** || **4** aput **V²** **U** | Novium **C** Naevium *Rom* || **6** mirum **L** *om.* **M** | ni cantem **C**(**O**^v) micantem **O** incaute *Pol*^al || **8** ac lenti **L** *(cf. § 287 et 305)* et lenis **M¹** ac lenis **M²** | arcam **L** *om.* **M** *(sp. vac. 8 litt. relicto)* || **9** postea **M** *om.* **L** *secl. Stroebel* || **9** num quid **VOPU** nunquid **MR** || **10** praeter **L** nisi **M** | est *Lag 93 Rom* et **M** *om.* **L** | stultitiae **L** stultitia *(sp. vac. 2 litt.)* **M** || **13** praeter **U** || **15** ⟨risum⟩ movent *Muther (at cf. 3,197, Part. or. 40 Orator 177)* | illa etiam **L** etiam illa **M** || **17** accusaret Rutilium **L** accusaretur utillum **M** || **18** tulisset **L** *om.* **M** || **19** A. F. P. R. idque **L** ad praetorem eique **M** | actum fide **VOPR** actum **U** actum fide actum **M** || **21** exclamat **C** exclamavit *Sutton*

neutrum illis litteris declarari. „quid ergo?“ inquit Scaurus; – „Aemilius fecit, plectitur Rutilius.“

70 281 Ridentur etiam discrepantia: „quid huic abest, nisi res et virtus?“ bella etiam est familiaris reprehensio quasi
5 errantis; ut cum obiurgavit Albium Granius, quod, cum eius tabulis quiddam ab Albucio probatum videretur, et valde absoluto Scaevola gauderet neque intellegeret contra suas tabulas esse iudicatum. 282 huic similis est etiam admonitio in consilio dando familiaris: ut cum patrono
10 malo, cum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet, simulac domum redisset: „perdam“ inquit „vocem, si id fecero“. – „melius est“ inquit „quam reum.“ 283 bellum etiam est, cum quid cuique sit consentaneum dicitur, ut cum Scaurus non nullam
15 haberet invidiam ex eo, quod Phrygionis Pompei locupletis hominis bona sine testamento possederat, sederetque advocatus reo Bestiae, cum funus quoddam duceretur, accusator C. Memmius „vide“ inquit „Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor“. 284 sed ex his omnibus
20 nihil magis ridetur quam quod est praeter expectationem; cuius innumerabilia sunt exempla ut Appi maioris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris publicis et de lege Thoria et peteretur Lucullus ab iis, qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent, „non est“ inquit „Luculli

3.4 *Quint. 6, 3, 84:* quod refert Cicero „quid — virtus?“ || **13—19** bellum – possessor: *ORF² 216*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **3** ridentur **L** ridetur **M** | huic ς *Quint* hinc **M** hic **L** || **4** reprehensio **L** reprensio **M** responsio *Rom* || **5** Albium *cod. Stephani omnes edit. inde ab Ellendt* Albius **L** Albucium **M** Albucinum ς Albucius *Schuetz* | Granius **C** Granium *Schuetz* | quod **L** quo **M** || **6** eius **L** *(cf. Arch. 31; Cluent 40)* ex iis **M** *fortasse* ex eius *scribendum (cf. Rosc. 5; Cluent. 82; Rab. Post. 9* | ab **L** *om.* **M** *secl. Piderit sed cf. Adler a. l.)* | et **L** *om.* **M** *secl. Sorof alii at cf. Kühner Stegman II 49* || **8** suas **L** tuas **M** | esse iudicatum **L** iudicatum esse **M** || **18** C. **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Stroebel* || **19** potes **L** potest **M** || **20** exspectationem **L**(V^v) expetationem **M** || **21** ut *Leidensis 127 B Sorof alii* vel **C** *Wilkins Cima* velut *Harnecker Monaco* || **23** peteretur **M** *cf. Cat. 1, 11; Mur. 8; Phil. 12, 24* premeretur **L** *quod etiam probari potest cf. Verr. 1, 139; 2, 49 Font. 34* | Lucullus **C** Lucilius **E** *Wilkins pr. Münzer RE 13, 375*

pecus illud; erratis" – defendere Lucullum videbatur –;
285 „ego liberum puto esse; qua lubet, pascitur." placet mihi
illud etiam Scipionis illius, qui Ti. Gracchum perculit. cum
ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mucium iudicem
tulisset: „eiero" inquit „iniquus est". cum esset admurmu- 5
ratum: „a" inquit „P. C. non ego mihi illum iniquum eiero,
verum omnibus". ab hoc vero Crasso nihil facetius; cum
laesisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse
dixisset: „potest fieri" inquit „Sile, ut is, unde te audisse
dicis, iratus dixerit". adnuit Silus. „potest etiam, ut tu 10
non recte intellexeris". id quoque toto capite adnuit, ut se
Crasso daret. „potest etiam fieri" inquit „ut omnino, quod
te audisse dicis, numquam audieris". hoc ita praeter
expectationem accidit ut testem omnium risus obrueret.
huius generis est plenus Novius – iocus est familiaris: 15
71 286 „sapiens, si algebis, tremes" – et alia permulta. saepe
etiam facete concedas adversario id ipsum, quod tibi ille
detrahit: ut C. Laelius cum ei quidam malo genere natus
diceret indignum esse suis maioribus: „at hercule" inquit
„tu tuis dignus". saepe etiam sententiose ridicula 20

7—14 ab hoc – obrueret: *ORF*^{2} *258* || **16—20** saepe – dignus: *ORF*^{2} *122*

[**M** = **H** **L** = **VOPUR**] **1** pecus *post* liberum *transp. Adler 130* || **2** qua **C(O**^{v}**)** quia **O** | lubet **L(O**^{v}**)** libet **M** || **2.3** mihi illud etiam **M** etiam mihi illud **L** || **3** Ti. ς Tib. **MO** Trib. **VPU** tribu **R** | perculit **L** pertulit **M** || **3.4** cum ei **M**^{2}**L** quom ei **M**^{1} qui cum *Bake* || **4** Flaccus **L** Crassus **M** || **5** eiero *Crat* eiuro **VOPU** vero **M** eiuero **R** | iniquus **MV**^{2m}**OPR** inicus **V**^{v}**U** inimicus **V**$^{mal'}$ || **6** a **MOU** ah **VO**^{m}**PR** | illum **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* | iniquum **OP**^{2}**R** inicum **V**^{1}**P**^{1}**U** inimicum **V**^{2} iniquom **M** | eiero **L** eiuro **MV**^{2} || **7** Crasso **L** Crasse **M** | cum **L** quom **M** qui cum *Bake* || **9** Sile **L** ille **M** | unde **L** quem **M** || **10** dicis **MO**^{al}**UR** -es **V**^{v}**OP** | dixeris **U** || **12** fieri **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **13** numquam **V** nunquam **MOPRU** || **14** testem omnium **L** testimonium **M** | obrueret **L** -erit **M** || **15** est plenus **L** et plenius **M** et plenus *Friedrich* | iocus est familiaris *Kumaniecki* est iocus est familiaris **V** est locus est familiaris **OPRU** locus est familiaris **M** cuius iocus e. f. *Sorof* cuius et locus e. f. *Cima* cuius et iocus e. f. *Courbaud* et iocus e. f. *Piderit* || **19** diceret **M**^{2}**L** dicet **M**^{1} | maioribus **L** moribus **M**

dicuntur, ut M. Cincius quo die legem de donis et muneribus tulit, cum C. Centho prodisset et satis contumeliose: „quid fers Cinciole?“ quaesisset: „ut emas“ inquit, Gai, si uti velis.“ saepe etiam salse, quae fieri non possunt, 287
5 optantur, ut M. Lepidus, cum ceteris se in campo exercentibus ipse in herba recubuisset: „vellem hoc esset“ inquit „laborare“. salsum est etiam quaerentibus et quasi percontantibus lente respondere quod nolint, ut censor Lepidus, cum M. Antistio Pyrgensi equum ademisset ami-
10 cique cum vociferarentur et quaererent, quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus, cum parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset „me istorum“ inquit „nihil credere“. colli- 288 guntur a Graecis alia nonnulla, execrationes, admirationes,
15 minationes. sed haec ipsa nimis mihi videor in multa genera discripsisse. nam illa, quae verbi ratione et vi continentur, certa fere ac definita sunt; quae plerumque, ut ante dixi, laudari magis quam rideri solent. haec autem, quae 289 sunt in re et ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia,
20 generibus pauca. expectationibus enim decipiendis et

17 ante: *§ 254* || **20** sqq. *Quint. inst. 6, 3, 24* tertium est genus, ut idem dicit, in decipiendis expectationibus, dictis aliter acci-

[**M** = **H** (a v. 13 *etiam* **AE**) **L** = **VOPUR**] **1** quo die *Lag 93 edd.* quod ei **C** || **2** Centho *scripsi:* Cento **C** || **3** quaesisset **L** quae sit *(sp. vac. 4 litt.)* **M** | Gai **L** C. **M** || **4** fieri **L** ei **M** || **5** se **M** *(pr. Stroebel 63) om.* **L** *(quod etiam probari potest cf. Lebreton 170)* || **6** ipse in herba **M** in herba ipse **L** || **7** ⟨iniuriam⟩ quaerentibus *Muther 117* | quasi ⟨sciant causam⟩ *Muther 117* || **8** nolint **MR** nollent **VOP²U** nolent **P¹** || **9** Lepidus **L** *om.* **M** *(sp. vac. 12 litt. relicto)* | M. **L** *om.* **M** | ecum **V^v** || **9.10** amicique cum **L** *Ellendt* amici quom **M** *Friedrich* amicique eius *Klotz² Cima* amicique *Lamb Wilkins, Courbaud Monaco* cum *deleto at cf. Off. 3, 86* || **11** equum **M²L** equom **M¹** ecum **V^vm U^v** | diceret **L** duceret **U¹** (*corr.* **U²**) *om.* **M** *secl. Friedrich* || **12** modestissimus *om.* **U** || **13** colliguntur *redeunt* **AE** || **14** execrationes **HEO^m R** exsecrationes **A** exercitationes **VOPU** || **14.15** admirationes minationes **L** *om.* **M** || **15** sed haec **M** sed et haec **L** | nimis **C** ni(mis *evanuit*) **A** *inde omiserunt* ς | in multa **MR** *(def. Wilkins ad l.; cf. praeterea 2,71; 78, 142; 3, 114)* multa in **VOPU** *(pr. Meister 76)* || **16** discripsisse **AH¹VU** de- **H²EOPR** | verbi **MVU** -is **OPR** | continentur **HL** continet **AE** || **19** ipsa **M** *(pr. Meister 39)* in ipsa **L** ipsa in *Reid Wilkins* || **20** expectationibus **C** exspectantibus *Pol^al*

naturis aliorum inridendis, ipsorum ridicule indicandis et similitudine turpioris et dissimulatione et subabsurda dicendo et stulta reprehendendo risus moventur. itaque inbuendus est is, qui iocose volet dicere, quasi natura quadam apta ad haec genera et moribus, ut ad cuiusque 5 modi genus ridiculi voltus etiam accommodetur; qui quidem quo severior est et tristior, ut in te, Crasse, hoc illa quae dicuntur salsiora videri solent.

290 Sed iam tu, Antoni, qui in hoc deversorio sermonis mei libenter adquieturum te esse dixisti, tamquam in Pomp- 10 tinum deverteris, neque amoenum neque salubrem locum, censeo ut satis diu te putes requiesse et iter reliquum conficere pergas".

„Ego vero, atque hilare quidem a te acceptus" inquit „et cum doctior per te, tum etiam audacior factus iam ad 15 iocandum. non enim vereor, ne quis me in isto genere leviorem iam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores et Africanos, Maximos, Catones, Lepidos pro-

piendis ceterisque quae neutram personam contingunt ideoque a me media dicuntur. item ridicula aut facimus aut dicimus

2 *Quint. inst. 6, 3, 23* nostra ridicula indicamus et ut verbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda || **3—8** itaque – solent **K** *§ 434 (p. 494 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** naturis **L** -as **M** | inridendis ipsorum ridicule **L** inriden- (*sp. vac. 20 litt.* **A** *sp. vac. 55 litt.* **H** *sp. vac. 10 litt.* **E**) le **M** | ipsorum ridicule indicandis *secl. Bake Kayser (at cf. Quint. 6, 3, 23)* irridendis et vitiis corporis ridicule indicandis *Harnecker*^{1} *15* || **2** et^{1} **L** sed **M** *secl. Kayser Harnecker*^{1} *15* | turpioris **VOP** turpịdioris **U** turpiores **R** turpiore **MO**^{m} || **3** risus **MU** risu **VOPR** | moventur **C** movetur *malit Friedrich* || **4** inbuendus **AH** imb- **EKL** induendus *Schuetz* | volet **MK** vult **L** | natura **L** matura **MK** || **5** moribus **C** motus oris *Madvig*^{1} *92* || **7** tristior **C** tristidior **V**^{v} **O**^{vm} | ut in te Crasse **C** *om.* **K** in *om.* **H** || **8** quae **C** quoque **U**ς quoque quae *Aldus Lamb* | salsiora **L** sessiora **MK** || **9** qui in hoc *Schuetz Friedrich (cf. § 234)* quid hoc **M** qui hoc **L** | deversorio **VOPU** devorsorio **A** divorsorio **E** diversorio **HR** | mei **R** *Rom* tui **MVOPU** || **10** Pomptinum **VP**^{2}**O** Pontinum **MP**^{1}**R** pomtinum **U** portinum **R**^{vm} || **11** deverteris **C** div- **V**^{2} **R**ς | ad amoenum **U** | ad salubrem **U** || **12** requiesse **MVOP** requievisse **UR**ς || **14.15** acceptus inquit et cum **L** accep. (*sp. vac. 18 litt.* **A** *sp. vac. 22 litt.* **H** *sp. vac. 10 litt.* **E**) || **15** iam **M** *Friedrich Wilkins Cima* sum **L** *Courbaud Richard del. Bake*

tulisti. sed habetis ea quae voluistis ex me audire, de qui- 291
bus quidem accuratius dicendum et cogitandum fuit.
nam cetera faciliora sunt atque ex iis, quae iam dicta sunt,
reliqua nascuntur omnia. ego enim cum ad causam sum **72**
5 adgressus atque omnia cogitando, quoad facere potui,
persecutus, cum et argumenta causae et eos locos, qui-
bus animi iudicum conciliantur, et illos, quibus permoven-
tur, vidi atque cognovi, tum constituo, quid habeat causa
quaeque boni, quid mali. nulla enim fere potest res in di-
10 cendi disceptationem aut controversiam vocari, quae non
habeat utrumque; sed quantum habeat, id refert. mea 292
autem ratio haec esse in dicendo solet ut, boni quod habeat,
id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habi-
tem, ibi haeream, a malo autem vitioque causae ita rece-
15 dam, non ut id me defugere appareat, sed ut totum bono
illo ornando et augendo dissimulatum obruatur. et si cau-
sa est in argumentis, firmissima quaeque maxime tueor,
sive plura sunt, sive aliquod unum; sin autem in concilia-
tione aut in permotione causa est, ad eam me potissi-
20 mum partem, quae maxime movere animos hominum
potest, confero. summa denique huius generis haec est, 293
ut si in refellendo adversario firmior esse oratio quam in

1 *ad §§ 291–306 Steidle 31 adn. 103* || **11** *ad § 292 Michel 392 sq.*

11–14 mea – haeream **K** *§ 435 (p. 494 Schw.)* || **21**–p. 230, 4 summa – deducere **K** *§ 435 (p. 494 Schw.)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** voluistis **L** *(pr. Stroebel Meister coll. 1, 172; 3, 46)* voltis **M** || **3** iam dicta **L** dicta **M** iam *del. Ellendt Friedrich* || **4** ad **M** *om.* **L** | sum **L** *om.* **M** || **6** et^{1} **M**$O^{al'}$**R** ad **VOPU** || **7** conciliantur **L** concitantur **M** || **8** constituto ς *Rom* || **8. 9** causa quaeque **M** quaeque causa **L** || **9** potest res **M** res potest **L** || **11** utrumque sed quantum habeat **L** *om.* **M** habeat **L** habet *Iul. Vict. 421, 4* || **12** haec esse in dicendo **MK** in dicendo haec esse **L** | quid **U** | habeat **L** *(pr. Stroux^{2} 171)* habeam **M** || **13** ex orone **U**^{1} | commorer **H**^{2}**L** -em **AH**^{1}**EK** || **15** id **L** *om.* **MP**^{1} *secl. Friedrich* | defugere **C** fugere ς *Wilkins* || **16** dissimulantes *Mueller^{1} 13* | dissimulatum *ante* ob. **R**O^{al} ς *Steph* | sic **E** || **17** tueor **LH** tuor **AEK** || **18** aliquod **AHR** quo **EK** aliquando **VUOP** || **20** movere **MVOP** commovere O^{al}**UR** *Piderit Firmani Richard*

confirmandis nostris rebus potest, omnia in illum conferam
tela; si nostra probari facilius quam illa redargui pos-
sunt, abducere animos a contraria defensione et ad no-
294 stram conor deducere. duo denique illa, quae facillima
videntur, quoniam quae difficiliora sunt non possum, mihi 5
pro meo iure sumo; unum ut molesto aut difficili argu-
mento aut loco nonnumquam omnino nihil respondeam.
quod forsitan aliquis iure inriserit; quis enim est qui id
facere non possit? sed tamen ego de mea nunc, non de
aliorum facultate disputo confiteorque me, si quae premat 10
res vehementius, ita cedere solere ut non modo non ab-
iecto sed ne reiecto quidem scuto fugere videar, sed ad-
hibere quandam in dicendo speciem atque pompam et
pugnae similem fugam; consistere vero in meo praesidio
sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse 15
295 videar. alterum est illud, quod ego maxime oratori ca-
vendum et providendum puto quodque me sollicitare
summe solet: non tam ut prosim causis elaborare soleo,
quam ut ne quid obsim; non quin enitendum sit in utro-
que, sed tamen multo est turpius oratori nocuisse videri 20
73 causae quam non profuisse. sed quid hoc loco vos inter
vos, Catule? an haec, ut sunt contemnenda, contemnitis?"
„minime" inquit ille; „sed Caesar de isto ipso quiddam
velle dicere videbatur". „me vero lubente" inquit Antonius

4 *ad §§ 294–298 Michel 390–392*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** confirmando **R** || **1.2** conferam tela **L** *(sic melior clausula efficitur)* tela conferam **MK** || **2** si **C** sin ς *Firmani Richard Sutton* | probari facilius **MK** facilius probari **L** || **4** conor **C** coner *Lamb Sutton* | deducere **MRU** traducere **VOP** traducens **R** | duo **MO**^{m} **UR** *(cf. Meister 43)* *om.* **VO**^{1}**P** || **5.6** possum mihi pro **L** possum *(sp. vac. 4 litt.)* mi (*sp. vac. 2 litt.* **A** *sp. vac. 10 litt.* **H** *sp. vac. 3 litt.* **E**) pro **M** (mi *pr. Stangl*^{7} *55*) || **6** *post* sumo *sp. vac. 2 litt.* **M** | unum **L** num **M** (*post* num *sp. vac. 2 litt.* **M**) || **8** inriserit **VU** irriserit **OPR** senserit **M** | id **VOPU** *om.* **MR** *secl. Friedrich* || **10** si quae **C** siqua ς *Piderit Kayser Firmani Richard* || **11** cedere **M** concedere **LR**^{v} || **12** sed **C** et *Schuetz* || **14** meo **L** eo **M** || **15** hostisque capiendi **U** | cessisse **VOPU** accessisse **MR** || **16** maxime oratori **M** oratori maxime **L** || **17** me **MV**^{1m} **R** *om.* **V**^{v}**OPU** || **19** obsim **C** sim **E** | non quin **L** non quid **M** || **20** tamen *om. Rom* || **22** sint **E** | contemnitis **L** -imus **M** || **24** lubente **VOPU** lib- **MR**

„dixerit sive refellendi causa sive quaerendi". tum Iulius: 296
„ego mehercule" inquit „Antoni, semper is fui, qui de te
oratore sic praedicarem unum te in dicendo mihi videri
tectissimum propriumque hoc esse laudis tuae nihil a te
5 umquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres.
idque memoria teneo, cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso
multis audientibus esset de te institutus Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me cum
ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non
10 solum quod opus esset diceres, sed etiam quod non opus
esset non diceres; tum illum mihi respondere memini: 297
cetera in te summe esse laudanda, illud vero improbi esse
hominis et perfidiosi, dicere quod alienum esset et noceret
ei, pro quo quisque diceret. quare non sibi eum disertum
15 qui id non faceret videri, sed improbum qui faceret. nunc,
si tibi videtur, Antoni, demonstres velim, quare tu hoc ita
magnum putes, nihil in causa mali facere, ut nihil tibi
in oratore maius esse videatur." „dicam equidem, Caesar" 74 298
inquit „quid intellegam; sed et tu et vos hoc omnes" inquit „mementote non me de perfecti oratoris divinitate
20 quadam loqui, sed de exercitationis et consuetudinis
meae mediocritate. Crassi quidem responsum excellentis
cuiusdam est ingenii ac singularis; cui quidem portenti
simile esse visum est posse aliquem inveniri oratorem,
25 qui aliquid mali faceret dicendo obessetque ei, quem defenderet. facit enim de se coniecturam; cuius tanta vis 299

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** sem pris fui **E** || **3** te **MUR** te esse **VOP** || **4** tectissimum **L**(**U**^{2}) lectissimum **MU**^{1}**R**^{m} rectissimum *Stuerenburg ad Cic. pro Arch. p. 34* || **4.5** a te umquam **VOPU** unquam a te **R** umquam **M** (unquam **H**) || **6** cum^1 **L** quod **M** quom *Friedrich* | ipso **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii ret. Sutton* || **7** de te **L** *om.* **M** *del. Ellendt alii ret. Courbaud* | Crassus **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) | plurimis **C** pluribus ς || **8** dixisset **R** || **11** illum mihi **M** illud mihi **L** mihi illum ς *Lamb* | respondere **C** -isse ς *Rom* || **12** esse **L** esset **M** || **14** quisque **M** *rec. edd.* quis **VOPR** *Lamb Pearce Richard* quisquam **U** || **17** nihil – facere *secl. Kayser* || **19** inquit **L** *om.* **M** (*sp. vac. 5 litt. relicto* **H**) | quid intellegam *secl. Kayser* | intellegam sed **L** *om.* **M** (*parvo sp. relicto* **H**) | vos hoc omnes inquit **C** (omni **E**^{1} omnis **E**^{2}) vos omnes inquit hos ς *Ellendt* inquit *secl. Courbaud* || **20** de **L** *om.* **M** || **23** quidem **C** quiddam ς *Ald* || **25** obessetque **M** et obesset **L** || **26** facit **C**(**O**^{v}) fecit **O** | iuncturam **E**

ingeni est, ut neminem nisi consulto putet, quod contra se ipsum sit, dicere. sed ego non de praestanti quadam et eximia sed prope de volgari et communi prudentia disputo. ut apud Graecos fertur incredibili quadam magnitudine consili atque ingeni Atheniensis ille fuisse Themistocles; 5
ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur eique artem memoriae, quae tum primum proferebatur, pollicitus esse se traditurum; cum ille quaesisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem re- 10
spondisse gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci
300 quae vellet, quam si meminisse docuisset. videsne quae vis in homine acerrimi ingeni, quam potens et quanta mens fuerit? qui ita responderit, ut intellegere possemus nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, umquam ef- 15
fluere potuisse; cum quidem ei fuerit optabilius oblivisci posse potius quod meminisse nollet, quam quod semel audisset vidissetve meminisse. sed neque propter hoc Themistocli responsum memoriae nobis opera danda non est, neque illa mea cautio et timiditas in causis prop- 20

5 Themistocles: *cf. § 351; Acad. 2, 2, fin. 2, 104* || **20** – p. 233, **1** neque illa – neglegenda est *Non. 228, 21* (*propter* timor) *Non. 491, 30* (*propter* cautio)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2.3** sed – disputo *secl. Bake Cima* || **3** prope **A**[2]**HL** probe **A**[1] proprie **E**ς || **3.4** prudentia disputo ut **L** *(cf. § 120; 132, 300) Courbaud* lingua disputata **M** (*supra* disputata ◡ **H**) prudentia linguae disputo ut *Lag 6, 69 Rom* prudentia disputabam ut *Lag 2 Ellendt* prudentia disputo. ita *Schuetz* intelligentia disputabo *Klotz*[2] vi nunc disputo. ita *Friedrich quem Wilkins sequitur* vi ingeni disputo ita *Martin* || **6** imprimis **R** || **7** tum **MR** tunc **VOPU** || **8** profitebatur **R** (proferebatur **R**[m]) | pollicitus *Lamb* pollicitum **C** | se **L** *om.* **M** || **9** sibi dixisse *Rom* || **10** et **L** *(pr. Meister 29) om.* **M** *secl. Friedrich Firmani* et ei *secl. Kayser* | Themistoclem **MPR** -le **O** -len **VU** || **11** ullum **E** || **13** quanta mens **L** quam tamen **M** quam vehemens *Koch*[1] || **14** qui ita responderit **L** qui *(sp. vac. 7 litt.)* itarit **M** (signum ◡ **A**) || **14.15** possemus nihil ex illius animo **L** poss. (*sp. vac. 12 litt.* **AH** *sp. vac. 2 litt.* **E**) animo **M** possemus **L** poss. **M** *inde* possimus *vel* possit ς || **15** effluere **L** efficere **M** || **17** memisse **E**[1] (*corr.* **E**[2]) | nollet **VOUR** nolet **P** nolit **M** || **19** Themistocli **MPU** -is **VOR** || **19.20** opera danda non est **L** operanda non est **M** || **20** mea **C** mihi *Non quod etiam probari potest*

ter praestantem prudentiam Crassi neglegenda est. uter-
que enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam
significavit facultatem. etenim permulta sunt in causis in 301
omni parte orationis circumspicienda, ne quid offendas,
5 ne quo inruas. saepe aliquis testis aut non laedit aut minus
laedit, nisi lacessatur. orat reus, urguent advocati, ut in-
vehamur, ut male dicamus, denique ut interrogemus; non
moveor, non obtempero, non satisfacio, neque tamen ul-
lam adsequor laudem; homines enim imperiti facilius
10 quod stulte dixeris reprehendere, quam quod sapienter
tacueris laudare possunt. hic quantum fit mali, si iratum, 302
si non stultum, si non levem testem laeseris! habet enim
et voluntatem nocendi in iracundia et vim in ingenio et
pondus in vita; nec, si hoc Crassus non committit, ideo
15 non multi et saepe committunt. quo quidem mihi turpius
videri nihil solet quam cum ex oratoris dicto aliquo aut
responso aut rogato sermo ille sequitur: „occidit“. „adver-
sariumne“? „immo vero“ aiunt „se et eum quem defen-
dit“. hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse; 75
20 ego autem saepissime video in causis aliquid mali facere 303
homines minime malos. quid? illud quod supra dixi, solere

6 advocati: *Neuhauser 203*

3sq. *Iul. Vict. RL 444, 11* multa praeterea ex omni parte orationis circumspiciantur neque irruas

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** uterque **L** uter **M** || **3** significabit **U** | multa *Iul. Vict.* | in **C** ex *Iul. Vict.* || **4** circumspitiunda **U** | ne quid offendas *om. Iul. Vict.* || **5** aliquis testis **VPUR** *Ellendt Cima* aliqui testis **O** *Friedrich Wilkins Courbaud* alitestis **AH** alittestis **E** aliquid testis ς *Rom* || **6** orat reus **C** orato *(sp. vac. 3 litt.)* **R** | urguent **EV^{v}PU** urgent **AHOR** || **7** ut^1 **HVOP^{2}R** aut **AEP^{1}U** | deinde **E^1** || **8** obtempero **L** opt- **M** | ullam **VOPR** nullam **MU** || **9** imperiti **C(O^v)** non periti **O** || **11** fit **AH^{2}E^{2}L** sit **H^{1}E^1**ς *Vet Steph Lamb* sit mali patet ς || **12** si non^1 **C** si **V** sive ς || **13** in^1 **L** *om.* **M** | in^2 **HL** *om.* **A^1** (*suppl.* **A^2**) **E** || **13.14** et pondus in vita **L** et vita **M** (*post* vita *sp. vac. 9 litt.* **A** *10 litt.* **H** *12 litt.* **E**) || **15** *post* multi *3 litterae erasae* **H** | non committunt **H** || **15.16** turpius videri **MR** *Iul. Vict. (pr. Stroux^2 172)* videri turpius **VOPU** || **16** quam **C** *secl. Madvig 185* | cum **L** *Iul. Vict. Firmani Richard* quom *Ellendt* quod **M** || **17** rogato **L** -atu **M** *Courbaud* | adversariumne **LE** adversariumne **AH** || **21** minime **HL** memini **AE** | illud quo **E** | cedere **C** credere *vel* concedere ς

me cedere et, ut planius dicam, fugere ea, quae valde causam meam premerent, cum id non faciunt alii versanturque in hostium castris ac sua praesidia dimittunt, mediocriterne causis nocent, cum aut adversariorum adiumenta confirmant aut ea, quae sanare nequeunt, exulcerant? 5
304 quid? cum personarum quas defendunt rationem non habent, si quae sunt in iis invidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando et efferendo invidiosiora faciunt, quantum est in eo tandem mali? quid? si in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione orationis 10 acerbius et contumeliosius invehare, nonne a te iudices
305 abalienes? quid? si quae vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice uno aut pluribus, ea tu in adversariis exprobrando, non intellegas te in iudices invehi, mediocre peccatum est? quid? si cum pro altero dicas, litem tuam facias 15 aut laesus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? in quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo, nimium patiens et len-

6 *ad §§ 304sq. Michel 392*

6—p.235,10 si *(sic)* personarum – mali *Iul. Vict. RL 444, 21* u. ad *29 (multis omissis, libere)* || 17sq. in quo – existimor *Non. 142, 12* (*propter* male audiam)

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] 1 valde **C** etiam valde **U** maxime ς || 2 faciant **H** | aluversantur que **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || 4 cum aut **UR** *Lamb* cum **VOP** quom aut **M** *(pr. Meister 43)* || 5 sanare **MR** -ari **VOPU** || 6 cum **L** quom **M** si *Iul. Vict.* | defendunt **C** defendes *Iul. Vict.* || 6.7 non habent **C** habere neglexeris *Iul. Vict.* || 7 mitigant **C** mitigaris *Iul. Vict.* || 8 faciunt **C** feceris *Iul. Vict.* || 9–12 quantum – quid *om. Iul. Vict.* | tandem *om.* **R** || 10 in iudicibusque **E** iudicibus **U** | iocundos **E** || 11 invehare **C** inveharis *Iul. Vict.* || 11.12 nonne – quid *om. Iul. Vict.* | a te **M** *editores inde ab Ellendt* abs te **L** || 12 alienes **H** | si quae **L** si qua **M** *Iul. Vict.* | via **E** | sint *Iul. Vict.* | aliquo *om. Iul. Vict.* || 13 uno – in *om. Iul. Vict.* | in **C** *om. Iul. Vict. secl. Steph alii* | adversario si exprobraveris *Iul. Vict.* || 14.15 non – quid *om. Iul. Vict.* | mediocrene *Kayser collato § 303 alii* || 15 si **L** *Iul. Vict.* ei **M** | pro altero dicas **C** (dicas *om.* **H**) dicas pro altero *Iul. Vict.* || 15.16 litem – iracundia **C** laesus litem tuam persequaris *Iul. Vict.* || 16—p.235,4 nihilne – videatur *om. Iul. Vict.* || 17 libenter **M** *Non* lub- **L** || 18 causam **M** *Non (pr. Meister 39)* ego causam **L** *Richard* | lub- **OPR** | relinquo **C** remitto *Non*

tus existimor; ut cum te ipsum, Sulpici, obiurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium. ex quo etiam illud adsequor, ut si quis mihi ⟨forte⟩ male dicat, petulans aut plane insanus esse videatur. in ipsis autem 306
5 argumentis si quid posueris aut aperte falsum aut ei, quod dixeris dicturusve sis, contrarium aut genere ipso remotum ab usu iudiciorum ac foro, nihilne noceas? quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper – dicam enim saepius –, si possim, ut boni efficiam aliquid dicendo; si id
10 minus, ut certe ne quid mali.

76 307 Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paulo ante laudabas, ad ordinem conlocationemque rerum ac locorum. cuius ratio est duplex: altera, quam adfert natura causarum; altera, quae oratorum iudicio et prudentia compara-
15 tur. nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam probemus nostris praesidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde ut concludamus atque ita peroremus, hoc dicendi natura ipsa praescribit. ut 308

11 *ad §§ 307–332 Solmsen[1] 50 adn. 58* || **13.14** *Volksmann 365 sqq.*

3.4 illud – videatur *Non. 162, 8* (*propter* petulantiam) || **11–14** itaque – comparatur **K** *§ 436 (p. 494 Schw.)* | ante: *§ 179*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** ministratorem **C** me oratorem ς *Lamb Kayser* || **3** si quis **MRU**[2] si qui **VOPU**[1] *Non* | mihi forte *Non* mihi **C** *editores* || **4** peculans **E** | aut **L** *Non* ut **M** *(pr. Friedrich coll. 2,216; 2,253; 3,53)* | ⟨quid si⟩ in ipsis *Iul. Vict.* | autem **C** *om. Iul. Vict.* || **5** si quid posueris **C** posueris aliquid *Iul. Vict.* || **5–7** aut – noceas *om. Iul. Vict.* || **7** ac foro – multa **L** *om.* **M** || **8** mea solet **C** esse debet *Iul. Vict.* || **8.9** in hoc – saepius *om. Iul. Vict.* || **9** saepius **L** *om.* **M** | si – efficiam **C** ut siquid possis boni, causae efficias *Iul. Vict.* | aliquid dicendo *om. Iul. Vict.* | si **C** sin *Iul. Vict.* ς *Courbaud Richard* || **10** ut *om. Iul. Vict.* | ne quid mali **L** *(pr. Stroebel 19)* non illud **M** (*post* illud *sp. vac. 5 litt.* **A**) || **11.12** itaque nunc ad ordinem redeo in quo conlaudationum (**K**[2] -em **K**[1]) rerum **K** | collocationemque **L** conlaudationemque **AH** collaudationemque **E** || **13** cuius **C** *om.* **K** | est duplex **C** duplex est **K** || **14** altera vero **K** || **16** post ut eam **C** (eam *om.* **V**) postve etiam **R** | comprobemus **V** | praesidiis *secl. Vassis[2] 157* || **17** refutandis **C** conf- ς *Rom* || **18** atque ita **MUR** atque ut ita **VOP** | dicendi **M** *(pr. Meister 40)* dicendi genus **L** genus *secl. Orelli alii ret. Richard* dicendi generis *Schuetz* dicenti rerum *Bake* | praescribit **C** describit *vel* perscribit ς

vero statuamus ea, quae probandi et docendi causa dicenda sunt, quem ad modum componamus, id est vel maxime proprium oratoris prudentiae. multa enim occurrunt argumenta, multa quae in dicendo profutura videantur; sed eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint; 5 partim, etiam si quid habent adiumenti, sunt nonnumquam eius modi, ut insit in iis aliquid vitii neque tanti sit illud, quod prodesse videatur, ut cum aliquo malo coniunga- 309 tur. quae autem utilia sunt atque firma, si ea tamen, ut saepe fit, valde multa sunt, ea, quae ex iis aut levissi- 10 ma sunt aut aliis gravioribus consimilia, secerni arbitror oportere atque ex oratione removeri. equidem cum colligo 77 argumenta causarum, non tam ea numerare soleo quam 310 expendere. et quoniam, quod saepe iam dixi, tribus rebus homines ad nostram sententiam perducimus, aut docendo 15 aut conciliando aut permovendo, una ex tribus his rebus res prae nobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere velle videamur; reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt. nam et principia et ceterae partes orationis, de quibus paulo post 20 pauca dicemus, habere hanc vim magno opere debent, ut ad eorum mentes, apud quos agetur, movendas per-

9–12 *Fiske 104* || **14** *de §§ 310–312 Solmsen 400; Michel 394*

12sq. *cf. or. 48* || **14** saepe: *§ 115, 121, 128* || **20** post: *§ 326*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** probandi – causa *secl. Kayser* | probandi et docendi ς deprobandi et docendi **M** probandi docendi persuadendi **VOPU** probandi **R** et probandi et docendi *malit Friedrich² 45* probandi et docendi *secl. Adler 11* | causa **C** de causa *Adler¹ 30* || **2** componamus **AHL** componatur **EK** exponamus ς | est *om.* **R** || **4** multa quae **L** multaque **M** multa *del. Schuetz Reid* || **6** sint **E** | numquam **AE** nunquam **HL** || **8** ut cum **L** ut quam **M** quam ut **K** || **9** utilia sunt **MR** sunt utilia **VPU** sint utilia **O** || **12** ratione **O** | equidem **C** et quidem ς || **14** quod **HL** quom **A** cum **E** ut ς || **15** homines *Lag 35, 65 Lamb ceteri editores (cf. § 128)* omnes **C** *Orelli* | dicendo **E** || **16** tribus **C** omnibus *Rom Ernesti* || **18** sicuti **C** sicut ς *Lamb* || **19**–p. 237, 1 nam – possint *secl. Kayser (at cf. Sorof a. l.)* || **21** magno opere **AH** magnopere **EL** || **22** agetur **VOPR** agitur **MU** | movendas *secl. Stangl⁷ 50* | permanare **VOR** *(pr. Stangl⁷ 50)* permanere (a supra e) **P** permanere **U**ς permovere **M** pertinere *Sorof Friedrich Harnecker* valere *Reid*

311 manare possint. sed his partibus orationis, quae, etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen et commovendo proficiunt plurimum, quamquam maxime proprius est locus et in exordiendo et in perorando, degredi tamen ab eo, quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa saepe utile est. **312** itaque vel re narrata et exposita saepe datur ad commovendos animos degrediendi locus, vel argumentis nostris confirmatis vel contrariis refutatis vel utroque loco, vel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest; eaeque causae sunt ad augendum et ad ornandum gravissimae atque plenissimae, quae plurimos exitus dant ad eius modi digressionem, ut iis locis uti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur aut reflectantur. **313** atque etiam in illo reprehendo eos qui, quae minime firma sunt, ea prima conlocant. in quo illos quoque errare arbitror qui, si quando – id quod mihi numquam placuit – pluris adhibent patronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt

6 *ad § 312 Laurand 47* || **15** *de §§ 313sq. Weidner 37*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** possint **L** possent **MK** || **2** argumentando persuadendo *secl. Kayser* | et commovendo *secl. Kayser* || **3** proficiunt **L** *(cf. § 205, 206; 219)* perficiunt **M** *Friedrich quod etiam probari potest cf. 1, 53; 2, 190* || **4** degredi **AHVO**^{v}**U** dig- **EKOPR** || **5** quod **L** quo **M** | atque **C** idque *Rom* quodque *Lamb* || **6.7** re narrata et **MR** narratione **VOPU** || **7** animos *om.* **H** || **8** degrediendi **AHVOU** digr- **EPR** | argumentis **C** *secl. Vassis*^{2} *157* | nostris **UV**^{m}**O**$^{al'}$**R** *om.* **O**^{1}**P** || **8.9** confirmatis vel contrariis refutatis **L** vel contrariis refutatis confirmatis **M** || **9** ex utroque **H** | loco **MUR** *om.* **VOP** (**O**$^{m\,al}$ *add.*) || **10** causa dignitatem atque copiam **L** causam dignitatis atque causam **M** | recte id **C** recte ut *Lamb* ut recte id *Schuetz* | potest **MV**^{2m}**OPUR** postea **V**^{v} post **O** possit *Lamb Schuetz* || **11** eaeque **M** eque **V**^{v}**O** haeque **V**^{2m}**PUR** | augendum ς *Piderit alii (cf. 1,94; 2,80)* agendum **C** | ornandum **VOPU** orandum **MR** | gravissimae **AEVPU** -umae **H** -ime **OR** || **12** plenissimae **AH**^{2}**EVOPU** -umae **H**^{1} || **13** digressionem **C** degressionem *Lamb*^{m} *Ernesti quem omnes sequuntur at cf. 3, 205, 207* || **14** audiunt **L** *(cf. § 313)* -ant **MU**^{2} | impleantur **U** || **15** inflectantur **E** (re *supra*) | reprehendendo **E** || **18** pluris **MVOP** -es **H**^{2}**R** compluris **U** | ut in quoque **VOP** uti quoque **M** uti quenque **R** *om.* **U**

dicere. res enim hoc postulat, ut eorum expectationi qui audiunt quam celerrime succurratur; cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. male enim se res habet, quae non statim, ut dici
314 coepta est, melior fieri videtur. ergo ut in oratore optimus quisque, sic in oratione firmissimum quodque sit primum; dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quae excellent, serventur etiam ad perorandum: si quae erunt mediocria – nam vitiosis nusquam esse oportet locum – in mediam turbam atque in gregem coicientur. 10
315 hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremum soleo cogitare, quo utar exordio. nam si quando id primum invenire volui, nullum mihi occurrit nisi aut exile aut nugatorium aut volgare aut commune. 15

78 Principia autem dicendi semper cum accurata et acuta et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent. prima est enim quasi cognitio et

5 *ad § 314 Michel 388* || **11** *ad §§ 315–325 Riposati*[1] *267–272*

16 principia *cf. Arist. Rhet. 3, 14 (1414b 19 sqq.)* || **16–18** principia — debet *(sic)* **K** *§ 436 (p. 494 Schw.) or. 124* principia verecunda ... acuta sententiis || **17** apta verbis *cf. Rhet. ad Her. 1, 11 Quint. 4, 1, 58*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** succurratur **MU**[2] *(propter clausulam et sensum pr. Stangl*[12]*)* occurratur **L** | ⟨in⟩ initio **K** *(pr. Mollweide Wiener St. 35 (1913) 314)* || **3** sit in reliqua causa **MUR** in reliqua causa sit **VOP** || **4** se res **C** res se ς || **5** *post* ut *crucem infixit Ellendt* | oratoribus *Schuetz* || **6** quisque **M** quisque est **L** | sic **MR** sic et **VOPU** || **7** tamen *om.* **R** || **7.8** ea quae **MP** ea quae aeque **VOUR** || **8** excellant **U** | probandum **U** | si quae **VOPU** *Ellendt Wilkins* si qua **MR** *Friedrich Cima Courbaud* || **9** vitionis **E** (*corr.* **E**[2]) | oportet *om.* **VO**[1] (**O**[al'] *adscr.*) || **10** locum **L** locum atque **M** | coicientur **V** *(pr. Kumaniecki*[2] *collatis 2, 166, 208, 319; 324, 335, 345, 347; 3, 39)* coiicientur **OR** coicentur **P** conicentur **U** coiciuntur **M** *(pr. Stangl*[7] *28)* coniciuntur **H**[2]ς *Rom* coniciantur *Ellendt* coiciantur *Mueller Klotz*[1] *Friedrich Wilkins Courbaud* || **12** postremum **C** -emos *Rom* | considerare **R** || **15** aut commune **H** *(pr. Stroebel cf. de inv. 1, 26; Rhet. ad Her. 1, 7, 11 Friedrich)* atque commune **AEL** *(pr. Stangl*[12] *propter clausulam)* || **16** cum **VPUK** quom **M** tum **OR**ς || **18** prima est **HEL** primast **A**

commendatio orationis in principio, quaeque continuo eum qui audit permulcere atque allicere debet. in quo 316 admirari soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem in primis disertum atque 5 eruditum, Philippum, qui ita solet surgere ad dicendum, ut quod primum verbum habiturus sit nesciat; et ait idem, cum bracchium concalfecerit, tum se solere pugnare, neque attendit eos ipsos unde hoc simile ducat, primas illas hastas ita iactare leniter, ut et venustati vel maxime 10 serviant et reliquis viribus suis consulant. nec est dubium 317 quin exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat; sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad volnus, sed ad speciem valere videantur, 15 quanto hoc magis in oratione est spectandum, in qua non vis potius quam delectatio postulatur! nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolet. sic omnia, quae fiunt quaeque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa prae-

6. 7 et ait – pugnare *Non. 92,14* (*propter* concalfacere) || **10–16** nec est – postulatur **K** *§ 437 (p. 494 Schw.)* || **18**sq. sic – retexuit *(sic) Prisc. inst. gr. GL 2, 538, 1*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** orationis **C** nostra *Kayser coll. 2,114 at cf. Adler ad l.* | quaeque **M** quae **VOPU** quoque **R** || **2. 3** allicere – huic *om.* **U** illicere **R** || **2** in quo **VPR** in qua **MOP** || **3** admirari **AHR** ammirari **E** mirari **VOP** demirari *Lamb* || **5** surgere ad dicendum **M** ad dicendum surgere **L** || **7** cum **L** *Non* quod **M** quom *Friedrich* | bracchium **L** *Non* bacchum **M** | concalfecerit **M** *Non* concalefecerit **L** *Galmés* | se optime solere **R** || **8** ducat **VOPU** dicat **MR** || **8. 9** primas illas **M** *(cf. Meister 71sq.)* illas primas **L** || **9** ita **MUR** *om.* **VOP** | leniter **L** leviter **M** | quam maxime **H**[1] (*corr.* **H**[1]) || **10** nec est **MR** neque est **VOPU** || **12** debet **H** | ipso illo **MR** illo ipso **VOPU** | certamina **K** || **13** quo **MK** quod **L** *(pr. Meister)* || **14** spem **R** || **15** est spectandum *Wyttenbach 21, quem omnes secuti sunt* exspectandum **M** expectandum est **L** spectandum est *tres codd. Lamb* spectandum *Rom* || **16** potius *secl. Ernesti* | quam **MKRN** sed **VOPUN**[v] *Heusinger* || **18** quod *secl. Kayser Harnecker Wilkins* | se repente *malit Friedrich* | evolet **L** *(sic melior clausula efficitur; cf. praeterea Cael. 63)* evolvat **M** volvat *vel* evolat ς || **19** acerrime **C** *om. Prisc* | praetexuit **AEL** protexuit **H** contexuit **K** retexuit *Prisc*

318 texuit. haec autem in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed ex ipsius visceribus causae sumenda sunt. idcirco tota causa pertemptata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis, considerandum est, quo
319 principio sit utendum. sic et facile reperietur; sumetur 5 enim ex iis rebus, quae erunt uberrimae vel in argumentis vel in iis partibus, ad quas dixi degredi saepe oportere; ita et momenti aliquid adferent, cum erunt paene ex intima defensione depromptae, et adparebit eas non modo non esse communis nec in alias causas posse transferri sed 10 penitus ex ea causa, quae tum agatur, effloruisse.

79
320 Omne autem principium aut rei totius, quae agetur, significationem habere debebit aut aditum ad causam et munitionem aut quoddam ornamentum et dignitatem. sed oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic 15 causis principia pro portione rerum praeponere. itaque in parvis atque infrequentibus causis ab ipsa re est exordiri

14 munitionem: *Arist. rhet. 3, 14, 1 (1414b 19) προοίμιον ... οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι* || **15** *or. 50* vestibula nimirum honesta aditusque ad causam ... inlustres || **16.17** in parvis: *Arist. rhet. 3, 14, 6 (1415a 23): διόπερ ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** alicunde **AHVOPU** aliunde **EKR** || **2** ipsius **VOPU** *(cf. Cima ad l.)* ipsis **MR** *editt. recc.* || **3** pertempta **R** | inspecta **H** || **5** reperietur **C** -entur *Schuetz* | sumetur **C** -entur *Ernesti Schuetz* || **6** enim *om.* **R** | erunt **M** sunt **L** | uberrimae **AHVOP** -ime **EUR** | vel **L** *(cf. Stroebel 16)* velut **M** || **7** dixi **MR** *(cf. Meister 40)* causas dixi **VOPU** dixi causas *Lag 81 Steph* | degredi **M** digredi **LK** || **8** ita *secl. Madvig alii ret. Courbaud Galmés Richard* | momenti **HV^m^OPUR** monenti **AEV^v^O^v^** | in extima **E** || **9** depromptae **L** -a **M** | eas **C** ea *Manutius alii* | non modo *om. Richard* || **10** communis **M** -es **L** communia *Manutius alii* || **11** penitus **L** petitus **M** | ea **MURO^m 1^** *om.* **VOP** | quae tum agatur **L** queritur **M** quae agitur *Stroebel 6 Harnecker* quae agatur *Wilkins* quae tum quaeritur *Stangl[1] 36* quaecumque agitur *Friedrich coll. 1, 44* | effloruisse *Ernesti* et floruisse **AH** et flevisse **E** exfloruisse **L** fluxisse *vel* defluxisse *vel* affluxisse ς || **12** agetur **M** agitur **L** || **14** et munitionem **L** *Friedrich Courbaud* et ad commutationem **M** et commutationem **U** et communitionem ς *Schuetz Ellendt Klotz Wilkins* aut communitionem *Steph Lamb* || **15** additus **U** || **16** praecipue **U** || **17** infrequentibus **AHVP** frequentibus **E** in frequentibus **OUR**

saepe commodius. sed cum erit utendum principio, quod 321
plerumque erit, aut ex reo aut ex adversario aut ex re aut
ex eis, apud quos agitur, sententias duci licebit. ex reo –
reos appello quorum res est –, quae significent bonum
5 virum, quae liberalem, quae calamitosum, quae misericordia dignum, quae valeant contra falsam criminationem; ex adversario ⟨rursum⟩ isdem ex locis fere contraria;
ex re, si crudelis, si nefanda, si praeter opinionem, si in- 322
merito, si misera, si ingrata, si indigna, si nova, si quae
10 restitui sanarique non possit; ex iis autem, apud quos agetur, ut benevolos beneque existimantis efficiamus, quod
agendo efficitur melius quam rogando. est id quidem in
totam orationem confundendum nec minime in extremam; sed tamen multa principia ex eo genere gignantur.
15 nam et attentum monent Graeci ut principio faciamus 323
iudicem et docilem; quae sunt utilia, sed non principii
magis propria quam reliquarum partium; faciliora etiam
in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum
omnia expectant, et dociles magis initiis esse possunt.
20 inlustriora enim sunt, quae in principiis quam quae in
mediis causis dicuntur aut arguendo aut refellendo.

15 *ad § 323 Laurand 37. 99*

2 aut ex reo: *Arist. rhet. 3, 14, 7 (1415a 25) Rhet. ad Her. 1, 8 de inv. 1, 22* || **12–14** est — gignantur **K** *§ 437 (p. 494 Schw.)* || **15** sqq. *Arist. rhet. 3, 14, 7 (1415a 34) Rhet. ad Her. 1, 6 de inv. 1, 20 or. 122. Top. 97 part. or. 28–30* || **21** *or. 225* cum aut arguas aut refellas

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **3** ex[1] *om.* **E** | dici **E** | licebit **M** decebit **L** || **3.4** reo reos **C** reo res **E** || **4** reos — est *secl. Bake* || **4.5** bonum virum **M** virum bonum **L** || **5** quae[2] **MUR** *om.* **VOP** || **7** adversario rursum *Stangl Philol. IX 1896* adversariorum **MV OPR** adversario **U** *editores* || **8** re **L** rei **M** | nefanda **MRN** infanda **VOPUN**[v] || **12** efficitur melius **C** efficietur melius **EK** melius efficitur ϛ | et **R** || **13** conficiendum **K** || **14** tantum **R** | gignantur **MR** -untur **VOPU** || **15** et **L** *(cf. Stroebel 8) om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *45* | commonent **U** *Lag 84 Steph Lamb* || **17** propria **L** prompta **M** || **18** et **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *45* || **19** initiis esse possunt **MR** *def. Stangl*[12] esse possunt initiis **VO** esse possunt vitiis **PU** in initiis esse possunt *Mueller*[1] *15 Piderit alii* initiis *secl. Ellendt at cf. Part. or. 27 Quint. 4, 1, 5* || **20** in[1] *om.* **O**[1]**P**

324 maxima autem copia principiorum ad iudicem aut adliciendum aut incitandum ex iis locis trahetur, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa; quos tamen totos explicare in principio non oportebit, sed tantum impelli iudicem primo leviter, ut iam inclinato reliqua in- 5
80
325 cumbat oratio. conexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tamquam citharoedi prooemium adfictum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur. nam nonnulli, cum illud meditati ediderunt sic ad reliqua transeunt, ut audientiam fieri sibi 10 ⟨minime⟩ velle videantur. atque eius modi illa prolusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint.

326 Narrare vero rem quod breviter iubent, si brevitas 15 est appellanda, cum verbum nullum redundat, brevis

15 *ad § 326–329 Laurand 99; Stroux[1] 43 sqq.; Riposati[1] 273* u. ad *281* | narrare ... breviter: *Riposati[1] 278*

7 citharoedi *cf. Arist. rhet. 3, 14, 1; (1414b 23) Quint. 4, 1, 2* || **15–243, 6** Narrare – sit **K** *§ 438 (p. 494 sq. Schw.)* || **15** ad *§§ 326* u. ad *329 cf. Arist. rhet. 3, 16, 4 (1416b 29) Rhet. ad Her. 1, 14 de inv. 1, 28 sq. part. or. 31 sq. or. 122. Top. 97*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** maxima **C** -ime **E** -imam ς *Schuetz alii* | copia **C** -am ς *Schuetz alii* || **2** aut incitandum **L** *om.* **M** | trahetur *Piderit Orelli Ellendt Courbaud* trahitur **L** trahemus **M** || **3** inerunt ⟨idonei⟩ in *Havet* || **4** explicare in principio **MR** *Friedrich Wilkins Courbaud* in principio explicari **VOPU** explicari in principio ς *Ellendt Cima* | oportet *Stangl Philol. 1895* || **5** iudicem primo **M** primo iudicem **L** | leviter **C** leniter ς *Rom Richard* || **8** adfictum **VU** *(cf. 3, 36, 175)* adfectum **AH** affectum **H**[2]**E** affictum **OPR** | aliquid *Rom* | membrum **VOPU** -orum **MR** || **9** istud **R** || **11** minime *ins. Kumaniecki[2] coll. Div. in Caec. 10, 13, 22; Verr. 5, 8; Prov. 39; Scaur. 28, Phil. 2, 19* velle **C** nolle **O**[2 al]ς *Firmani Galmés Richard* molle **R** velle non *Friedrich[2] 45 (sed clausula vitiosa efficitur)* non velle *Wilkins* nullam velle *Stroux[3]* | prolusio **MV O**[v] **UP**[2] **R** propulsio **OP**[1] praelusio ς *Rom Lamb* || **12** Samnitium **MOPU** Samnitum **VR** | hastam **E** || **13** antequam **R** || **14** proluserint **MVOP** -erunt **UR** praeluserint ς *Lamb* praeluserunt *Rom* | possint **OPUR** possunt **MV** || **15** quidem **O**[al]**U**ς | si **C** sed **U** || **16** est appellanda **L** *(cf. Verr. 3, 4; de domo 76, Milo. 12)* appellanda est **M** | redundat **C** -et *Rom Ernesti*

est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est; sed saepe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem adfert, sed etiam quod eam virtutem, quae
5 narrationis est maxima, ut iucunda et ad persuadendum accommodata sit, tollit. viden illa:

Nam is postquam excessit ex ephebis . . .

quam longa est narratio! mores adulescentis ipsius et 327 servilis percontatio, mors Chrysidis, voltus et forma et
10 lamentatio sororis, reliqua pervarie iucundeque narrantur. quod si hanc brevitatem quaesisset,

Effertur, imus, ad sepulcrum venimus,
in ignem impositast,

4 virtutem: *Liebers 138* || **5** ad persuadendum accommodata: *Riposati*[1] *278 sq.*

7 *Ter. Andria 51; idem versus citatur De inv. 1, 27* || **12** effertur, imus *Ter. Andria 117* | ad sepulcrum — impositast *Ter. Andria 128 sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** L. Crassi **C** *om.* **K** | sin **M** si **LK** *om.* **R** sic ς || **2** verborum est **MK** est verborum **L** *quod etiam probari potest* || **4** adfert **AHU** adferre **V** affert **EOPRK** || **5** iocunda **E** || **6** accommodata **L** *Iul. Vict. (cf. Stroebel 13)* occupata **MK** adcurata *Kayser* | tollit viden illa *Stroux*[2] *147* pollit vident illa **M** (*post* pollit *sp. vac. 3 litt., post* vident *sp. vac. 2 litt.* **E**) tollit vident illa **V**[v] **O** (tolli **O**) tollit. viden ||| illam **P** tollit videant illam **V**[m] **O**[2m] **R** tollit videlicet illa **U**ς *Ald Man* tollit denique illa *Iul. Vict.* tolli videtur illa *Rom* tollere videtur ς tollit ut illa *Gruter Pearce* tollit vel illa *Klotz*[1] *Piderit* tollit velut illa *Adler Harnecker* tollit videatur illa *Friedrich* tollit videant illa *Sorof* tollit videtis enim illa *Martin* vident illa *secl. Reid* || **7** nam — ephebis **L** nam is postquam **E**[2] **L** *Iul. Vict.* nam ipsast quam **A** nam ips(e)ast quam **H** nam ipsa est quam **E**[1] | ex ephebis **E**[2] **L** *Iul. Vict.* ex epheos **M** || **8.9** adulescentis — mors **L** *Iul. Vict. om.* **M** | illius **R** || **9** percunctatio **R** || **10** lamentio **A** | narrantur *om.* **H** || **12** exfertur **V**[1] **U** | sepulcrum **OPR** sepulchrum **MVU** || **13** in ignem inpositast **A** in ignem imposita est **HE** (*post* est *sp. vac. 32 litt.* **AH** *sp. vac. 20 litt.* **E**) in ignem posita est **UR** *Richard om.* **VOP** (*suppl.* **V**[m] **O**[2]) in igni positast *Piderit*[3] *Sorof*

decem versiculis totum conficere potuisset; quamquam hoc ipsum „effertur, imus" concisum est ita, ut non bre-
328 vitati servitum sit, sed magis venustati. quod si nihil fuisset nisi „in ignem impositast" tamen res tota cognosci facile potuisset. sed et festivitatem habet narratio di- 5
stincta personis et interpuncta sermonibus; et est et probabilius, quod gestum esse dicas, cum quem ad modum actum sit exponas, et multo apertius ad intellegendum est, si constituitur aliquando ac non ista brevitate per-
329 curritur. apertam enim narrationem tam esse oportet 10
quam cetera; sed hoc magis in hoc elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda quam aut in principio aut in argumentando aut in [purgando aut] perorando et maiore periculo haec pars orationis obscura est quam cetera, vel quia, si quo alio in loco est 15
dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est, narratio obscura totam occaecat orationem, vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in causa locus. erit autem per-

19 perspicua: *Riposati*[1] *277*

5—8 sed et — exponas **K** *§ 439 (p. 495 Schw.)* || **10.11** aperta *(sic)* — cetera **K** *§ 440 (p. 495 Schw.)* || **19** *cf. Rhet. ad Her. 1,15*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** decem **M** in his fere decem **VO PR** in his fere deesse **U** in his fere *secl. Orelli alii* | versiculis **C** verbis *Ernesti* || **2** effertur imus **L** (exfertur **V U**) efferimus **M** effertur funus *ς* | concisum *om.* **P** || **4** impositast **AHVOP** inp- **E** posita **UR***ς* *Rom* || **6** et est et **AE** et est **HKL** || **7** cum **LN**[v] quam **M** quom *ς* *Ellendt* etiam **N** quando *Rom* || **8** aptius *Pol*.[1] || **9** est **MUR** *om.* **VOP** *secl. Courbaud* | si **M** *(pr. Meister 37)* si sic **L** | constituitur **C** *suspectum Wilkinsio* consistitur *Vict. Lamb Ernesti Richard* | ac **C** ut **R** || **10** aperta **K** | narrationem **L** rationem **MK** || **11** cetera **K** *editores* ceteras **C** | ceteras orationis partes *Rom Lamb* | sed **M** et **L** | in hoc **M** *(cf. Friedrich*[2] *46)* in hac **L** | est *om.* **AEK** || **13** aut[1] **MR** *om.* **VOPU** | in[1] **L** *om.* **MK** | argumentando *Lamb* argumento **C** *Ellendt Friedrich* arguendo *Bake Kayser* | aut in[3] **VO PU** aut **MKR** || **13.14** aut[3] — perorando *secl. Friedrich* | aut in purgando *secl. Lamb* purgando aut *secl. Ellendt Piderit Friedrich Courbaud retinent Klotz Orelli* || **14** et maiore **VOP** maiore et **MK** maiore etiam **UR** *editores* | periculo **VOPU** ridiculo **MKR** || **15** cetera **MR** *(pr. Stangl*[7] *52)* ceterae **VOPU** | quia *om.* **H** || **16** quid **L** quod **M** | id **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **17** occaecat **M** obcaecat **L** excaecat *Lamb*

spicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur. sed quando utendum sit aut non sit narratione, id est consilii. neque enim si nota res est nec dubium quid gestum sit, narrare oportet, nec si adversarius narravit, nisi si refellemus. ac si quando erit narrandum, ne illa, quae suspicionem et crimen efficient contraque nos erunt, acriter persequamur, et quicquid potuerit, detrahamus; ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causae noceamus, accidat. nam ad summam totius causae pertinet, caute an contra demonstrata res sit, quod omnis orationis reliquae fons est narratio. 81 330

Sequitur ut causa ponatur, in quo videndum est, quid in controversiam veniat. tum suggerenda sunt firmamenta causae coniuncte et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. namque una in causis ratio quaedam est eius orationis, quae ad probandam argumentationem valet. ea autem et confirmationem et reprehensionem quaerit; sed quia neque reprehendi quae contra dicuntur possunt, nisi tua confirmes, neque haec confirmari, nisi illa repre- 331

2–4 sed – opportet **K** *§ 440 (p. 495 Schw.)* | *ad § 330 cf. de inv. 1, 30* || **13** ponatur: *cf. §§ 132sqq. 163sqq.* || **15** *part. or. 122* in confirmandis autem nostris argumentationibus infirmandisque contrariis || **16–18** una – quaeret *(sic)* **K** *§ 441 (p. 495 Schw.)* || **17. 18** *part. or. 33* quae – in confirmationem et reprehensionem dividuntur *(cf. etiam part. or. 44)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** vitatis **E** | conservato **C** servato *Iul. Vict. Bake* || **4** nec dubium **MKN** nec si dubium sit **VOPUN**ᵛ nec dubium sit **R** nec si non dubium sit ς *edd. vett.* nec si non dubium *Ernesti* | narrare **MK** narrari **L** || **5** nisi si **L** nisi **M** || **6** ne **C** nec **P**ς *Kayser Wilkins Friedrich* ⟨videndum⟩ ne *Lamb* || **7** persequamur **C** -emur ς *Wilkins* || **8** potuerit **M** *Friedrich Cima Wilkins* poterit **L** *Ellendt Piderit Kayser Courbaud* | detrahamus **C** -emus ς *Wilkins Kayser Sorof* || **9** fiet **U**[1] (*corr.* **U**[2]) || **10** ut causae **L** causae **M** *inde* causae ut ς || **11** demonstrata res sit quod **L** demonstra res si quod **AE** demonstraris *(sp. vac. 4 litt.)* si quod **H** || **13** sequitur **L** sequatur **M** || **14** tunc *Rom* || **15** coniuncte **C** coniuncte (a *supra* e) **V** coniuncta *Rom* | tuis confirmandis **VOPU** *(pr. Meister 43)* tuis argumentis confirmandis **R**ς tuis alienis confirmandis **M** || **17** probandum **R** || **18** quaerit **L** -et **M** || **20** tua **L** tu ea **M**

hendas, idcirco haec et natura et utilitate et tractatione
332 coniuncta sunt. omnia autem concludenda plerumque rebus augendis vel inflammando ⟨sunt⟩ iudice vel mitigando; omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime extremo ad mentes iudicum quam maxime per- 5 movendas et ad utilitatem nostram vocandas conferenda sunt.

333 Neque sane iam causa videtur esse cur secernamus ea praecepta, quae de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus. sunt enim pleraque communia; sed tamen sua- 10 dere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi videtur esse personae. nam et sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus et honesti et diserti, ut mente providere, auctoritate probare, oratione persuadere possis.

82 Atque haec in senatu minore apparatu agenda sunt; 15 sapiens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus; vitanda etiam ingenii ostentationis suspi-
334 cio. contio capit omnem vim orationis et gravitatem varietatemque desiderat. ergo in suadendo nihil est optabi-

7 *ad §§ 333–340 Barwick*^{1} *65*

2 sqq. *cf. Arist. rhet. 3, 19, 1; Cic. de or. 1, 143; 3, 104* || **8–14** neque – possis **K** *§ 441 (p. 495 Schw.)* || **16** *Quint. 3, 8, 2* si consilium contingat semper bonorum atque sapientium || **19** sq. *Quint. 3, 8, 1* Ciceronis sententia qui hoc materiae genus dignitate maxime contineri putat

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** tractatione **AE**^{2}**VOPU** tractatio **E**^{1} contractione **H** tractione **R** || **2** concludenda ⟨sunt⟩ **R** *Wilkins* | ⟨vel⟩ rebus *Sutton* rebus *om.* **R** || **3** agendis ς | vel *post* rebus *transponi mavult Reid* | inflammando ⟨sunt⟩ *Stangl*^{1} *36* inflammando **HL** inflammandos **AEK** | iudices **R**ς || **4** omniaque **AHP** omnia quae **EKVOU** omnia **R** || **5** extremo — maxime **L** *om.* **M** || **6.7** conferenda sunt **L** conferendas **M** || **9** aut laudationibus *secl. Kayser* || **11** aliquid aut disuadere **MUR** *om.* **VOP** (*suppl.* **O**^{2}) | gravissimae **AV** -umae **H** -ime **EKOPUR** || **11.12** mihi videtur esse personae **L** *(pr. Stangl*^{12} *propter clausulam)* mihi personae videntur esse **M** mihi esse personae videtur ς *Ellendt* mihi personae videtur esse *Kayser* || **14** possis **MKR** -it **VOPU** || **16** est *om.* **P** | est enim *Schuetz* | relinquendus **L** ac linquendi **M** ac loquendi ς || **17** vitanda **HL** vitandae **AE** vitanda est **R** *(pr. Stroebel)* | ingenii **HL** -iis **AE** | ostentationis **MR** ostentationisque **VOPU** || **18** cupit **R**

lius quam dignitas. nam qui utilitatem petit, non quid maxime velit suasor, sed quid interdum magis sequatur videt. nemo est enim, praesertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem; sed vincit (5) utilitas plerumque, cum subest ille timor, ea neglecta ne dignitatem quidem posse retineri. (335) controversia autem inter hominum sententias aut in illo est utrum sit utilius, aut etiam, cum id convenit, certatur, utrum honestati potius an utilitati consulendum sit. quae quia pugnare saepe (10) inter se videntur, qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiae [pecuniae] vectigalium, praesidii militum, [utilitates] ceterarum rerum, quarum fructum utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum. qui ad dignitatem impellit, maiorum exempla, (15) quae erunt vel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit; utilitatem ex laude nasci defendet semperque eam cum dignitate esse coniunctam. (336) sed quid fieri possit aut non possit quidque etiam sit necesse aut non sit, in utraque re maxime est quaerendum. (20) inciditur enim omnis iam deliberatio, si intellegitur non

14 maiorum exempla: *Plumpe 29–32*

4.5 *off. 3,19* vicit ergo utilitas honestatem? ‖ **17** sqq. *Arist. rhet. 1, 4, 2 (1359a 32) part. or. 83*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** petit **MV**^{m}**O**^{al}**N** *(pr. Friedrich*^{2} *46)* putant **V**^{v}**O**^{1}**PURN**^{v} putat ς**V**^{2} *Sorof* expetit *Reid* ‖ **2** quid interdum **CN**^{v} quo minime **N** ‖ **3** vident **R** | in tam **L** in **M** *Friedrich* tam in *Stangl*^{7} *55* ‖ **4** quin putet **MUR** quin imputet **V** quin imputet **OP** | expetendam **VOPR** expetendum **U** expectandam **M** ‖ **6** tueri **R** | aut *Rom* ‖ **7** in illo est **L** in illo **M** est in illo *Klotz Friedrich* ‖ **8** cum id **L** quid **M** | convenit **MR** -iat **VOPU** ‖ **9.10** saepe inter se **VOPU** *(pr. Meister 72 propter clausulam)* inter se saepe **MR** ‖ **10** utilitatem **L** aequitatem **M** | defendit **C** *Ellendt Friedrich Bornecque* -et *Ald Man Sorof Wilkins Cima om.* **R** ‖ **11** pecuniae **L** *om.* **M** *secl. Schuetz quem omnes secuti sunt* ‖ **12** utilitates **C** -atis **V** *del. Man Lamb quos omnes secuti sunt* | ceterarumque *duo codd. Steph* ‖ **13** metimur **EL** metimus **AH**^{m} metiamur **H** | itaque **R** ‖ **14** impellit **M** *Ellendt Friedrich* -et **L** *Wilkins Cima Bornecque* | **15** erunt **AL** erum **E** er̃ **H** erant *Reid* | quae gloriosa *secl. Kayser* ‖ **17** coniuncta **E** ‖ **18** aut non possit **L** *om.* **M** ‖ **18.19** quidque *u. ad* non sit *secl. Courbaud* ‖ **20** omnis iam **L** omnis **M** iam *secl. Kayser alii* iam omnis *Stangl*^{7} *55*

posse fieri aut si necessitas adfertur; et qui id docuit, non
337 videntibus aliis, is plurimum vidit. ad consilium autem de
re publica dandum caput est nosse rem publicam; ad
dicendum vero probabiliter nosse mores civitatis; qui
quia crebro mutantur, genus quoque orationis est saepe 5
mutandum. et quamquam una fere vis est eloquentiae,
tamen, quia summa dignitas est populi, gravissima causa
rei publicae, maximi motus multitudinis, genus quoque
dicendi grandius quoddam et inlustrius esse adhibendum
videtur; maximaque pars orationis admovenda est ad 10
animorum motus nonnumquam aut cohortatione aut
commemoratione aliqua aut in spem aut in metum aut ad
cupiditatem aut ad gloriam concitandos, saepe etiam a
temeritate, iracundia, spe, iniuria, invidia, crudelitate
83 338 revocandos. fit autem ut, quia maxima quasi oratoris 15
scaena videatur contionis, natura ipsa ad ornatius dicendi
genus excitemur. habet enim multitudo vim quandam
talem, ut, quem ad modum tibicen sine tibiis canere, sic
orator nisi multitudine audiente eloquens esse non possit.
339 et cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est 20
adclamatio adversa populi; quae aut orationis peccato
aliquo excitatur, si aspere, si adroganter, si turpiter, si

3 nosse rem publicam: *Arist. Rhet. 1, 8, 1 (1365b 22); ad l. alludit Quint. 3, 8, 14* || **16** *Lael. 97* in scaena id est in contione || **18** sq. quem ad modum tibicen: *cf. Brutus 192*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** aut si – adfertur *secl. Havet* | et **M** ei **L** || **2** vidit **L**(**R**[v]) -et **M** || **4** qui **AL** *om.* **HE** || **5** quoque *om.* **V** || **6** est **MO** est ⟨saepe⟩ **VO**[2]**PUR** || **7** tamen *om.* **E** || **10** maximaque **MR** maximeque **VOPU** || **12** aut in spem aut in metum **L** aut in spe aut metum **A** aut in spe aut metu **E** aut spe aut metu **H** || **13** in cupiditatem **U**[1] (*corr.* **U**[2]) | concitando **E** || **13.14** etiam a temeritate **L** etiam eritate **M** | saepe **R** || **15** revocandus **H** | quasi oratoris **MR** quasi oratori **VOPU** *Richard* oratori quasi *Kayser* || **16** videtur *Kayser* | contionis **MOP** *Ellendt Friedrich Courbaud* contionis in is **V**[v] contio in his **R** contio **U** *Ald Iunt Lamb Gruter* commotio **R**[m] contio contionis *Heusinger Schuetz* contio, is *Mueller* contio esse *Kayser Harnecker Sorof Cima* contio nobis *dubitanter Stroux*[3] contionis esse *Wilkins locus videtur esse corruptus* || **17** excitemur **MO**[m-1] excitetur **L** || **19** nisi **L** sine **M**

sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videtur, aut hominum offensione vel invidia, quae aut iusta est aut ex criminatione atque fama, aut res si displicet, aut si est in aliquo motu suae cupiditatis aut metus multitudo.
5 his quattuor causis totidem medicinae opponuntur: tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio, quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos; tum deprecatio, quod est infirmum, sed nonnumquam utile.
nullo autem loco plus facetiae prosunt et celeritas et breve 340
10 aliquod dictum nec sine dignitate et cum lepore. nihil enim tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode et breviter et acute et hilare dicto deducitur.

Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere cau- 84
15 sarum quae sequi solerem, quae fugere, quae spectare, qua omnino in causis ratione versari. nec illud tertium 341 laudationum genus est difficile, quod ego initio quasi a praeceptis nostris secreveram; sed et quia multa sunt orationum genera et graviora et maioris copiae, de quibus
20 nemo fere praeciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus, totum hunc segregabam locum. ipsi enim Graeci magis legendi et delectationis aut homi-

16 *ad §§ 341–349 Kroll[3] 1130; Barwick[1] 65* | *de § 341 Durry 106–110; Guillemin[1] 223sq.*

17 initio: *§ 47* || **18** secreveram: *§ 333*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** si quoquo **L** *Orelli Klotz Richard* si quom **AH** si cum **E** si quo *Lamb* | aliquid **L** aliquod **M** | videtur **M** videatur **L** || **2** vel **C** aut **U** | est **VOPU** *om.* **MR** || **3** re **V** || **6** lenior **C** levior **E** || **7** provisio **R** | perroboraturos *Pol* [1] || **8** infirmum **MR** *(cf. Rosc. com. 6)* infimum **VOPU** *Klotz Kayser Sorof Firmani* || **9** autem **MU** *om.* **VOPR** | plus **L** *om.* **M** *secl. Stangl[7] 55* | et[2] **L** ad **M** ac *Friedrich* || **11** multitudo **MPUR** multitudo quae **VO**[m. 1] | a **HL** ab **H**[m] ad **AE** | ab **MR** *om.* **VOPU** || **12** et[1] **MR** ac **VOPU** | acuto **H** | ad hilaritatem **R** || **15** spectare **AE** expectare **HL** || **16** qua **M** *Friedrich Bornecque* quaque **L** *Ellendt Wilkins Cima* quaeque **P** | nec *secl. Kayser* || **17** laudationum **C** -is **E**ς *Rom Kayser* || **18** sed *secl. Kayser* | et *om.* **P** esset *Pearce alii* || **19** et graviora **MU** *om.* **VOPR**[V] | maioris **MU** -es **VOPR** || **20** praeciperet **MVO**[1]**PUN**[V] *(cf. Lebreton, 250sqq.)* praeceperat **O**[2 mal]**RN** || **21** solemus *Mueller* | totum – locum *secl. Kayser* || **22** legendi qui magis aut delectationis **R** | et *secl. Schuetz* | delectationi ut **E**

nis alicuius ornandi quam utilitatis huius forensis causa laudationes scriptitaverunt; quorum sunt libri, quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander aliique laudantur; nostrae laudationes, quibus in foro utimur, aut testimoni brevitatem habent 5 nudam atque inornatam aut scribuntur ad funebrem contionem, quae ad orationis laudem minime adcommodata est. sed tamen, quoniam est utendum aliquando, nonnumquam etiam scribendum, vel ut Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius, vel ut 10 nosmet ipsi ornandi causa Graecorum more, si quos velimus, laudare possimus, sit a nobis quoque tractatus hic 342 locus. perspicuum est igitur alia esse in homine optanda, alia laudanda. genus, forma, vires, opes, divitiae ceteraque quae fortuna det aut extrinsecus aut corpori, non habent 15 in se veram laudem, quae deberi virtuti uni putatur; sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda in laudationibus etiam haec sunt naturae et fortunae bona, in quibus est summa laus: non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem 20 in pecunia, non se praetulisse aliis propter abundantiam fortunae, ut opes et copiae non superbiae videantur ac

13 *de §§ 342–349 Solmsen*[1] *176* | *de § 342 Kroll*[1] *593; Riposati*[1] *208–211*

13 *ad §§ 342–349 cf. Rhet. ad Her. 3, 2–15. De inv. 2, 157* u. ad *178. Quint. 3, 7 sqq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** huius *om.* **R** || **2** laudationes **L** -is **M** | scriptitarunt **R** || **4** aliique **HL** alii qui **AE** | laudationes **L** -is **M** || **6** inscribuntur *Rom* | funebrem orationem contionem **U** || **8** quoniam est utendum **L** quoniam studendum **M** || **9** vel ut *Lamb*[mrep] velut **C** || **10** laudatio **E** | vel ut **A** velut **HEL** || **12** possumus *Rom Lamb Kayser* | quoque tractatus **MR** quoque tractatus etiam **VOPU** | hic **MR** is ς *Rom Ernesti* || **14.15** ceteraque quae **L** quaeque **M** *Friedrich* cetera quae ς *Steph Lamb Wilkins* || **15** det **C** dat *Schuetz* | corpori **L** *editores* -e **M** *def. Stroebel 11 collato 2, 46* || **16** deberi **MURO**[al'] dederit **VOP** | putatur **MR**[2] *(pr. Meister 40)* laus putatur **L** || **18** etiam in laudationibus *Ernesti* || **20** se **L** *om.* **M** | insolem **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **21** praetulisse *post* abundantiam *transp. Havet* | abundantia **O**

lubidini, sed bonitati et moderationi facultatem et ma-
teriam dedisse. virtus autem, quae est per se ipsa lauda- 343
bilis et sine qua nihil laudari potest, tamen habet pluris
partis, quarum alia est ⟨alia⟩ ad laudationem aptior. sunt
5 enim aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum et
quadam comitate ac beneficentia positae; aliae, quae in
ingenii aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore.
nam clementia, iustitia, benignitas, fides, fortitudo in peri-
culis communibus iucunda est auditu in laudationibus;
10 omnes enim hae virtutes non ipsis tam, qui eas habent, 344
quam generi hominum fructuosae putantur. sapientia et
magnitudo animi, qua omnes res humanae tenues ac pro
nihilo putantur, et in excogitando vis quaedam ingenii
et ipsa eloquentia admirationis habet non minus, iucun-
15 ditatis minus; ipsos enim magis videntur, quos laudamus,
quam illos, apud quos laudamus, ornare ac tueri. sed
tamen in laudando iungenda sunt etiam haec genera vir-
tutum; ferunt enim aures hominum cum illa, quae iucun-
da et grata, tum etiam illa, quae mirabilia sunt in virtute,
20 laudari. et quoniam singularum virtutum sunt certa 85 345
quaedam officia ac munera et sua cuique virtuti laus
propria debetur, erit explicandum in laude iustitiae, quid
cum fide, quid cum aequabilitate, quid cum eius modi

2 *ad § 343 Michel 237. 291* || **12** magnitudo animi: *Knoche 49 sqq.; Liebers 79. 83* || **20** *ad § 345 Michel 292*

4 partis: *Arist. Rhet. 1, 9, 3 (1366b 1): μέρη δὲ ἀρετῆς*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** et^{1} **M** *(pr. Stroebel 64)* ac **L** | materiam **MU** *(cf. Phil. 11, 21)* -em **L**(**U**^{2}) || **2** se *om.* **E** || **3** laudari **L** audiri **M** || **4** alia *ins. Man (cf. 3, 55)* || **5** et **L** *om.* **M** || **6** ac **MVO**^{v}**UR** et **OP** | quae **C** *del. Harnecker* | in **VOU** *om.* **MPR** || **9** iucunda est **L** iudicandast **A** iudicanda est **E** iocunda est **U** iucunda sunt *dubitanter Wilkins* || **10** virtutes **L** -is **M** | ipsis tam **M** tam ipsis **L** | qui eas habent **L** que ea est habent **M** qui eas in se habent *Rom Ernesti* || **11** perfructuose **P**^{2} || **12** tenues **M** geruntur tenues **L** cernuntur tenues *Mueller* | pro **L** prope **M** prope pro *Lamb* || **14** habent *Kayser Stroebel Cima* | non minus **C**(**R**^{v}) non multum *Pol*^{al} | iocunditates **E** || **15** videntur **M** *(pr. Stroebel 34 Stangl*^{1} *36)* videtur **L** *Courbaud* videmur ς || **16** quam—laudamus **OPUR** *om.* **MV** || **17** in **L** *om.* **M** || **18** ferunt **MVOPUR**^{v} feriunt **V**^{m}**R** || **20** sunt *om.* **R** || **23** aequalitate **R**

aliquo officio is qui laudabitur fecerit; itemque in ceteris res
gestae ad cuiusque virtutis genus et vim et nomen accom-
346 modabuntur. gratissima autem laus eorum factorum ha-
betur, quae suscepta videntur a viris fortibus sine emo-
lumento ac praemio; quae vero etiam cum labore ac 5
periculo ipsorum, haec habent uberrimam copiam ad lau-
dandum, quod et dici ornatissime possunt et audiri facil-
lime. ea enim denique virtus esse videtur praestantis viri,
quae est fructuosa aliis, ipsi aut laboriosa aut periculosa
aut certe gratuita. magna etiam illa laus et admirabilis 10
videri solet tulisse casus sapienter adversos, non fractum
347 esse Fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. neque
tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis
praemia, res gestae iudiciis hominum comprobatae; in
quibus etiam felicitatem ipsam deorum immortalium iu- 15
dicio tribui laudationis est. sumendae autem res erunt
aut magnitudine praestabiles aut novitate primae aut
genere ipso singulares. neque enim parvae neque usitatae
neque volgares admiratione aut omnino laude dignae vi-
348 deri solent. est etiam cum ceteris praestantibus viris com- 20
paratio in laudatione praeclara. de quo genere libitum
mihi est paulo plura quam ostenderam dicere, non tam
propter usum forensem, qui est a me in omni hoc sermone
tractatus, quam ut hoc videretis, si laudationes essent in
oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutum om- 25
nium cognitionem, sine qua laudatio effici non possit, esse

2sq. *part. or. 82* tum quae quisque senserit dixerit gesserit ad ea quae proposita sunt virtutum genera accomodabuntur

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 fecerit **L** *(pr. Stroebel 9)* gerit **M** gesserit ς *Ellendt* || 2 ad cuiusque **HL**(**O**^{v}) ad quoiusque **A** aliquo usque **E** alicuiusque **O** ad cuius ς *Rom* || 4 suspecta **R** || 5 praemio **C** periculo ς | ac **M** et **L** || 7 potest **R** | audi **E**^{1} (*corr.* **E**^{2}) || 9 aut^{1} **C** autem *Piderit* | aut^{2} **C** ac **R** || 10 illa *om.* **PR** || 11 patienter *Lamb* || 12 verbis *Rom* || 13 virtuti *Lag 20 Lamb* || 19 laude dignae **C** laudari **R** || 20 etiam **C** enim **R**ς | viris **L** viribus **M** | comparatio **VOPU** comprobatio **MR** || 21—p. 253, 1 de quo — necessariam *secl. Bake* || 22 mihi est **C** est mihi **R** *Piderit* | ostenderam **MU** -erem **VOPR** | tam *om.* **E** || 26 non *om.* **E** | posset *Sorof (at cf. Lebreton 261)*

necessariam. iam vituperandi praecepta contrariis ex vi- 349
tiis sumenda esse perspicuum est; simul est illud ante
oculos, nec bonum virum proprie et copiose laudari sine
virtutum, nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum
5 cognitione satis insignite atque aspere posse. atque his
locis et laudandi et vituperandi saepe nobis est utendum
in omni genere causarum.

Habetis de inveniendis rebus disponendisque quid sen- 350
tiam. adiungam etiam de memoria, ut labore Crassum
10 levem neque ei quicquam aliud, de quo disserat, relin-
quam nisi ea, quibus haec exornentur". „perge vero" in- 86
quit Crassus. „libenter enim te, cognitum iam artificem
aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis
tuae nudatumque perspicio; et quod mihi nihil aut quod
15 non multum relinquis, percommode facis estque mihi
gratum." „iam istuc quantum tibi ego reliquerim" in- 351
quit Antonius „erit in tua potestate. si enim vere agere
volueris, omnia tibi relinquo; sin dissimulare, tu, quem
ad modum his satis facias, videris. sed, ut ad rem redeam,
20 non sum tanto ego" inquit „ingenio, quanto Themistocles
fuit, ut oblivionis artem quam memoriae malim; gra-
tiamque habeo Simonidi illi Cio, quem primum ferunt

1 *ad § 349 Michel 250* || **8** *de §§ 350–360 Kroll[3] 1097 sq.*

4.5 nec improbum – posse *Non. 130, 22* (*propter* insignite) ||
8 *ad § 350–360 cf. Rhet. ad Her. 3, 28–40 Quint. 11, 2* || **20** The-
mistocles: *§ 299*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **2** inest **R** || **4** sine *om. Non* || **5** his **L**
iis **M** insignite **C** *Non* -ter *Rom edd. vett.* | atque aspere *om. Non* ||
8 inveniendisque **E** || **10** ei **C** enim **R** | desiderat **E**[1] (*corr.* **E**[1]) ||
11 nisi **L** ni **M** (*post* ni *sp. vac. 2 litt.* **H**) | quibus **M** *(pr. Meister 40)*
quibus rebus **L** | adornentur *Rom* || **13** aliquandoque **C** (*post* al. *duae
litt. erasae* **H**) iam aliquando ς aliquando *Rom (pr. Madvig 186
Sorof Courbaud)* | evolutum **E**[1] **PUR**[v] evolatum **AHV** evelatum
O[mal'] *Pol*[al] **R** involutum **O** | integumentis **L** integmentis **M** ||
14 nudatumque perspicio **L** nucleatumque p. **P** nudatum deper-
spicio **M** | quod **L** *Ellendt Cima om.* **M** *secl. Kayser Friedrich* ||
15 mihi **C** mi *Stangl*[12] || **16** gratum Antonius quantum **E**[1] | iam
istuc *om.* **E**[1] (*suppl.* **E**[2]) istuc **MR** istud **VOPU** || **17** vere me agere
Sutton || **20** ego **C** *om.* ς *Rom* || **21** ut **L** *om.* **M** | memoriae **L** *om.* **M** ||
22 Cio *Victorius de nat. deorum 1, 118 Ald. ceteri* Chio **C** Ceo *Lamb
Ellendt*

352 artem memoriae protulisse. dicunt enim, cum cenaret Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum 5 sordide Simonidi dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis Tynda-
353 ridis, quos aeque laudasset, peteret, si ei videretur. paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret; iuvenes stare ad ianuam duo quosdam, qui eum magno opere vo- 10 carent; surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum cum cognatis oppressum suis interisse. quos cum humare vellent sui neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, 15 quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator unius cuiusque sepeliendi fuisse. hac tum re admonitus invenisse fertur ordinem esse maxime, qui
354 memoriae lumen adferret. itaque iis, qui hanc partem ingenii exercerent, locos esse capiendos et ea, quae memo- 20 ria tenere vellent, effingenda animo atque in iis locis conlocanda: sic fore, ut ordinem rerum locorum ordo conservaret, res autem ipsas rerum effigies notaret atque

1 *de §§ 352 sq. Agostino 125–127*

1 *Quint. 11, 2, 14* an Cranone, ut Apollas Callimachius, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** Crannone ς Grannone **C** || **3. 4** in eum **C** primum *Pol*[al] || **6** ei **C** *om.* ς *Lamb* || **9** ferunt ⟨esse⟩ **E** || **10** duo **M** duos **L** | magno opere *scripsi* magnopere **C** | vocarent **MOPR** *(pr. Friedrich*[2] *46)* evocarent **VU**ς *Ellendt* || **11** illum **M** *(pr. Meister 40)* illum ipsum **L** | prodiisse *Ald.* || **12** spatio tum **U** || **13** ea ruina **OPUR** et ruina **V** earum **M** | eum ipsum **R** | cum cognatis oppressum suis **MR** cum cognatis *om.* **VOP** *secl. Meister 45* oppressum cum suis **VOP** oppressum cum cognatis suis **U** suis *del. Kayser* cum convivis o. s. *Thormeyer De Valerio Maximo et Cicerone quaestiones selectae Göttingen 1912* || **16** demonstrator **M** -orem **L** || **17** ac **E** || **18** ferunt **V** || **20** exercerent **M** exercent **L** || **21** vellent **MN** velint **LN**[v] || **23** servaret ς *Rom* | effigies **L** effigie **M**

ut locis pro cera, simulacris pro litteris uteremur. qui sit 87 355
autem oratori memoriae fructus, quanta utilitas, quanta
vis, quid me attinet dicere? tenere quae didiceris in acci-
pienda causa, quae ipse cogitaris? omnis fixas esse in ani-
5 mo sententias? omnem discriptum verborum apparatum?
ita audire vel eum, unde discas, vel eum, cui responden-
dum sit, ut illi non infundere in auris tuas orationem, sed
in animo videantur inscribere? itaque soli qui memoria
vigent, sciunt, quid et quatenus et quomodo dicturi sint,
10 quid responderint, quid supersit; eidemque multa ex aliis
causis aliquando a se acta, multa ab aliis audita memi-
nerunt. quare confiteor equidem huius boni naturam esse 356
principem – sicut earum rerum, de quibus ante locutus
sum, omnium; sed haec ars tota dicendi, sive artis imago
15 quaedam est et similitudo, habet hanc vim, non ut totum
aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et
procreet, verum ut ea, quae sunt orta iam in nobis et pro-
creata, educet atque confirmet –, verum tamen neque tam 357
acri memoria fere quisquam est, ut non dispositis no-
20 tatisque rebus ordinem verborum aut nominum aut sen-
tentiarum complectatur, neque vero tam hebeti, ut nihil
hac consuetudine et exercitatione adiuvetur. vidit enim
hoc prudenter sive Simonides sive alius quis invenit, ea
maxime animis effingi nostris, quae essent a sensu tradita

1 sq. ut — utamur *(sic) Quint. 11, 2, 21 cf. Rhet. ad. Her. 3, 70; part. or. 26* || **13** *cf. Quint. 11, 2, 1*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** uteremur **C** utamur *Quint* | qui **C** quid **P** quis ς | si **U** || **3** tenere enim quae **V** || **4** omnis **M** -es **L** || **5** discriptum **VU** descriptum **OPR** scriptum **M** || **6** vel[1] **VOPU** *(cf. Stroebel 15)* velle **MR** | discas **MU** dicas **VOPR**[v] | cui ⟨ex contrario⟩ resp. **P**[al'] **R**ς || **7** ut **L** vel **M** velut ς || **8** videantur **C** videatur **R** videaris *aut* videamur ς | soli ii qui *Rom* || **10** quid[1] **M** cui **L** quid cui *Lott* | eidemque **M** eidem quae **E** idemque **VOPU** iidemque **R** || **15** est et similitudo **L** et similitudo est **M** || **16** in *Lag 32 Rom alii om.* **C** | sit **L** *om.* **M** | pariat **L** -et **M** || **16.17** et procreet **C** et gignat **N**[m] ς || **20** aut nominum *Kumaniecki*[2] *(collato Rhet. ad Her. 3, 33)* aut hominum **M** *om.* **L** *del. edd.* omnium *Stangl*[1] *36* | atque sententiarum ς *Rom Lamb* || **22** hac **C** a ς *Rom* || **23** quis **C** quisquis **O** || **24** effingi **C** *(pr. Wilkins ad l.)* affigi *cod. Harleianus Pearcii Lag 17 Asc. Crat. pleraeque editiones* effugi *Lag 32* infigi *Reid*

atque impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi; quare facillime animo teneri posse, si ea, quae perciperentur auribus aut cogitatione, etiam oculorum commendatione animis traderentur; ut res caecas et ab aspectus iudicio remotas con- 5 formatio quaedam et imago et figura ita notaret, ut ea, quae cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi 358 teneremus. his autem formis atque corporibus, sicut omnibus, quae sub aspectum veniunt, sede opus est; etenim corpus intellegi sine loco non potest. quare, ne in re nota 10 et pervolgata multus et insolens sim, locis est utendum multis, inlustribus, explicatis, modicis intervallis, imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis, quae ocurrere celeriter, quae percutere animum possint. quam facultatem et exercitatio dabit, ex qua consuetudo gignitur, 15 ⟨et⟩ similium verborum conversa et inmutata casibus aut

10 sq. *Becker 19*

11—14 locis — possint *Quint. 11, 2, 22* || **12** modicis intervallis: *Rhet. ad Her. 3, 32*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** tenere **P** || **3** si ea **MR** ea **VOPU** | preciperentur **R** percipientur ς || **4** etiam **M** si etiam **L** | oculorum commendatione **L** c̄omene oculorum **AHE**^{1} cum mente oculorum **E**^{2} commendatione oculorum *Friedrich Wilkins Courbaud* || **5** ab aspectus iudicio **L** et aspectu *(sp. vac. 1 litt.)* iudicio **AH** et aspectus iudicio **E**^{1} sed aspectus iudicio **E**^{2} et aspectu *(ceteris deletis) Friedrich Firmani* indicio *Madvig 186* | confirmatio **P**^{1} (*corr.* **P**^{2}) **U** || **7** quae *om.* **V** | vix **C** *(pr. Stroebel 34)* non *Gruter Ernesti* | possumus *Richard* || **8** omnibus **M** omnibus rebus **L** || **9** *post* veniunt *sp. vac. 3 litt.* **AH** *post* veniunt *addita leguntur haec* memoria nostra admonetur atque excitatur, sed locis opus est **V**^{m} **O**$^{al'}$ **P**^{m} (admovetur **O**^{m} **P**^{m}) *quae omnia utpote interpolata secl. Sorof. Kayser alii* | sede ς sed **M** sedes **V**^{v} **OPU** sed locis **V**^{m} **O**^{al} **P**^{m} **R** || **10** sine ⟨hoc⟩ loco *Rom* || **13** agentibus **C** *Quint* ingentibus ς *Rom* vigentibus ς | acribus **C** *Quint* acriter *Rom* | occurrere **C** occurre **R** recurrere ς || **14** celeriter quae **VOPU** *(pr. Stangl*^{12} *collatis 2, 104; 2, 130; 2, 132 Sest. 17)* celeriterque **MR** *Quint* celeriter occurrere et *Lamb* | animum fortiter possint *Havet Courbaud at cf. Guillemin REL 6 (1928) 342* || **15** et *secl. Kayser* || **16** et^1 *add. Gruter om.* **C** | conversa **MN** conserva **V**^{v} **O** conservata **V**^{1m} **O**^{al} **PURN**^{v} servata *Victorius* || **16**—p. 257, 1 aut ex **P**

traducta ex parte ad genus notatio et unius verbi imagine totius sententiae informatio, pictoris cuiusdam summi ratione et modo formarum varietate locos distinguentis. sed verborum memoria, quae minus est nobis necessaria, 88 359
5 maiore imaginum varietate distinguitur. multa enim sunt verba, quae quasi articuli conectunt membra orationis, quae formari similitudine nulla possunt; eorum fingendae sunt nobis imagines, quibus semper utamur. rerum memoria propria est oratoris; eam singulis personis bene
10 positis notare possumus, ut sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus. neque verum est, quod ab 360 inertibus dicitur opprimi memoriam imaginum pondere et obscurari etiam id, quod per se natura tenere potuisset. vidi enim ego summos homines et divina prope memoria,
15 Athenis Charmadam, in Asia, quem vivere hodie aiunt Scepsium Metrodorum, quorum uterque, tamquam litteris in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quae meminisse vellet, perscribere. quare hac exercitatione non eruenda memoria est, si est nulla naturalis;
20 sed certe, si latet, evocanda est.

Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non 361 impudentis! illud quidem certe, non nimis verecundi; qui quidem cum te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente,

11 *ad § 360 Michel 420* || **21** sq. *Becker 18*

4 *ad § 359 cf. Rhet. ad Her. 3, 39* || **14** sqq. *Tusc. 1, 59 Quint. 11, 2, 26* qua re et Charmadas et Scepsius ... Metrodorus quos Cicero dicit usos hac exercitatione

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** imagine **L** -em **M** || **2** informatio **MURN** infirmatio **VOPN**[v] | pictoris **L** pectoris **M** | summi **VOPU** -a **MR** || **5** maiore **L** -um **M** | muta *Bake* || **7** nulla possunt eorum **VOPU** eorum nulla possunt **MR** || **8** sunt nobis **M** nobis sunt **L** || **9** memoriae **P** || **10** possumus **L** -imus **M** *Friedrich* || **13** natura **M** natura ipsa **L** (ipsa natura ipsa **P**[1]) || **14** enim ego **M** ego enim **VOPU** *(cf. Meister 74)* enim **R** || **15** Charmadam **C**(**R**[v]) Carniadam **P** || **16** Scepsium ς Sceptium **MVOU** sceptum **PR** | litteris **L** in litteris **M** || **17** aiebat **L** alebat **M** | haberet **L** habere **M** || **19** ulla ς || **22** impudentis **L** inprudentis **M** | illud quidem **C** illud quid est **E** illum quidem *Mueller* quidem *del. Schuetz* illud quidem *del. Ernesti* | non nimis **C**(**O**[v]) non minus **O**[1] **U** || **23** cum **C** tum *Ernesti* | etiam *om.* **E**[1]

de dicendi ratione tam multa dixerim; nam istorum aetas minus me fortasse movere debuit. sed mihi ignoscetis profecto, si modo, quae causa me nunc ad hanc insolitam
89 362 mihi loquacitatem impulerit, acceperitis". „nos vero" inquit Catulus – „etenim pro me hoc et pro meo fratre 5 respondeo – non modo tibi ignoscimus sed te diligimus magnamque tibi habemus gratiam; et cum humanitatem et facilitatem agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam et copiam. equidem etiam hoc me adsecutum puto, quod magno sum levatus errore et illa 10 admiratione liberatus, quod multis cum aliis semper admirari solebam, unde esset illa tanta tua in causis divinitas. nec enim te ista attigisse arbitrabar, quae diligentissime cognosse et undique collegisse usuque doctum
363 partim conrexisse video, partim comprobasse. neque eo 15 minus eloquentiam tuam et multo magis virtutem et diligentiam admiror, et simul gaudeo iudicium animi mei comprobari, quod semper statui neminem sapientiae laudem et eloquentiae sine summo studio et labore et doctrina consequi posse. sed tamen quidnam est id quod dixisti, 20 fore ut tibi ignosceremus, si cognossemus, quae te causa in sermonem impulisset? quae est enim alia causa, nisi quod nobis et horum adulescentium studio qui te attentissime
364 audierunt, morem gerere voluisti?" tum ille „adimere" inquit „omnem recusationem Crasso volui, quem ego 25

19 doctrina *Altevogt 16*

11 admiratione: *§ 59* || **24** morem gerere: *1, 105* || **25**—p. 259, **2** quem ego – fastidiosius *Non. 130, 24* (*propter* invitius)

[**M** = **AHE L**=**VOPUR**] **3** nunc **H** *(pr. Stroebel 68)* non **AER** *om.* **VOPU** *del. Orelli Klotz Kayser Sorof Richard* || **5** etiam **E**[1] (*corr.* **E**[2]) || **6** respondeo **LN**[v] *(pr. Stroebel 5)* spondeo **MN** || **7** humanitatem **L** -ate **M** || **8** et **L** *om.* **M** || **9** etiam **C** *om.* ς || **12** illa *om.* **H** || **14** usque **R** || **15** partim[1] **L** -em **M** | partim[2] **L** -em **M** || **16** et[1] **C** sed *Schuetz* || **18** comprobare (i) **E** || **20** id **L** *Orelli Ellendt Cima Firmani Richard om.* **MP** *secl. Schuetz quem Kayser Friedrich Wilkins Courbaud secuti sunt* || **21** ignoscerem sic **E** | cognossemus **C** -ssem **E** cognosceremus *vel* cognoscemus ς || **22** intulisset *Rom* || **23** adolescentium **E** || **24** voluisti **HVOPR** -is **AEU**

paulo sciebam vel pudentius vel invitius – nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius – ad hoc genus sermonis accedere. quid enim poterit dicere? consularem se hominem et censorium? eadem nostra causa est. an aeta-
5 tem adferet? quadriennio minor est. an se haec nescire? quae ego sero, quae cursim arripui, quae subsicivis operis, ut aiunt, iste a puero, summo studio, summis doctoribus. nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit. etenim me dicentem qui audiret, nemo umquam tam sui despi-
10 ciens fuit, qui desperaret aut melius aut eodem modo se posse dicere; Crasso dicente nemo tam adrogans, qui similiter se umquam dicturum esse confideret. quam ob rem ne frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus".

15 Tum ille „ut ita ista esse concedam" inquit „Antoni, quae sunt longe secus, quid mihi tu tandem hodie aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? dicam enim vere, amicissimi homines, quod sentio. saepe ego [90 365]

8—14 *Becker 31*

1 pudentius: *1, 97* || **5**sq. an se – aiunt *Non. 175, 25* (*propter* subsicivum)

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** paulo **V**[v]**O**[1]**P** *Non* (*pr. Stroux*[2] *136*) paulo ante **MO**[al]**UR** *Wilkins* ante paulo *Adler*[1] *32* | sciebam **C** sentiebam *dubitanter Kayser Sutton* | prudentius **R** | vel[2] *om.* **R** | invitus **U**[1]ς || **3** se **C** *Non* se esse **U**ς esse *secl. Friedrich*[2] *47 ret. Richard* || **5** quadriennio **C** quatriennio **U** qua triennio *Lag 84* triennio *Man* (*coll. Brut. 161*) *an* at triennio *scribendum*? | haec *om. Rom Ernesti* || **6** quae cursim arripui quae *om. Non* | subsicivis **V**[v]**OPR** *Non* subscivis **U** subsicivi **M** successivi **V**[2] substitui **P**[mal]**R**[m]**U**[al]ς || **9** me dicentem **L** dedicentem **M** (*signo* ◡ *supra de posito* **AH**) | audiret **M** *Friedrich Wilkins Cima* audierit **L** *Ellendt Sorof Harnecker Courbaud* | tam sui **L** *om.* **M** sui tam *Stangl*[7] *56* | despiciens **AHR** desipiens **E** disp- **VOPU** || **10** qui desperaret **VOPU** (*pr. Stangl*[7] *29*) quin desperaret **R** quin speraret **M** || **11** qui **L** quin **M** || **13** nec **U** || **14.15** audiam. Crassus tum **E** || **15** ita *om.* **U**[1] | ista **L** *om.* **M** *secl. Kayser* | inquit esse concedam **R** || **16** longe **VOPU** (*cf. Planc. 93; Mur. 31; Balb. 29*) valde **MR** | tu **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii ret. Meister Courbaud Richard* || **17** cuiquam **H**[m]**L** quiquam **M** || **17** dici possit **AHR** possit dici **E** dici posset **VOPU** || **18** ego **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *47*

doctos homines – quid dico saepe? immo nonnumquam; saepe enim qui potui, qui puer in forum venerim nec inde umquam diutius quam quaestor afuerim? – sed tamen audivi, ut heri dicebam, et Athenis cum essem doctissimos viros, et in Asia istum ipsum Scepsium Metrodorum, cum 5 de his ipsis rebus disputaret. neque vero mihi quisquam copiosius umquam visus est neque subtilius in hoc genere dicendi quam iste hodie esse versatus. quod si esset aliter et aliquid intellegerem ab Antonio praetermissum, non essem tam inurbanus ac paene inhumanus, ut in eo gra- 10
366 varer, quod vos cupere sentirem". tum Sulpicius „an ergo" inquit „oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi eius distinctionem atque ornatum relinqueret?" hic ille „primum, quis Antonio permisit" inquit „ut et partes face- 15 ret et utram vellet prior ipse sumeret? deinde, ego si recte intellexi, cum valde libenter audirem, mihi coniuncte est visus de utraque re dicere." „ille vero" inquit Cotta „ornamenta orationis non attigit neque eam laudem, ex qua eloquentia nomen suum invenit". „verba igitur" inquit 20
367 Crassus „mihi reliquit Antonius, rem ipse sumpsit." tum Caesar „si quod difficilius est, id tibi reliquit, est nobis"

2 in forum: *1, 78* || **4** heri: *1, 45* || **12** partitum esse: *§ 163* || **17** coniuncte: *§ 312*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quid **OPUR** quod **MV**^{v} | immo ⟨vero⟩ **UR**ς *Lamb* || **2** qui puer **L** quique **M** | nec **M** neque **L** || **3** afuerim **AH**^{1}**VP** affuerim **H**^{2}**EOU** obfuerim **R** abf- *aut* adf- ς || **5** viros **C** homines *Victorius* | ipsum *om. Victorius* | Scepsium **OPU** Sceptium **MVR** || **6** his **L** iis **M** | mihi quisquam **M** quisquam mihi **L** || **8** docendi *Bake* | esse **MUR** *(pr. Meister 41) om.* **VOP** | alter **E** || **9** ab Antonio praetermissum **M** praetermissum ab Antonio **L** || **10** ac **L** et **M** | ut in eo **MR** *(pr. Friedrich*^{2} *47)* uti eo **VOPU** uti ego **R**^{v} ut ego ς ut ego eo *Lamb* uti in eo *Cima* || **14** ornatum **L** *(pr. Stroebel 16 Meister 61)* exornatum **M** || **15** ut et **L** mei **M** | ut impares *Adler*^{1} *32* | faceret **L** facere **M** || **16** et utram – sumeret **L** *om.* **M** | ego si **M** si ego **L** (si recte ego **P**) || **18** visus Cotta de **E** | dicere ille **L** *om.* **M** (*ante* dicere *sp. vac. 2 litt.* **H**) || **20** suum **M** ipsum **L** ipsa suum *Schuetz* | igitur **C** vero **E** (*corr.* **E**^{2}) || **21** ille **H** || **22** si quod **VOPU** siquid **MR** (siquit **E**) | id **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii*

inquit „causa cur te audire cupiamus; sin, quod facilius, tibi causa non est cur recuses". et Catulus „quid? quod dixisti" inquit „Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum, nihilne ad fidem tuam pu-
5 tas pertinere?" tum Cotta ridens: „possem tibi" inquit „Crasse, concedere; sed vide ne quid Catulus attulerit religionis; opus hoc censorium est. id autem committere vides quam sit homini turpe censorio". „agite vero" inquit „ut voltis. sed nunc quidem, quoniam est id temporis,
10 surgendum censeo et requiescendum; post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi forte in crastinum differre mavoltis". omnes se vel statim vel si ipse post meridiem mallet, quam primum tamen audire velle dixerunt.

3 dixisti: *§ 27* || **7** opus censorium *cf. Gell. NA 4, 12, 1*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** inquit *om.* **E** || **3** hic **L** *om.* **M** *secl. Kayser ret. Courbaud Galmés Richard* || **4** morem nobis **C** nobis morem **U**ς | esse *om.* **H** | tuam **M** *om.* **L** *del. Schuetz* || **6** vide **M** vides **L** | nequit **ER** || **7** opus hoc **L** *(pr. Sorof ad l.)* hoc opus **M** | vides **M** vide **L** *Sutton* || **8** sit **HL** *om.* **AE** | turpe censorio **L** *(pr. Meister 84–87 coll. Fam. 4, 5, 6)* censorio **M** (*post* censorio *sp. vac. 14 litt.* **A** *sp. vac. 12 litt.* **H**) censorio. Crassus **E** censorio inquit ς censorio conveniat *Lag 4, 13, 32 Lamb Ellendt Wilkins Cima* censorio aptum *Friedrich Courbaud Firmani* vides quam conveniat homini censorio *Stangl[7] 56* | inquit **MR** inquit Crassus **E** ille inquit **VOPU** ille *secl. Ellendt ret. Richard* || **9** id temporis est *Rom Ernesti* || **11** forte **MR** *(pr. Meister 58)* forte me **VOPU** || **12** omnes **H**^{2}**L** -is **M** || **13** post meridiem **OPUR** postmeridie **VO**^{v} *(fortasse recte cf. U. Usener Fleck. Jhb. f. class. Phil. 117, 79 sq.)* meridiem *om.* **M** *secl. Friedrich Meister*

LIBER III

1 1 Instituenti mihi, Quinte frater, eum sermonem referre et mandare huic tertio libro, quem post Antoni disputationem Crassus habuisset, acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. nam illud (5) immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Crassi morte extincta subita est vix diebus decem post eum diem, qui hoc et superiore libro continetur. 2 ut enim Romam rediit, extremo ludorum scaenicorum die, vehementer commotus oratione ea, quae ferebatur habita (10) esse in contione a Philippo, quem dixisse constabat videndum sibi aliud esse consilium; illo senatu se rem

1 *ad librum III cf. Leeman 121–135, de dispositione libri tertii cf. Kroll[1] 574; Stroux[1] 22; Prümm 10–14; Michel 329* | *de §§ 1–16 Ruch 192–194* | *de §§ 1–4 Martinelli[1] 5–29* | *de §§ 1–6 Zoll 79*

9–p. 263,**2** ut–venit: *ORF[2] 267* || **9**–p. **264,14** ut–oratio: *ORF[2] 251–253*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** M. TVLLI CICERONIS DE ORATORE LIBER II EXPLICIT INC. LIB. III **A** M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE LIBER II EXPLICIT. INCIPIT LIBER TERTIVS **E** M. TVLLI CICERONIS DE ORATORE LIBER SECVNDVS EXPLICIT. INCIPIT LIBER TERTIVS **H** M. TVLLI CICERONIS DE ORATORE LIBER II EXPLICIT. INCIPIT LIBER III **V** M. T. CICERONIS DE ORATORE LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT LIBER III **U** Titulus deest **OPR** || **2** Quinte ς Q. **C** || **3** mandare memoriae huic **E**[1] (*corr.* **E**[1]) || **7** subita **HL** subuta **AE** subito ς *Rom Bornecque Canilli Richard* | vixit **V**[2] **R**[m] || **7.8** decem – diem *om.* **P** || **8** eum diem **L** eum diem qui eum diem **AH** eum qui eum diem **E** | et **VOPU** est **MR** | *post* continetur *sp. vac. 6 litt.* **A** *sp. vac. 18 litt.* **H** || **9** rediit **MO**[al] **U** redit **VOPR** | ludorum scaenicorum **M** scaenicorum ludorum **L** || **10** oratione ea **M** ea oratione **L** || **10.11** esse habita **E** || **11** providendum *Pol*[al] || **12** aliud esse **L** *(pr. Meister 76)* esse aliud **M**

p(ublicam) gerere non posse, mane idibus Septembr(ibus) et ille et senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset, rettulit ad senatum de illo ipso, quod in eum ordinem consul tam 5 graviter in contione esset invectus. hic, ut saepe inter 3 homines sapientissimos constare vidi, quamquam hoc Crasso, cum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisset, ut numquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic esse tum iudicatum, ceteros a Crasso 10 semper omnis, illo autem die etiam ipsum a se ⟨es⟩se superatum. deploravit enim casum atque orbitatem senatus, cuius ordinis a consule, qui quasi parens bonus aut tutor fidelis esse deberet, tamquam ab aliquo nefario praedone diriperetur patrimonium dignitatis; neque vero 15 esse mirandum, si, cum suis consiliis rem p(ublicam) profligasset, consilium senatus a re p(ublica) repudiaret. hic 4 cum homini et vehementi et diserto et in primis forti ad resistendum Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille et graviter exarsit pigneribusque 20 ablatis Crassum instituit coercere. quo quidem ipso in loco multa a Crasso divinitus dicta esse ferebantur, cum sibi illum consulem esse negaret, cui senator ipse non

2–5 senatus — invectus = *ORF*[2] *271* || **18** *cf. 2,205* dicendi faces

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** regere ς *Rom Lamb* | Septembr. **R** Septemb. **V** Septembris **MOPU** Septembribus *Lag 76, 84 Bornecque* Septembris is *Friedrich* || **4** in eum ordinem consul **MR**ⁿ consul in eum ordinem **U** *Ernesti* in eum ordinem *om.* **VO**¹**PR**ᵛ | tam **L**(**R**ᵛ) tum **M** || **5** graviter *om.* **R** | hic **L** huc **M** hunc ς || **6** audivi *Bake* || **7** contigisset **LN**ᵛ -isse **M** || **9** esse **V**²**OPUR** esset **MV**¹ | tum **L** *om.* **M** *secl. Piderit alii* | iudicatum audivi *vel* iudicatum constat *vel* iudicatum audivimus ς *Richard* || **10** se esse *Kumaniecki*² *propter clausulam* sese **M** se **L** || **11** deploravit **L** deploratum **M** || **12** consule **L** -is **M** || **13** tamquam **HL** tam **AE** || **16** a rep. **L** re p. **M** in rem publicam **O**ᵐ ᵃˡ' **R**ᵐ in re publica *vel* rei publicae ς in re publica *Schuetz* || **17** vementi **H** || **18** Philippo *secl. Kayser* || **20** ablatis *Rom* allatis **C** | institit *Man* | quo **L** quod **M** || **20.21** ipso in loco **L** *(pr. Meister 76)* in ipso loco **AE** ipso loco **H** || **21** esse ferebantur *Lamb* efferebantur **C** (exferebantur **U**) ferebantur *vel* afferebantur ς || **22** cui **H**²**LN**ᵛ quoi **AH**¹ q̄m̄ **E** quoniam ei **N** cui etiam *Rom*

esset: „an tu, cum omnem auctoritatem universi ordinis pro pignore putaris eamque in conspectu populi R(omani) concideris, me his existimas pignoribus posse terreri? non tibi illa sunt caedenda, si L. Crassum vis coercere; haec tibi est excidenda lingua, qua vel evolsa spiritu ipso li- 5
2 5 bidinem tuam libertas mea refutabit". permulta tum vehementissima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta esse constabat, sententiamque eam, quam senatus frequens secutus est, ornatissimis et gravissimis verbis, „ut populo R(omano) satis fieret, numquam senatus neque 10 consilium rei publicae nec fidem defuisse", ab eo dictam, et eundem, id quod in auctoritatibus perscriptis extat, scri-
6 bendo adfuisse. illa tamquam cycnea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi expectantes post eius interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo 15 ille postremum institisset, contueremur. namque tum latus ei dicenti condoluisse sudoremque multum consecutum esse audiebamus; ex quo cum cohorruisset, cum febri domum rediit dieque septimo est lateris dolore con-
7 sumptus. o fallacem hominum spem fragilemque fortu- 20

13 *de §§ 6–8 Becker 8sq.* || **20** *de §§ 7–8 Martinelli*[1] *67sq.*

1 sq. *cf. Quint. 8, 3, 89; 11, 1, 37 Val. Max. 6, 2, 2*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** pro pignore **MN** propugnare **LN**[v] | putaris **M** -es **L** || **3** concideris **M** -res **L** | me his **VUR** meis **MOP** | ex. pignoribus **M** pigneribus existimas **L**(**R**[v]) | posse **L** *(quod propter meliorem clausulam retinendum) om.* **M** *del. Ellendt alii* || **4** caedenda **VP** cedenda **AHOUR** edenda **E** concidenda *cod. Lamb Richard* | L. **M** *om.* **L** || **5** excidenda **L** *Ellendt Piderit Kayser Cima Malcovati* incidenda **MU**[2] *Friedrich Wilkins Bornecque* concidenda *dubitanter Adler Harnecker* | quae **E** | evolsa **AH** evulsa **EL** || **7** concitatione *Rom* || **11** neque fidem **O** | eo **H**[2] *adscr.* | dictam **V**[m] **O**[al] **U**[al] dicta **MUR** *om.* **VO**[v]**P** | et *om.* **O**[1] (*suppl.* **O**[2m vet]) || **12** perscriptis **C** (*cf. C. Pick* De senatus consultis Romanorum p. 1 Berolini 1884, 13) praescriptis ς *Schuetz Orelli Piderit Ellendt Kayser Richard* | ⟨in⟩ scribendo **R** || **13** cycnea **C** lignea *vel* ignea ς *Schuetz* || **16** ille **L** *(pr. Meister 64)* ipse **M** *om. Victorius secl. Friedrich*[2] *47 Bornecque Firmani* | postremo *Rom* | tum **VOPU** cum **R** dum **M** || **17** ei dicenti condoluisse **L** ei doluisset **M** eius doluisset ς ei doluisse *Friedrich*[2] *48* || **19** febri **C** febre **E** frebri **O**[v] | est **L** *om.* **M**

nam et inanis nostras contentiones! quae medio in spatio saepe franguntur et corruunt aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. nam quamdiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta, tamdiu
5 privatis magis officiis et ingenii laude floruit quam fructu amplitudinis aut rei publicae dignitate. qui autem annus ei primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat, is eius omnem spem atque omnia vitae consilia morte pervertit. fuit hoc luc- 8
10 tuosum suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus; sed ii tamen rem p(ublicam) casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a dis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. non vidit flagrantem Italiam bello, non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes
15 civitatis reos, non luctum filiae, non exilium generi, non acerbissimam C. Mari fugam, non illam post reditum eius caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset. 3
20 Et quoniam attigi cogitatione vim varietatemque for- 9 tunae, non vagabitur oratio mea longius atque eis fere ipsis definietur viris, qui hoc sermone, quem referre suscepimus, continentur. quis enim non iure beatam L. Crassi mortem illam, quae est a multis saepe de-

20 *ad §§ 9–11 Zoll 79*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** medio in spatio *Lamb Kayser (cf. Tac. Agricola 44, 3; Reiz, Gött. Nachr. 1914, 188)* mediocri in spatio **M** in medio spatio **L** || **2** aut **C** ut **R** et *Ernesti Rackham* || **3** potuerint ς || **4** districta **M** *omnes editores* destricta **L** destracta **U** || **5** quam diu **R** | fructu **L** -um **M** || **6** amplitudini **H** || **6** annus ei **M** ei annus **L** || **7** additum **U** | concessu **C** consensu ς *Pol*[al] || **8** ei **E** || **9** pervertit **L** -ortit **M** || **11** rem p. **C** rei publicae ς *Piderit Ellendt alii* || **12** dis **MV** diis **OPUR** || **13** fraglantem **V**[v] **R**[v] | Italiam bello **M** *(pr. R. W. Müller 11)* bello Italiam **L** || **13.14** non ardentem **L** ardentem **M** non *secl. Friedrich* || **16** illa **E** || **17** crudelissimam omnium **E** || **18** ipse *om.* **E** || **19** gloria **L** *om.* **M** *secl. Kayser quem fere omnes secuti sunt (at cf. § 9; 133; Planc. 60)* | praestitisse **E** || **20** et **M** sed **L**(**V**[v]) *Richard Rackham* || **21** his **L** || **23** suscepimus **M** *(cf. Stangl Berl. Phil. Woch. 1913, 110)* coepimus **L** (cep- **OR**) | beatum **U** || **24** quae **HL** qua **AE**

fleta, dixerit, cum horum ipsorum sit, qui tum cum
illo postremum fere conlocuti sunt, eventum recordatus?
tenemus enim memoria Q. Catulum, virum omni laude
praestantem, cum sibi non incolumem fortunam sed
exilium et fugam deprecaretur, esse coactum, ut vita se 5
10 ipse privaret. iam M. Antoni in eis ipsis rostris, in quibus
ille rem publicam constantissime consul defenderat quae-
que censor imperatoriis manubiis ornarat, positum caput
illud fuit, a quo erant multorum civium capita servata.
neque vero longe ab eo C. Iuli caput hospitis Etrusci sce- 10
lere proditum cum L. Iuli fratris capite iacuit, ut ille, qui
haec non vidit, et vixisse cum re publica pariter et cum
illa simul extinctus esse videatur. neque enim propin-
quum suum, maximi animi virum, P. Crassum suapte
interfectum manu neque collegae sui pontificis maximi 15
sanguine simulacrum Vestae respersum esse vidit; cui
maerori, qua mente ille in patriam fuit, etiam C. Carbonis
inimicissimi hominis, eodem illo die mors fuisset nefaria.
11 non vidit eorum ipsorum, qui tum adulescentes Crasso se
dicarant, horribilis miserosque casus. ex quibus C. Cotta, 20
quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem
Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo
tempore mensibus eiectus est e civitate; Sulpicius autem,
qui in eadem invidiae flamma fuisset, quibuscum privatus
coniunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit 25
omni dignitate; cui quidem ad summam gloriam eloquen-
tiae florescenti ferro erepta vita est et poena temeritatis

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** tum cum **L** tum **M** cum *Kayser* || **3** Q. Catulum **L** *om.* **M** || **5** exilium **L** *editores* exitum **M** *(def. Friedrich^{2} 48 collato Paradoxa 29)* || **6** privaretur **E** | ipse **R** || **7** quae **U** || **8** manubiis **MURV**^{m}**O**^{al} *om.* **V**^{v}**O**^{1}**P**^{1} || **9** a quo **MV**^{m}**O**^{al}**R** ad quae **V**^{v}**OU** ad quo **P** | civium **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii at cf. Meister 28; ret. Firmani Richard Galmés* || **11** fratris *suprascr.* **H**^{1} || **13** extincta **U** | propinquum **HL** -cum **AE** *Friedrich* || **16** esse **C** *secl. Lamb Schuetz alii (sed propter clausulam retinendum)* | vidit **L** *om.* **M** | cui **L** quo **M** || **17** maerori **L** -rę **M** || **18** fuisset nefaria *Kayser alii* fuisset nefariam **M** nefaria fuisset **L** *Ellendt Piderit* || **19** adolescentes **E** || **19.20** Crassos edicarănt **H** || **20** horribiles **H**^{2} | C. **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* || **24** privatis ς *Rom* || **25** vixerat **L** *om.* **M** || **26** cui **C** quoi *Bornecque* || **27** florescenti **C** *Richard* florenti ς efflorescenti *Ernesti* | temeritati *Bake^{1} 99*

non sine magno rei publicae malo constituta. ego vero te, 12
Crasse, cum vitae flore tum mortis oportunitate divino
consilio et ornatum et extinctum esse arbitror. nam tibi
aut pro virtute animi constantiaque tua civilis ferri
5 subeunda fuit crudelitas, aut si qua te fortuna ab atroci-
tate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriae
spectatorem coegisset; neque solum tibi improborum do-
minatus, sed etiam, propter admixtam civium caedem,
bonorum victoria maerori fuisset. mihi quidem, Quinte 4 13
10 frater, et eorum casus, de quibus ante dixi, et ea, quae
nosmet ipsi ob amorem in rem p(ublicam) incredibilem et
singularem pertulimus ac sensimus, cogitanti sententia
saepe tua vera ac sapiens videri solet, qui propter tot tan-
tos tam praecipitisque casus clarissimorum hominum
15 atque optimorum virorum me semper ab omni contentione
ac dimicatione inani revocasti. sed quoniam haec iam 14
neque in integro nobis esse possunt et summi labores no-
stri magna compensati gloria mitigantur, pergamus ad ea
solacia, quae non modo sedatis molestiis iucunda, sed
20 etiam haerentibus salutaria nobis esse possint, sermonem-
que L. Crassi reliquum ac paene postremum memoriae
prodamus atque ei, si nequaquam parem illius ingenio,
at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque
referamus. neque enim quisquam nostrum, cum libros 15

9 *de §§ 13–14 Martinelli*[1] *69* || **16** *ad §§ 14–16 Zoll 89* || **23** *ad § 15 Zoll 85*

11.12 *cf. 1, 172* incredibilis quaedam et prope singularis; *Sulla 75* incredibilis fuit ac singularis furor

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** tum vitae *Bake*[1] *99* || **3** ornatum **MUR** ortum **VOP** *(pr. Meister 68)* || **5** fuit subeunda *Rom* | qua **M** *(cf. 2, 36; 2, 216)* quae **L** || **6** futurum **U** || **8** civium **C** omnium **O**[mal'] || **9** memori **E** || **10** antea **U** || **11** incredibilia et singularia *Bake*[1] *99* || **12** ac sensimus *secl. Ellendt* | congitanti **V** || **16** inani *Kumaniecki*[2] *(collato § 7)* animi **H** *Firmani om.* **AEL** *secl. editores* nimia *Stangl* || **17** in *om.* **E** | integra ς *Lamb* | laboris **R** || **18** pergam **E** || **20** haerentibus **C**(**R**[v]) habentibus **R**[m] | possunt ς *Piderit* || **21** reliquum **H**[2]**L** -cum **M** || **22** si **M** etsi **L** *Piderit Kayser* | at **L** ac **M** || **23** referam **E** || **24** non enim est qu. *Rom*

Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur, non, quamquam illa sunt scripta divinitus, tamen maius quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur; quod item nos postulamus non a te quidem, qui nobis summa omnia tribuis, sed a ceteris, qui haec 5 in manus sument, maius ut quiddam de L. Crasso, quam
16 quantum a nobis exprimetur, suspicentur. nos enim, qui ipsi sermoni non interfuissemus et quibus C. Cotta tantummodo locos ac sententias huius disputationis tradidisset, quo in genere orationis utrumque oratorem co- 10 gnoveramus, id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. quod si quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem aut Crassum pleniorem fuisse putet, quam quomodo a nobis uterque inductus est, is erit ex iis, qui aut illos non audierit aut iudicare non 15 possit. nam fuit uterque, ut exposui antea, cum studio et ingenio et doctrina praestans omnibus, tum in suo genere perfectus, ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis neque in Crasso redundaret.

17 5 Ut igitur ante meridiem discesserunt paulumque requie- 20 runt, in primis hoc a se Cotta animadversum esse dice-

7 *ad § 16 Zoll 79* || 20 *de §§ 17 sq. Ruch 201 sq.*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] 1 omnibus **MU** *om.* **VOPR** || 2 non **L** *om.* **M** *Rom* | quamquam **MVO**[al] **UR** („quamquam" sed primum quam fuit novatum, nescio si aliud dicebat in v. **V**[m]) nunquam **OP** | illa **L** *om.* **M** | sunt scripta **VOP** *(propter clausulam praeferendum cf. Stangl*[12]*)* scripta sunt **MUR** || 4 suspicatur **MUR** -antur **VOP** non suspicetur *Rom* || 5 summa omnia **L** *(pr. Kumaniecki*[2] *coll. De imp. Pomp. 13; 36; 51)* omnia summa **M** || 6 maius ut **M** ut maius **L** (et maius **P**) || 7 a nobis **L** *om.* **M** *secl. Kayser* | exprimeretur **H** || 8 ipsi **MOPU**[v]**R**[v] ipsius **VO**[al']**R**[m] **U**[al] | sermoni **HL** -nem **AE** || 10 in **C** uti *Richter Fleckeisen Jhb. 117, 857* | cognoveram **E** || 13 fuisse pleniorem *Ald Iunt Grut* || 14 quomodo **C** quoniam **U** | a nobis **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *48* | est **MU** esset **VOPR** || 15 audierit **C** *(cf. Stangl Phil. 45, 676)* -ierint ς *Ald Iunt Man Grut Firmani Richard Rackham* || 16 possit **C** *(cf. Stangl ibidem)* possint ς *Firmani Richard Rackham* || 16 studio et **M** *(pr. Stangl*[1] *36)* studio atque **V**[v] **PUR**[v] (studio *in mge adscr.* **V**[1]) *om.* **O** || 19 *post* redundaret *legitur* SUB personae Cottae **E** || 20 ut **L** *om.* **M** | paulumque requierunt **L** *om.* **M** | paululum[que] *Lag 69 Ellendt Richard Rackham* | requieverunt *Rom*

bat omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse seseque, qui voltum eius, cum ei dicendum esset, optutumque oculorum in cogitando probe nosset atque in maximis causis saepe vidisset, tum dedita opera quiescentibus aliis in eam exedram venisse, in qua Crassus posito lectulo recubuisset, cumque eum defixum esse in cogitatione sensisset, statim recessisse atque in eo silentio duas horas fere esse consumptas. deinde cum omnes inclinato iam in post meridianum tempus die venissent ad Crassum „quid est, Crasse" inquit Iulius „imusne sessum? etsi admonitum venimus te, non flagitatum". tum Crassus: „an me tam 18 impudentem esse existimatis, ut vobis hoc praesertim munus putem diutius posse debere?" „quinam igitur" inquit ille „locus? an in media silva placet? est enim is maxime et opacus et frigidus". „sane" inquit Crassus; „etenim est in eo loco sedes huic nostro non importuna sermoni." cum placuisset idem ceteris, in silvam venitur et ibi magna cum audiendi expectatione considitur.

1.2 acerrima – cogitatione: *Hirzel I 486*

5.6 tunc *(sic)* – recubuisset *Non. 107, 8* (*propter* exedra)

[**M** = **AHE** (in v. 9 **H** *deficit,* in v. 11 **AE** *deficiunt*) **L** = **VOPUR**] **1** omnem **U** ‖ **4** cogitando **M**N^{al} -dum **L**N^{v} *Bornecque Canilli* | noscet **R** ‖ **5** tum **M** cum **VOUR** eum **P** tunc *Non* ‖ **6** eam **C** eam iam *Non* | posito lectulo **M** *Non* lectulo posito **L** ‖ **7** defixum esse in cogitatione **M** *(pr. Stroebel 34)* in cogitatione defixum esse **L** esse *om.* ς *secl. Kayser Sorof* ‖ **8** recepisse **R** | fere *inter lineas* **H** ‖ **9** inclinato **L**H^{2} inclinatio **M** (signum ◌ superposuit **AH**) | iam in **HL** iam **AE** iam die *vel* sole ς | *post vocabulum* in *deficit* **H** | posmeridianum *Friedrich Wilkins Bornecque (cf. Orator 157)* promeridianum **AE** postmeridianum **L** *Ellendt* pomeridianum *Piderit Kayser Cima* ‖ **10** die venissent **L** divenissent **A** devenissent **E** | quid est **AL** quidem **E** ‖ **11** Crasse **AE**O^{mal}**UR** *om.* **VOP** | etsi **L** et ne **AE** | *post syllabas* admo *deficiunt* **AE** ‖ **12** tam **C**(**O**^{v}) tandem **O** ‖ **13** esse **L** *om.* ς ‖ **14** putem ⟨me⟩ *Lamb Sorof Wilkins (at cf. Kühner Stegmann I 701)* | debere **L** deberi *Ascens Pearce Klotz* | quinam *Man* quidnam **L** ‖ **15** is *om.* **R** ‖ **17** importuna **PU** *(cf. 2, 20)* inop- **VOR** *Ernesti Richard* ‖ **19** audiendi **O** adveniendi **VO**^{v}**PUR** | expeditione **U** | considitur **VUR** conseditur **OP** considetur *Rom* consedetur *Victorius*

19 Tum Crassus: „cum auctoritas atque amicitia vestra, tum Antoni facilitas eripuit" inquit „mihi in optima mea causa libertatem recusandi. quamquam in partienda disputatione nostra, cum sibi de iis, quae dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret, ut explica- 5 rem, quem ad modum illa ornari oporteret, ea divisit, quae seiuncta esse non possunt. nam cum omnis ex re atque verbis constet oratio, neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba semoveris.
20 ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo com- 10 plexi plus multo etiam vidisse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest, qui omnia haec, quae supra et supter, unum esse et una vi atque consensione naturae constricta esse dixerunt. nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per se 15 ipsum constare aut quo cetera si careant vim suam atque
6 aeternitatem conservare possint. sed si haec maior esse
21 ratio videtur quam ut hominum possit sensu aut cogitatione comprehendi, est etiam illa Platonis vera et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum 20

1 *de §§ 19–25 Kroll*[1] *594; Prümm 60–62; Schulte 79–93; Barwick 42 sq.* || **10** *ad § 20 Reinhardt Poseidonios 219 sqq.; Schulte 93; W. Theiler Vorbereitung des Neoplatonismus Problemata I 112* || **10** veteres: *Kroll*[1] *594; Theiler I 112; Fiske 58 adn. 58* || **19** Platonis: *Kroll*[1] *594; Schulte 88* || **20** doctrinam: *Altevogt 14*

11 *imp. Pomp. 64* plus tum in rep. vidistis || **12.13** omnia ... unum esse: *Plato Soph. 242 D; Cic. Acad. 2, 118* || **19** sqq. *Plato Epinomis 992 A (cf. etiam Pol. VII p. 531 D) Cic. Arch. 2*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **5.6** sumeret – oporteret *om.* **U**[1] (*suppl.* **U**[2]) || **8** verbis **V** *plerique editores* ex verbis **OPUR** | constet **L** (constat *in* constet *corr.* **P**) | sed **R**[1] (*corr.* **R**[2]) || **10** ac **VO**[v]**UR** at **OP** || **11** multo plus *Ernesti* || **13** supter **VPU** subter **R** subter sunt **O**[mal] || **14** consensione **L** *Rom* una consensione *nescio unde multi editores velut Ernesti Piderit Kayser* una *secl. Ellendt*[1] *quem Wilkins Friedrich Courbaud Canilli Rackham secuti sunt* | constricta **L** (stricta **U**[1]) constituta *vel* conscripta ς || **15** a *om.* **U**[1] || **17** possit **R** | si *om. Rom* || **17.18** esse ratio **OPU** esse oratio **V** ratio esse **R** || **18** quam *Lag 32, 81, 84 editores (cf. Kühner Stegmann II 244) om.* **L** | aut **VO**[2]**PUR** et **O**[1] || **19** comprendi *Stangl*[12] | etiam **L** tamen *Pearce*

ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis
vinculo contineri. ubi enim perspecta vis est rationis eius,
qua causae rerum atque exitus cognoscuntur, mirus qui-
dam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque
5 reperitur. sed si hoc quoque videtur esse altius quam ut id 22
nos humi strati suspicere possimus, illud certe tamen,
quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus,
nosse et tenere debemus. una est enim, quod et ego hester-
no die dixi et aliquot locis antemeridiano sermone signifi-
10 cavit Antonius, eloquentia, quascumque in oras dispu-
tationis regionesve delata est. nam sive de caeli natura 23
loquitur sive de terrae sive de divina vi sive de humana sive
ex inferiore loco sive ex aequo sive ex superiore sive ut
impellat homines sive ut doceat sive ut deterreat sive
15 ut concitet sive ut reflectat sive ut incendat sive ut leniat
sive ad paucos sive ad multos sive inter alienos sive cum
suis sive secum, rivis est diducta oratio, non fontibus; et,
quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque
comitata. sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus 24
20 non modo vulgi, verum etiam hominum leviter erudito-
rum, qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius
divulsa et quasi discerpta contrectant, et qui tamquam ab
animo corpus, sic a sententiis verba seiungunt, quorum
sine interitu fieri neutrum potest, non suscipiam oratione

11 *ad §§ 23 sq. Smethurst 279*

4 *de div. 2, 34* quasi concentu atque consensu || **6** *Lael. 32* suspicere possunt || **8** hesterno die: *1, 55 sqq.* || **9** aliquot locis: *2, 67*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** et humanarum *om.* **U**^{1} (*suppl.* **U**^{2}) || **2** perfecta **R** | rationis **O**^{2}**PUR** orationis **VO**^{1} || **5** ut *om.* **U**^{1} (*suppl.* **U**^{2}) || **6** suspicere **VO**^{v}**U** suspicere **O**^{1}**PR** suspicari *Bake*^{1} || **8** hesterno *Lag 76 Lamb Kayser Sorof Wilkins (coll. 2, 83; 3, 81 quibus adicias velim Quinct. 33, Cat. 4, 5; 10; har. resp. 1, 3; 7; 17 Balb. 2; 5; 59 Planc. 37 Phil. 1, 11; 8, 1; 20; 28; 11, 16; 14, 12)* hesterna **L** *Ellendt Cima Friedrich Courbaud* || **9** aliquot locis *secl. Bake*^{1} *Kayser* | antemeridiano sermone **L**(**O**^{2}) antemeridianos sermones **O**^{1} || **10** moras **U** | disputationis *Thanner* disputationes **L** || **11** est **C**(**O**^{v}) sit **O**^{1} est *del.* **P**^{2} || **16** sive secum *suspecta Schuetzio* || **17** diducta **OPUR** deducta **V** | oratio‸ *Lag 32 Rom* ratio **L** || **21** quiquae **V** quique **OPR** qui quaeque **U** qui quia **O**^{al} || **24** non potest **O** *(sed* non *expunctum)*

mea plus quam mihi imponitur; tantum significabo brevi
neque verborum ornatum inveniri posse non partis ex-
pressisque sententiis neque esse ullam sententiam inlu-
25 strem sine luce verborum. sed priusquam illa conor attin-
gere, quibus orationem ornari atque inluminari putem, 5
proponam breviter quid sentiam de universo genere
dicendi.

7 Natura nulla est, ut mihi videtur, quae non habeat in
suo genere res complures dissimiles inter se, quae tamen
consimili laude dignentur. nam et auribus multa perci- 10
pimus, quae etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt
varia saepe, ut id, quod proximum audias, iucundissimum
esse videatur, et oculis colliguntur paene innumerabiles
voluptates, quae nos ita capiunt, ut unum sensum dissimili
genere delectent, et reliquos sensus voluptates oblectant 15
dispares, ut sit difficile iudicium excellentis maxime sua-
26 vitatis. at hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri
potest etiam ad artes. una fingendi est ars, in qua prae-
stantes fuerunt Myro, Polyclitus, Lysippus; qui omnes
inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui 20
velis esse dissimilem. una est ars ratioque picturae dissi-
millimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles;
neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse
videatur. et si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum

4 *de §§ 25–37 Steidle 26; Barwick 43* | *ad §§ 25–26 Michel 306* || **6.7** de universo genere dicendi: *Steidle 19 adn. 46*

9.10 res – dignantur *(sic) Non. 281, 9* (*propter* dignitas)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** partis *nescio quis apud Lamb quem omnes fere editores secuti sunt* repertis *Lamb* paratis *alii ap. Lamb* partitis **L** *(def. Pearce, ret. Richard)* || **5** atqui **O**[1] (*corr.* **O**[2m]) || **9** se *om.* **U**[1] || **10** dignentur **L** -antur *Non* | multa percipimus *om.* **P** || **11** nos **L** nos ⟨omnia⟩ *Sorof* nos ⟨numeris ac⟩ *Kayser* || **11.12** sunt varia **L** varia sunt ς || **14** ⟨in⟩ dissimili *dubitanter Sorof (coll. 2, 44; Att. 16, 5, 2)* || **16** dificile **P** *adscr. in marg.* | excellentes **R** || **17** at **L** atque *Lamb* et *Pearce* || **19** qui *secl. Bake*[1] *100* || **20** fuerunt *secl. Bake*[1] *100* || **21** dissimillimique **L** dissimilique **R** dissimillimi *Bake*[1] *Kayser* || **22** Zeyxis **VO**[v]**R** Zeusis **OP**[2] Zevxis **U**

et tamen verum, quanto admirabilius in oratione atque in lingua? quae cum in isdem sententiis verbisque versetur, summas habet dissimilitudines; non sic, ut alii vituperandi sint, sed ut ii, quos constet esse laudandos, in dispari
5 tamen genere laudentur. atque id primum in poetis cerni **27** licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quam sint inter sese Ennius, Pacuvius Acciusque dissimiles, quam apud Graecos Aeschylus, Sophocles, Euripides, quamquam omnibus par paene laus in dissimili scribendi
10 genere tribuatur. aspicite nunc eos homines atque intue- **28** mini, quorum de facultate quaerimus, quid intersit inter oratorum studia atque naturas. suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit. quis eorum non egregius?
15 tamen ⟨quis⟩ cuiusquam nisi sui similis? gravitatem Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum. quis horum non princeps temporibus illis fuit? et suo tamen quisque in genere **8** princeps. sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat **29**
20 uti praesentibus exemplis atque vivis? quid iucundius auribus nostris umquam accidit huius oratione Catuli? quae est pura sic ut Latine loqui paene solus videatur, sic autem gravis ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. quid multa? istum audiens equidem
25 sic iudicare soleo, quicquid aut addideris aut mutaris aut

6 cognatio cum oratoribus: *1, 70*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** et tamen verum *del. Goerenz ad Acad. II 12* tamen neque verum **U** | admirabilius **UR** ammirabilius **VOP** mirabilius ς *Piderit Bake*[1] || **3** alii ⟨laudandi alii⟩ vituperandi *Lamb* || **5** cerni **L** cernere *Bake (at cf. Kroll Die wissenschaftliche Syntax im lat. Unterricht Berlin 1917 4 A 2 et Kühner Stegmann I 718 A 7)* || **7** sint **L** (sine **U**) sunt *Bake*[1] *101* || **9** quamquam **L** (quam **O**) quamque *Lamb (at cf. Stangl*[7] *40)* || **10** tribuatur **L** tribuitur *Lag 76 Bake Bornecque Richard (at cf. Kühner Stegmann I 442)* || **11.12** quid – naturas *secl. Bake*[1] *Kayser Cima Sorof at iure def. Herthel 27* || **15** tamen **L** et tamen *Lamb* | cuiusquam **L** *Vict.* ⟨quis⟩ cuiusquam *Lag 81 corr., receperunt inde ab Ernestio editores* cuiusquam *om.* **R** || **17** non *om.* **P** || **19** conquiro *Bake* || **23** tamen *om.* **R** | assit **O**[v] **P** || **25** mutaris **L** mutaveris *Ven et omnes editores (at cf. § 201)*

30 detraxeris, vitiosius et deterius futurum. quid, noster hic Caesar nonne novam quandam rationem attulit orationis et dicendi genus induxit prope singulare? quis umquam res, praeter hunc, tragicas paene comice, tristis remisse, severas hilare, forenses scaenica prope venustate tracta- 5 vit atque ita, ut neque iocus magnitudine rerum exclu-
31 deretur nec gravitas facetiis minueretur? ecce praesentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere praestans? limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis. 10 haeret in causa semper et quid iudici probandum sit cum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis et dignitate motus, verborum 15 quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum
9 instructissimus a natura esse videatur. ad nosmet ipsos
32 iam revertor, quoniam sic fuimus semper comparati, ut hominum sermonibus quasi in aliquod contentionis iudicium vocaremur; quid tam dissimile quam ego in dicendo 20 et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse praestantius, ego autem, quamquam memet mei paenitet, cum hoc maxime tamen in comparatione coniungar. videtisne, genus hoc quod sit Antoni? forte, vehemens, commotum in agendo, praemunitum et ex omni parte causae 25 saeptum, acre, acutum, enucleatum, in una quaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens

26 enucleatum: *Stegemann*[1] *183–186*

3.4 quis – remisse *Non. 383, 17* (*propter* remissum) || **3–5** quis *u. ad* hilare *Non. 290, 20* (*propter* divortium) || **8** *cf. Brut. 204* || **27** commorans: *2, 292* | cedens: *2, 294*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** ratione **U** || **4** tragicas paene comice *secl. Schuetz Kayser* | tristis **R** *Non* -es **VOPU** || **9** genere *om.* **O**[1] || **10** propriis atque verbis **P**[1] (*corr.* **P**[2]) || **11** probatum *Victorius* || **12** argumentis *secl. Bake*[1] || **21** is *om.* **R** | ut *om.* **P**[1] || **23** tum **U** || **25** praemonitum **P**[1] (*corr.* **P**[2]) **U** || **26** saeptum **OP** scaeptum **V** sceptum **R** sapientum **U** | in una **L** *(def. Cima ad l.)* non in una *Bake* in summa *Scheibe* in sua *Adler Wilkins Courbaud* || **27** credens **O**

supplicans; summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate. nos autem, quicumque in dicendo 33
sumus, quoniam esse aliquo in numero vobis videmur, certe tamen ab huius multum genere distamus; quod qua-
5 le sit, non est meum dicere, propterea quod minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit; sed tamen dissimilitudo intellegi potest et ex motus mei mediocritate et ex eo, quod, quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare et quod aliquanto me maior in
10 verbis quam in sententiis eligendis labor et cura torquet verentem, ne si paulo obsoletior fuerit oratio, non digna expectatione et silentio fuisse videatur. quod si in nobis, 34
qui adsumus, tantae dissimilitudines, tam certae res cuiusque propriae, et in ea varietate fere melius a dete-
15 riore facultate magis quam genere distinguitur, atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est, quid censetis, si omnes, qui ubique sunt aut fuerunt oratores, amplecti voluerimus? nonne fore ut, quot oratores, totidem paene reperiantur genera dicendi? ex qua mea dispu-
20 tatione forsitan occurrat illud, si paene innumerabiles sint quasi formae figuraeque dicendi specie dispares genere laudabiles, non posse ea, quae inter se discrepant, isdem praeceptis atque [in] una institutione formari. quod non 35
est ita; diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt ali-

12 *ad §§ 34–37 Michel 379*

7 motus: *Brut. 158*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **6** difficile **R** || **8** quibus **VPUR** primis **O** || **9** quod *om.* **R** || **10** quam in sententiis **V U**[2] **O**[al] *secl. Schuetz quem omnes secuti sunt* et in sententiis *Richard* et in sententiis eligendis quam labor **OPUR** in verbis eligendis quam in sententiis labor **P**[al'] in verb. et in s. e. quam ⟨hunc⟩ labor *Lag 17* et i. s. e. quam eum labor *Man Rackham* et i. s. e. quam Antonium labor ς *Rom Coberger* | labor et cura torquet **L**(**O**[v]) labor et curator que **O** || **12** et silentio *secl. Bake* || **13** ⟨sunt⟩ tantae *Lamb* | ⟨sunt⟩ tam *Bake quem omnes sequuntur praeter Piderit Adler Friedrich Bornecque (cf. Kühner Stegmann I 11 sq.)* || **14** feret **R** || **15** distinguitur **L** -untur ς *Adler* || **18** nonne **L** numne ς || **20** occurret **O** || **22** discrepent *Bake* || **23** in una **L** in *om.* ς *del. Ellendt alii* | disputatione *Rom*

quos atque erudiunt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. etenim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos dissimiles inter se ac tamen laudandos, cum ad cuiusque naturam institutio doctoris 5
36 accommodaretur. cuius est vel maxime insigne illud exemplum, ut ceteras artes omittamus, quod dicebat Isocrates doctor singularis se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. alterum enim exultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem et 10 quasi verecundantem incitabat. neque eos similis effecit inter se, sed tantum alteri adfinxit, de altero limavit, ut id confirmaret in utroque, quod utriusque natura paterere-
10
37 tur. haec eo mihi praedicunda fuerunt, ut, si non omnia, quae proponerentur a me, ad omnium vestrum studium et 15 ad genus id, quod quisque vostrum in dicendo probaret, adhaerescerent, id a me genus exprimi sentiretis, quod maxime mihi ipsi probaretur.

Ergo haec et agenda sunt ab oratore, quae explicavit Antonius, et dicenda quodam modo. quinam igitur dicendi 20 est modus melior – nam de actione post videro – quam ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agetur,

14 *de §§ 37–212 Stroux*[1] *11–28. 54–56* || 21 – p. 270, 1 *Stroux*[1] *22; Douglas 18–26; Barwick Anh. I*

7 sq. *cf. Brut. 204; Quint. 2, 8, 11; 10, 1, 74* || 10. 11 alterum *u. ad* incitabat *Non. 189, 3* (*propter* verecundari) || 21 post: *§ 213–227* || 22 Latine: *1, 144*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] 3. 4 summorum – magistrorum *secl. Reid Wilkins Bornecque ret. Stangl Firmani Richard Galmés* | et magistrorum *secl. Kayser* || 4 ac tamen **L** at tamen ς || 7 omittamus **V**m **O**al **P**2 **U R** committamus **V**v **O**1 **P**1 || 8 doctor singularis *secl. Kayser* || 10 cunctantem **V P**2 **U** contantem **O** cuntantem **P**1 conctantem **R** || 11 similes **U**1 (*corr.* **U**2) || 12 adfinxit **V U** affinxit **O P** defixit **R** adfixit **R**2 || 13 confirmaret **L** (*pr. Herthel coll. 2, 123; 2, 356*) conformaret ς *editores* || 14 praedicunda **L** -canda ς *Canilli* -cenda *Orelli* || 15 proponerentur **L** praeponerentur *Piderit* proponentur *Bake*1 *Kayser Sorof* || 15 vestrum **V O U** -vr̄um **P R** vestrum in dicendo studium **U** || 16 vostrum **V O U**1 **R** vr̄um **P** vestrum **U**2

apte congruenterque dicamus? atque eorum quidem, quae 38
duo prima dixi, rationem non arbitror expectari a me puri
dilucidique sermonis. neque enim conamur docere eum
dicere, qui loqui nesciat; nec sperare, qui Latine non
5 possit, hunc ornate esse dicturum; neque vero, qui non
dicat quod intellegamus, hunc posse quod admiremur
dicere. linquamus igitur haec, quae cognitionem habent
facilem, usum necessarium. nam alterum traditur litteris
doctrinaque puerili, alterum adhibetur ob eam causam,
10 ut intellegatur, quid quisque dicat; quod videmus ita esse
necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit. sed 39
omnis loquendi elegantia, quamquam expolitur scientia
litterarum, tamen augetur legendis oratoribus et poetis.
sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea,
15 quae dicebant, omnes prope praeclare locuti; quorum
sermone adsuefacti qui erunt, ne cupientes quidem pote-
runt loqui nisi Latine. neque tamen erit utendum verbis
iis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando
ornandi causa parce, quod ostendam; sed usitatis ita
20 poterit uti, lectissimis ut utatur is, qui in veteribus erit
scriptis studiose et multum volutatus. atque ut Latine 11 40
loquamur, non solum id videndum est, ut et verba effe-
ramus ea, quae nemo iure reprehendat, et ea sic et casibus
et temporibus et genere et numero conservemus, ut ne

12 elegantia: *Altevogt 47 sq.*

1 apte *cf. Quint. 11, 1, 1* ut dicamus apte, quam virtutem quartam elocutionis Cicero demonstrat || **19** ostendam: *§ 153*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** dilucidique **V**O[v] **UR** lucidique **O**[1]**P** || **3. 4** docere eum dicere **L** eum docere dicere **V**[1] *sed ordo postea restitutus* dicere eum docere *Schuetz Mueller* || **4** neque **R** | speramus *Lamb* | quid **U** || **7** cogitationem ς | habent *om.* **P**[1] || **10** ita *om.* **U**[1] || **12** expoliatur **U** || **13** auctoribus **R** || **14** mundum **R** || **16** erunt ne *om.* **O**[1] (*suppl.* **O**[v]) || **18** quando *om.* **R** || **19** quod ostendam **L** *suspecta Ernestio secl. Bake Kayser (def. Sorof coll. Verr. 5, 48)* quod quid ostendam? *dubitanter Orelli* quod post ostendam *Harnecker* | sed **VOP** ut **U** et **R** || **20** is *Pol Lag 15, 17, 21, 24* his **L** || **22** solum id *Lag 16, 17, 24, 73 (pr. Stroux*[2] *161)* solum ut **VO**[v]**UR** solum **O**[1]**P** *omnes, quod sciam, editores* | et *om.* **R** | exferamus **U** || **23** reprendat *Bornecque* || **24** conservemus **L** construamus *Orelli (coll. 3, 125)* conseramus *Schuetz Mueller*

quid perturbatum ac discrepans aut praeposterum sit,
sed etiam lingua et spiritus et vocis sonus est ipse mo-
41 derandus. nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari
neglegentius; nolo verba exiliter exanimata exire, nolo
inflata et quasi anhelata gravius. nam de voce nondum ea 5
dico, quae sunt actionis, sed hoc, quod mihi cum sermone
quasi coniunctum videtur. sunt enim certa vitia, quae
nemo est quin effugere cupiat: mollis vox aut muliebris
42 aut quasi extra modum absona atque absurda. est autem
vitium, quod nonnulli de industria consectantur. rustica 10
vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem,
si ita sonet, eorum sermo retinere videatur; ut tuus, Ca-
tule, sodalis L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate lin-
guae sonoque vocis agresti, et illud, quod loquitur, pris-
cum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. me autem 15
tuus sonus et subtilitas ista delectat, omitto verborum,
quamquam est caput; verum id adfert ratio, docent
litterae, confirmat consuetudo et legendi et loquendi; sed
hanc dico suavitatem, quae exit ex ore; quae quidem ut
apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone huius est 20
43 urbis maxime propria. Athenis iam diu doctrina ipsorum
Atheniensium interiit, domicilium tantum in illa urbe re-
manet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruun-
tur capti quodam modo nomine urbis et auctoritate; tamen
eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis 25
indoctus non verbis, sed sono vocis nec tam bene quam
suaviter loquendo facile superabit. nostri minus student

10.11 rustica vox: *Altevogt 60–68* || **12** sermo: *Zoll 50*

3–5 nolo praeterea *(sic)* exprimi – anhelata *Iul. Vict. RL 441,10* || **6** actionis: *§ 217 sqq., 224 sqq.* || **15** rusticanum *Vel. Long. GL 7,49,21*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** ac **C** aut *Firmani* || **2** sed **VOPU** et **R** || **3** nolo praeterea exprimi *Iul. Vict.* || **4** exanimata ς exa-minata **L** animata *Ernesti* || **5** quasi *om. Rom* | anhelita **R** || **7** quasi *secl. Bake*[1] *102* || **8** quin *Crat* qui **L** | aut **L** ut *Steph Ald Ernesti Firmani* || **9** quasi **L** quae sit *Bake*[1] *102* || **10** vitium *secl. Kayser* || **16** subtilitas **LB**[v] *(cf. Stroux*[2] *114)* suavitas **B**[n] *ed. Ascen-siana*[2], *Ernesti Richard* || **17** adfert **VU** affert **OP** adferet **R** || **22** tantum **L** etiam nunc *Biensfeld* || **25** quis **U**

litteris quam Latini. tamen ex istis, quos nostis, urbanis,
in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litte-
ratissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum
levitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat. **12**
5 quare cum sit quaedam certa vox Romani generis urbis- 44
que propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil
animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum,
hanc sequamur, neque solum rusticam asperitatem, sed
etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. equidem 45
10 cum audio socrum meam Laeliam – facilius enim mulieres
incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum
sermonis expertes ea tenent semper, quae prima didi-
cerunt – sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Nae-
vium videar audire; sono ipso vocis ita recto et simplici
15 est, ut nihil ostentationis aut imitationis adferre videatur;
ex quo sic locutum eius patrem iudico, sic maiores; non
aspere, ut ille, quem dixi, non vaste, non rustice, non
hiulce, sed presse et aequabiliter et leviter. quare Cotta 46
noster, cuius tu illa lata, Sulpici, non numquam imitaris,
20 ut Iota litteram tollas et E plenissimum dicas, non mihi
oratores antiquos, sed messores videtur imitari."

Hic cum adrisisset ipse Sulpicius, „sic agam vobiscum"
inquit Crassus „ut quoniam me loqui voluistis, aliquid de
vestris vitiis audiatis". „utinam quidem!" inquit ille;
25 „id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa, ut
arbitror, hic hodie vitia ponemus". „at enim non sine meo 47
periculo" Crassus inquit „possum, Sulpici, te reprehen-

17 rustice: *Altevogt 65*

3. 4 Valerium – vincat *Non. 162, 11* (*propter* pressu)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** Latini ς Latine **L** | urbanis *secl. Kayser* || **3** omniumque **U** || **4** levitate **VUR**^{v} *Bornecque (cf. Kumaniecki*[4]*)* lenitate **OPU**^{m}**R**^{n} *Non, omnes quod sciam editores* || **7** nihil – peregrinum *secl. Kayser* || **8** solam **R** || **11** servant **R** || **12** didicerint *Victorius* || **14** videar *om.* **P**^{1} || **16** locutum **VO**^{1} *(pr. Stroux*[3] *161)* locutum esse **O**^{2}**PUR** || **18** aequabiliter **VOPU** aequaliter **R**ς | leviter **VR**^{v} *(cf. Kumaniecki*[4]*)* leniter **OPUR**^{n} || **20** iota *Ven* iotam **UR**^{v} *Subl.* totam **VOP** | E **VOP** *om.* **UR** || **21** videtur *Ven* videris **VOPR** *Subl.* videaris **U** || **27** possum **OPUR** -umus **V**

dere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi
videri". tum ille: „tum cum monuit idem, ut ea, quae in
quoque maxima essent imitaremur; ex quo vereor, ne
nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus et pauca
quaedam verba et aliquem, si forte, motum". „ergo ista" 5
inquit Crassus, „quae habes a me, non reprehendo, ne me
ipsum inrideam – sunt autem mea multo et plura et
maiora quam dicis –; quae autem sunt aut tua plane aut
imitatione ex aliquo expressa, de his te, si qui me forte
13 48 locus admonuerit, commonebo. praetereamus igitur prae- 10
cepta Latine loquendi, quae puerilis doctrina tradit et
subtilior cognitio ac ratio litterarum alit aut consuetudo
sermonis cotidiani ac domestici, libri confirmant et lectio
veterum oratorum et poetarum. neque vero in illo altero
diutius commoremur, ut disputemus, quibus rebus adse- 15
49 qui possimus, ut ea, quae dicamus, intellegantur: Latine
scilicet dicendo, verbis usitatis ac proprie demonstranti-
bus ea, quae significari ac declarari volemus, sine ambiguo
verbo aut sermone, non nimis longa continuatione ver-
borum, non valde productis iis, quae similitudinis causa 20
ex aliis rebus transferuntur, non discerptis sententiis, non
praeposteris temporibus, non confusis personis, non per-
turbato ordine. quid multa? tam facilis est tota res, ut
mihi permirum saepe videatur, cum difficilius intellega-
tur, quid patronus velit dicere, quam si ipse ille, qui patro- 25

10 *ad § 48 Stroux*[1] *13*

1 dixit: *2, 89* || **3.4** ex quo – imitatus *Non. 175, 28* (*propter* supplosionem) || **17** proprie d.: *Arist. Rhet. 3, 2, 2 (1404b 5); cf. § 149*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** tum cum *scripsi Manutium secutus (alludit ad 2, 89, 90)* tum quod **L** tu vero quod *Schuetz quem Friedrich Wilkins Bornecque sequuntur* tu vero quoniam *Cima* quid quod *Bake Sorof Firmani* tu vero inquit ille quoniam *Lamb uno codice nisus Piderit Ellendt* || **4** nisi supplosionem **O**^{al} **P**^{2} **R**^{m} *Non* nihil supplosionem **VOP**^{1} **UR**^{v} || **6** non *om.* **U**^{1} || **7** mea **L** ea *Kayser quem fere omnes sequuntur (Sorof Friedrich Wilkins Bornecque)* || **12** aut *secl. Bake*[1] *Kayser* || **14** et **L** ac **R** || **18** ac **VOPU** et **R** || **18.19** sine – sermone *secl. Bornecque ut glossema quem Canilli sequitur* || **20** iis ς his **L** || **21** rebus *om.* **P**^{1}

num adhibet, de re sua diceret. isti enim, qui ad nos cau- 50
sas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non desideres planius dici. easdem res autem simulac Fufius aut vester aequalis Pomponius agere coepit, non aeque quid
5 dicant, nisi admodum attendi, intellego; ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat atque ut quodam modo ipsi sibi in dicendo
10 obstrepere videantur. verum, si placet, quoniam haec 51 satis spero vobis quidem certe maioribus natu molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus". „atqui vides" inquit Antonius „quam alias res agamus 14 [quam te inviti audiamus] qui adduci possumus – de me
15 enim conicio – relictis ut omnibus rebus te sectemur, te audiamus; ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de pervulgatis nova quaedam est oratio tua".

„Faciles enim" inquit „Antoni, partes eae fuerunt duae, 52 quas modo percucurri vel potius paene praeterii, Latine
20 loquendi planeque dicendi; reliquae sunt magnae, implicatae, variae, graves, quibus omnis admiratio ingenii, omnis laus eloquentiae continetur. nemo enim umquam est

18 *de §§ 52–55 Barwick 34 sq.*

10–12 quoniam – videri *Non. 450, 19* (*propter* putidum)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** isti **L** ei *Kayser* || **4** facere **R** || **9** in *secl. Bake*[1] *103* || **10** haec **L** haec equidem ς *Rom* || **11** maioribus natu *Non Man Bornecque* maioribus **L** maiora expectantibus *Reid* | molesta **L** inhonesta *Non* || **12** putrida **R** | odiosiora **L** operosiora *Purgold* digniora *Mähly* || **13** quam ς *Man alii* cum **L** *Friedrich* || **14** quam te inviti audiamus ς *Schuetz Ellendt Friedrich Richard* quam te invitia **L** *secl. Bake*[1] *103 Kayser Sorof Cima Wilkins Bornecque* quam aps te non inviti quidem adduci *Rom* quam a te inviti adduci *Henrichsen* qui a te inviti adduci *Madvig; totus locus nondum sanatus* | possumus **L** *(pr. Klotz*[2] *ad l.) Richard* -imus ς *Rom Henrichsen alii* || **15** omnibus rebus **L** rebus omnibus *codd. Lamb* || **15.16** te sectemur te audiamus *secl. Kayser* te audiamus *secl. Bake Wilkins Cima* || **18** faciles **OPB**[n] -is **VURB**[v] | eae **L** hae ς || **19** percucurri **OUR** *(cf. 1, 218; 2, 131)* percurri **VP** || **22** est unquam **R**

oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus; si est aliter, irrident neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, ut, qui adessent, intellegerent, quid diceret, sed
53 contempsit eum, qui minus id facere potuisset. in quo 5 igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui inluminate et rebus et verbis dicunt et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque con- 10 ficiunt: id est quod dico ornate. qui idem ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt, ii sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum et congruens
54 nominem. qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius et iis hoc nomen dixit eloquentiae solis esse 15 tribuendum. quare omnes istos me auctore deridete atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum praeceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur neque adhuc, quam personam teneant aut quid profiteantur, intellegere potuerunt. vero enim oratori, 20 quae sunt in hominum vita, quando quidem in ea versa-

5 *de § 53 Prümm 10sq., 15*

8–10 qui distincte -- conficere *(sic) Iul. Vict. RL 445, 2* || **14** negavit: *1, 94* || **16** me auctore: *1, 54* || **20**—p. 276, **2** vero *u. ad* debent *Quint. 2, 21, 6*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** est *secl. Bake*^{1} *103* || **2** modo *Bake*^{1} *103* || **3** putant esse **R** || **5** id minus **R** || **7** intuerentur **U** || **9** et rebus et verbis **L** et verbis et rebus *Iul. Vict.* | dicunt *om. Iul. Vict.* || **10** conficere *Iul. Vict.* || **11** id – ornate *secl. Matthiae*^{1} | quod dico **L** (quot **V**) qui dicunt *Schuetz* ii sunt qui dicunt *malit Ellendt* | qui idem *Crat.* quidem **L** qui quidem *aut* qui rem ς qui id quidem *Rom Ven Cob Thanner* qui hoc idem *Lamb* qui iidem *Ernesti* || **13** laudandi laudis *secl. Ernesti* laudandi *om.* ς *secl. Henrichsen* laudis *del. Schuetz* at *cf. Parzinger 54* | quod **O P** $\mathbf{U^2}$ $\mathbf{R^n}$ quot $\mathbf{V^v}$ $\mathbf{U^1}$ $\mathbf{R^v}$ || **14** nominem **L** *(pr. Stangl*^{12}*)* nomine **P** nomino ς *Lamb fere omnes editores* | negavit **L** $\mathbf{B^v}$ negat **B** || **14–16** qui *u. ad* tribuendum *secl. Bake* || **16** -es **O P U R** omnis **V** | deridete *Subl.* deinridete **L** || **17** comtemnite $\mathbf{V^v}$ | rethorum $\mathbf{V^v}$ || **18** oratorum **L** oratoriam *Lag 76 Bake Kayser Sorof* || **20** vero ς *Quint* verum **L** *Richard* verum enim vero ς | oratori *om. Richard*

tur orator atque ea est ei subiecta materies, omnia quae-
sita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.
est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus; 55
quamquam sunt omnes virtutes aequales et pares, sed
5 tamen est species alia magis alia formosa et inlustris; si-
cut haec vis, quae scientiam complexa rerum sensa mentis
et consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant, quocum-
que incubuerit, possit impellere; quae quo maior est vis,
hoc est magis probitate iungenda summaque prudentia;
10 quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradideri-
mus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus
quaedam arma dederimus. hanc, inquam, cogitandi pro- 15 56
nuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci
sapientiam nominabant. hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci,
15 hinc Solones atque ab hac similitudine Coruncanii nostri,
Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse
docti, sed impetu mentis simili et voluntate. eadem autem
alii prudentia, sed consilio ad vitae studia dispari, quie-
tem atque otium secuti, ut Pythagoras, Democritus,
20 Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem
rerum transtulerunt; quae vita propter tranquillitatem et
propter ipsius scientiae suavitatem, qua nihil est homini-
bus iucundius, pluris, quam utile fuit rebus publicis,

3 *ad §§ 55–147. De Philone ut fonte cogitant: Arnim 99, Wilamowitz, Hermes 35 (1900) 18; de Antiocho Ascalonita Kroll[1] 555, 558; de Posidonio Schulte 131; cf. tamen Laurand 80–82; Prümm 15–27; Perret 181 adn. 2; Michel 82–84* | *ad § 55 Schulte 34 adn. 3; Liebers 139; Michel 113* || **8. 9** *Orban 41 adn. 2* || **11** furentibus: *Fiske 131* || **12** *ad §§ 56–81 Barwick 35–39* | *ad § 56 Schulte 108–133; Orban 38–43*

3 est – virtutibus *Quint. 2, 20, 9* || **4** *cf. 1, 83* easque esse inter se aequalis et paris || **6** *cf. 1, 32* exprimere dicendo sensa || **12** sqq. *cf. Quint. 1 proem. 13* fueruntque haec, ut Cicero apertissime colligit, quemadmodum iuncta natura

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **5** tamen est species **L** tamen est specie *Kayser* specie tamen est *Schuetz* || **6** sensa **VOPU** seu **R** || **7** audiant **L** -unt *Iunt. Grut.* || **8** vis *del. Kayser* || **12** inquam *Rom* quam **L** || **16** tam $\mathbf{O}^{mal'}$ $\mathbf{P}^{2}$ $\mathbf{R}^{m}$ tamen $\mathbf{V}^{v}$ **O** $\mathbf{P}^{1}$ **U** $\mathbf{R}^{v}$ || **22** nihil **L** $\mathbf{B}^{v}$ nil $\mathbf{B}^{n}$

57 delectavit. itaque, ut ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis, multo plura quam erat necesse, doctissimi homines otio nimio et ingeniis uberrimis adfluentes curanda sibi esse ac quaerenda et investiganda duxerunt. nam vetus quidem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magistra; neque diiuncti doctores, sed idem erant vivendi praeceptores atque dicendi, ut ille apud Homerum Phoenix, qui se a Peleo patre Achilli iuveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret „oratorem verborum actoremque rerum". 58 sed ut homines labore adsiduo et cotidiano adsueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras conferunt aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum, sic illi a negotiis publicis, tamquam ab opere aut temporibus exclusi aut voluntate sua feriati totos se alii ad poetas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt, alii etiam, ut dialectici, novum sibi ipsi studium ludumque pepererunt atque in his artibus, quae repertae sunt, ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur atque virtutem, omne tempus atque aetates suas consumpserunt. **16** 59 sed quod erant quidam, iique multi, qui aut in re publica propter ancipitem, quae non potest esse seiuncta, faciendi dicendique sapientiam florerent, ut Themistocles, ut Pericles, ut Theramenes aut quamvis [qui] minus ipsi in re publica versarentur, sed ut huius tamen eiusdem sapientiae doctores essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates, inventi sunt, qui cum ipsi

1 *ad § 57 Kroll[1] 558; Kroll[2] 686* || **6–11** *Ronconi 96* || **22** *ad §§ 59 sq. Smethurst 273. 281*

11 *Il. IX, 443*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3. 4** doctissimi – adfluentes *secl. Bake[1] 104 Kayser* || **7** diiuncti **VO[v]PR** disiuncti **O[1]** devicti **U** || **8** participes **U[1]** (*corr.* **U[2]**) || **10** illum **L** *om.* ς *secl. Ellendt[1] alii* || **12** tempestatis **B[n]** *(pr. Stroux[2] 114)* tempestate **LB[v]** || **14** aliquem *om.* **R** || **15** a *om.* **P** || **16** voluntates suas *Pol[al]* || **19** repererunt *Lamb* || **25** aut quamvis *Kumaniecki[2]* aut quivis qui **L** aut qui ς *editores vocabulo* quivis *omisso* || **26** qui *seclusi* | ut **L** *om.* ς *secl. Orelli* || **28** Isocrates *om.* **P[1]**

doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis animi quodam iudicio abhorrerent, hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent; quorum prin- 60
ceps Socrates fuit; is, qui, omnium eruditorum testimonio
5 totiusque iudicio Graeciae, cum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem dedidisset, omnium fuit facile princeps iis, qui haec, quae nunc nos quaerimus, tractarent, agerent, docerent, cum nomine appellarentur
10 uno, quod omnis rerum optimarum cognitio atque in iis exercitatio philosophia nominaretur, hoc commune nomen eripuit sapienterque sentiendi et ornate dicendi scientiam, re cohaerentes, disputationibus suis separavit; cuius ingenium variosque sermones immortalitati scriptis
15 suis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset. hinc discidium illud extitit quasi linguae atque 61
cordis, absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. nam cum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diversis et in
20 omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se et multum diiunctae et dispares, cum tamen omnes se philosophi Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur. ac primo ab ipso Platone Aristoteles et 17 62
25 Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiae nomen obtinuit, deinde ab Antisthene, qui patien-

3 *ad § 60 Schulte 139* || **14–16** *Zoll 77* || **14** sermones: *Zoll 36* || **26** Antisthene: *Zoll 31*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** doctrina et **L**(**O**[v]) doctrinae **O** | ingeniis **L**(**O**[v]) ingenio *Bake Kayser* || **4** fuit *secl. Ellendt Stangl*[12] | fuit is qui *secl. Kayser* || **4–8** fuit – princeps *secl. Bake* | omnium – princeps *secl. Kayser* || **7** dedidisset **VU** dedisset **OPR** || **9** cum *ς* tum **L** || **10** *post* uno *lacunam statuit Bornecque* ⟨σοφισταί⟩ *suppl. Philippson Ph. Woch. 51, 1931, 203* || **13** scientias *Philippson l. l.* || **14–16** cuius – reliquisset *secl. Bornecque auctore Courbaudio Canilli at cf. Zoll 77 adn. 4a* || **15** Socrates *secl. Kayser* || **16** discidium **OPR** *(cf. Madvig De fin. Exc. 11)* dissidium **VU** || **17** et[2] *om.* **P** | reprehendum **R** reprendendum *Bornecque* || **19** Socrati **U** || **22** disiunctae **U** || **23** philosophi *del. Schuetz* || **25** Academicorum *Rom*

tiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, dein Stoici, tum ab Aristippo, quem illae magis voluptariae disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille et eius posteri simpliciter defenderunt, hi, qui nunc voluptate omnia me- 5 tiuntur, dum verecundius id agunt, nec dignitati satis faciunt, quam non aspernantur, nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt. fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretricorum, Erilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum; 10 sed ea horum vi et disputationibus sunt iam diu fracta
63 et extincta. ex illis autem, quae remanent, ea philosophia, quae suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quaerimus et quem auctorem publici consilii et regendae civitatis ducem 15 et sententiae atque eloquentiae principem in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. nec ulla tamen ei philosophiae fiet iniuria a nobis. non enim repelletur inde, quo adgredi cupiet; sed in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter et delicate nos avocat a rostris, 20 a iudiciis, a curia, fortasse sapienter, ⟨h⟩ac praesertim [a]
64 re publica. verum ego non quaero nunc, quae sit philosophia verissima, sed quae oratori coniuncta maxime. quare istos sine ulla contumelia dimittamus; – sunt enim et boni viri et, quoniam sibi ita videntur, beati; – tan- 25 tumque eos admoneamus, ut illud, etiam si est verissi-

19–22 *Martinelli*[1] *71* || **22** *ad § 64 Smethurst 181*

7.8 nec — amplexari possunt *(sic) Non. 470, 17* (*propter* amplexa pro amplexare)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** adamavit **R** || **2** dein **VOU** *(pr. Stangl*[7] *30)* deinde **PR** || **3** disputationes *om.* **P**[1] || **5** defenderunt ς *editores* -erant **L** -ebant *Friedrich*[4] || **8** volunt **L** possunt *Non* || **9** dicerent *Ernesti* || **10** Eretriacorum *Lamb* || **11** horum – disputationibus *secl. Bake*[1] *Kayser* || **13** videatur **O**[1]**PUR** *(cf. Lebreton 354)* videtur **VO**[2] || **16** atque eloquentiae *secl. Bake Kayser* || **19** ⟨non⟩ cupiet *Matthiae*[1] *Sorof (at cf. Adler ad l.)* || **20** etiam et **R** || **21** hac praesertim re *Lamb.* ac praesertim a re **L** || **23** verissima **OPUR** -mi **V** || **25** tantum *Bake* || **26** est **L** sit *Bake alii*

mum, tacitum tamen tamquam mysterium teneant, quod negant versari in re publica esse sapientis. nam si hoc nobis atque optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maxime cupiunt, otiosi. Stoicos autem, 18 65
5 quos minime improbo, dimitto tamen nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt; atque hanc [ab] iis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. sed utcumque est, ⟨est⟩ in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore, valde
10 abhorreat: vel quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostes, insanos esse dicunt neque tamen quemquam esse sapientem. valde autem est absurdum ei contionem aut senatum aut ullum coetum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo civis,
15 nemo liber esse videatur. accedit quod orationis etiam 66 genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed ut in oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, ac tamen eius modi, quo uti ad vulgus nullo modo possit; alia enim et bona et mala
20 videntur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus, alia vis honoris, ignominiae, praemii, supplicii; vere an secus nihil ad hoc tempus, sed ea si sequamur, nullam umquam rem dicendo expedire possimus. reliqui sunt 67 Peripatetici et Academici; quamquam Academicorum
25 nomen est unum, sententiae duae. nam Speusippus,

4 *ad § 65 sq. Thromm 59 sq.* | *ad § 65 Laurand 54 Kroll*[1] *561 adn. 3 Heinemann I 45; Liebers 139; Michel 113 sq.* || **15** *ad § 66 Michel 364*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **6** hanc iis *Gruter* hanc ab his **L** hanc ab iis *Rom* || **8** utcumque *Ellendt Cima Bornecque Canilli Firmani (pr. Stangl*[7] *30)* utrumque **L** *(def. Friedrich Ammon)* utique *Klotz*[2] *Adler* nimirum *Kayser Sorof Wilkins* vitium quoque *Reid secl. Bake* || **9** ⟨est⟩ *add. Ellendt* || **10** vel **C** et *Lamb* vel ⟨ineptissimum⟩ *Sydow* | sint **L**(**O**[v]) sunt **O**[1] sunt **P** || **11** latrones *secl. Pearce alii (at cf. Kumaniecki*[3]*)* || **12** esse *om.* **R** || **13** nullum **R** || **14** adsint **VOUR** assint **P** || **16.17** et – inusitatum *om.* **R** || **17** abhorrescens **R** || **18.19** ac tamen – possit *secl. Ellendt* | ac tamen **C** *(def. Friedrich Wilkins ad l.)* attamen *Schuetz* ac tandem *Lamb*[m] ac totum *Ernesti Firmani* || **19** possit **L** possis *Man Kayser* possint *Lamb* || **25** Speusippus *Pol*[al] Chrysippus **L**

Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis 5 libris sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit; quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque iudicium primumque instituisse – quamquam id fuit Socraticum maxime –, 10 non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset disputare. 68 hinc haec recentior Academia manavit, in qua extitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades; cuius ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos 15 laudare possum et socerum meum Scaevolam, qui eum Romae audivit adulescens, et Q. Metellum L. f. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adulescente Athenis iam adfectum senectute multos dies auditum esse dicebat. 19 69 haec autem, ut ex Appennino fluminum, sic e 20 communi sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia, ut philosophi tamquam in superum mare Ionium defluerent, Graecum quoddam et portuosum, oratores autem in inferum hoc Tuscum et barbarum, scopulosum atque infestum laberentur, in quo etiam ipse Ulixes er- 25

11 contra id: *P. Coussin, Rev. de Phil. 11 (1937) 401–403*

8 *Acad. 2, 16* floruit ... admirabili quodam lepore dicendi || **20. 21** sic – divortia *Non. 290, 20* (*propter* divortium)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** magno opere *scripsi* magnopere **L** | dissensit **L** dissenserunt *Lamb*[m] *Rackham* dissentiunt *Bake*[1] *108 at cf. Lebreton 15* || **4** ⟨certe⟩ varietate *Bornecque* || **5** primus *Bake*[1] *108* || **7** certi *secl. Bake*[1] *Kayser* || **8** usum *Subl.* usu **L** || **9** primum **R** (primumque **R**[v]) || **12** disputare *Subl.* putare **VOPR** putarer **U** || **13** manavit **L** emanavit ς *Ernesti Richard Rackham* || **16** possum **L** -im ς *Rom* || **18** adolescente **U** || **19** defectum **R** || **20** autem *secl. Bake* | e *Non* ex **C** || **21** sapientiae *Non omnes fere editores* sapientium **VOPUR** *Piderit Richard* sapientum **R** ς || **22–25** ut – errasset *secl. Bake* || **22** Ionium *secl. Kayser Sorof alii* || **23** quoddam **L** quiddam *Vict.* || **24** Tuscum et barbarum *secl. Kayser Bornecque Canilli* || **25** ⟨vix⟩ errasset *Havet*

rasset. quare, si hac eloquentia atque hoc oratore conten- 70
ti sumus, qui sciat aut negare oportere quod arguare, aut,
si id non possis, tum ostendere quod is fecerit, qui insimu-
letur, aut recte factum aut alterius culpa aut iniuria aut,
5 ex lege aut non contra legem aut imprudentia aut necessa-
rio aut non eo nomine usurpandum quo arguatur, aut non
ita agi ut debuerit ac licuerit; et, si satis esse putatis ea,
quae isti scriptores artis docent, discere, quae multo tamen
ornatius, quam ab illis dicuntur, et uberius explicavit
10 Antonius – sed, si his contenti estis atque iis etiam, quae
dici voluistis a me, ex ingenti quodam oratorem immen-
soque campo in exiguum sane gyrum compellitis. sin 71
veterem illum Periclen aut hunc etiam, qui familiarior
nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenen
15 sequi vultis et si illam praeclaram et eximiam speciem
oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis, aut vobis
haec Carneadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda
est. namque, ut ante dixi, veteres illi usque ad Socraten 72
omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae
20 ad vitam, quae ad virtutem, quae ad rem publicam per-
tinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione
iungebant; postea dissociati, ut exposui, a Socrate diserti
a doctis et deinceps a Socraticis item omnibus; philosophi
eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam neque quic-

6 sq. *Weidner 35*

9 *cf. 2, 104, 111; 2, 162–173* || **11** sq. *Acad. 2, 112* cur eam tantas in angustias ... compellimus || **13. 14** hunc — est *Non. 142, 17* (*propter* multitudo)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** possis **L** possit ς *Man Ernesti* | tum **L** tamen *Rom* || **4** aut[3] **L** vel *Kayser* || **6** non eo *Subl.* in eo **L** | arguitur **U**[1] || **7** ac **L** aut ς || **11** oratorem *Lag 14, 16, 70* oratore **L** || **13** Periclen **OU** Periclem **VPR** || **14** est **VOPR** etiam **U** | Demosthenen **L** -em ς *editores* || **16** oratoris perfecti *secl. Kayser* | pulchritudinem **VUR** pulcrit- **OP** || **17** Aristoteleia **P** | comprendenda *Bornecque* || **18** Socraten *scripsi* Socratem ς Isocratem **L** (Isocraten **R**) || **22** dissociatis *Lamb*[m] *Ernesti Schuetz* | diserti *Ven* deserti **L** disertis *Lamb*[m] *Ernesti Schuetz* || **22. 23** diserti a doctis *secl. Mueller alii ret. Richard* || **23** a[1] **L** et *Pearce Ernesti* | *post* omnibus *medie interpunxi Ellendt secutus* || **24** *post* sapientiam *interpunctionem delevi* | quicquam **OPR** quidquam **VU**

quam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur; ex quo promisce haurirent, si ma-
73 nere in pristina communione voluissent. sed ut pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut 5 etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent instituti, sic Socratici a se causarum actores et a communi philosophiae nomine separaverunt, cum veteres dicendi et intellegendi mirificam societatem esse voluissent.

20
74 Quae cum ita sint, paululum equidem de me deprecabor 10 et petam a vobis, ut ea, quae dicam, non de memet ipso, sed de oratore dicere putetis. ego enim sum is, qui cum summo studio patris in pueritia doctus essem et in forum ingenii tantum quantum ipse sentio, non tantum quantum [ipse] forsitan vobis videar, detulissem, non possim dicere 15 me haec, quae nunc complector, perinde ut dicam discenda esse, didicisse, quippe qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim annosque natus unum et viginti nobilissimum hominem et eloquentissimum in iudicium vocarim; cui disciplina fuerit forum, magister usus et leges 20
75 et instituta populi Romani mosque maiorum. paululum sitiens istarum artium de quibus loquor, gustavi, quaestor in Asia cum essem, aequalem fere meum ex Academia rhetorem nactus Metrodorum illum, de cuius memoria commemoravit Antonius, et inde decedens Athe- 25 nis, ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, ad quae biduo serius

3—5 sed — voluerunt *Non. 142, 15* (*propter* multitudo) || **4.5** tris viros epulones *Prisc. inst. gr. GL 2, 121, 18* || **25** commemoravit: *2, 360*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** promisce **VOPU** promiscue **O**al′ **R** *Firmani Richard Rackham* || **4** sacrificiorum **L** sacrorum *Non* || **9** mirificam *secl. Kayser* || **10** paulum *Lamb* | etiam **R** || **11** petam *om.* **U**¹ | ⟨me⟩ non *Sorof* at *cf. Kühner Stegmann I 701* || **12** dici *malit Friedrich* || **14** tantum² *del. Ernesti Schuetz* || **15** ipse **L** *secl. Ernesti Schuetz alii ret. Richard* | fortasse **R** | possim **VOPU** -ūm **R**ς || **16** proinde *Lamb* | dicenda **R** || **18** unum et viginti **R** unum et XX **VOPU** undeviginti *Lamb* || **21** paululum **L** paulum ς *Rom* || **23** in Asia *fort. delendum putat Cahen Bull Critique 2, 1905, 508* | Achademia **OPR** || **25** inde *om.* **U**¹ || **27** referent **OP**

veneram, succensuissem. quare hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinae, non modo non pro me, sed contra me est potius – non enim quid ego, sed quid orator possit disputo – atque hos omnes, qui artes rhe-
5 toricas exponunt, perridiculos. scribunt enim de litium genere et de principiis et de narrationibus. illa vis autem 76 eloquentiae tanta est, ut omnium rerum, virtutum, officiorum omnisque naturae, quae mores hominum, quae animos, quae vitam continet, originem vim mutationes-
10 que teneat, eadem mores, leges, iura describat, rem publicam regat omniaque, ad quamcumque rem pertineant, ornate copioseque dicat. in quo genere nos quidem ver- 77 samur tantum, quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu valemus; neque
15 tamen istis, qui in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae conlocarunt, multum sane in disputatione concedimus. quid enim meus familiaris C. Velleius afferre potest, 21 78 quam ob rem voluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim vel tutari, si velim, vel refellere ex
20 illis locis, quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unus quisque nostrum versatus? quid est quod aut Sex. Pompeius aut duo Balbi aut meus amicus, qui cum Panaetio vixit, M. Vigellius de virtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione
25 ego his debeam aut vestrum quisquam concedere? non 79

2 scientiam vimque doctrinae: *Altevogt 21* || **6** *ad §§ 76–80 Smethurst 289*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** succensuissem **OP** suscensuissem **V**[v] **U** sustensuissem **R**[v] || **5** perridiculos *secl. Kayser* perridiculos ⟨iudico⟩ *Klotz*[2] || **8** morem *Schuetz* || **10** describat **L** discribat *Friedrich* || **10–12** rem – dicat *om.* **U**[1] || **11** omniaque **VOU**[2]**R** omnia quae **U**[1]ς | quamque *Lamb* | pertineat **U**[2]**R** || **17** qui **P** | C. Velleius *Crat* Gallus Veleius **VR** Velleius **OP** Valeius **U** || **18** ⟨hominum⟩ summum **R** || **20** hic **R** || **21** Veleius **OPR** Veleius **V** Velenius **U** || **23** Viselius *Vict.* || **24** hominum Stoici **L** *Friedrich Wilkins Bornecque (cf. Nat. deor. 3, 46)*: homines Stoici *Ascensiana Man alii (pr. Stangl*[v] *31 Ammon)* hominum Stoice *Heusinger ap. Schuetz* omni Stoici *malit Wilkins* omnino *Browning* hominum Stoici *secl. Bake Kayser Cima* Stoici *secl. Sorof Browning* || **24** possunt **R**

est enim philosophia similis artium reliquarum. nam quid faciet in geometria, qui non didicerit? quid in musicis? aut taceat oportebit aut ne sanus quidem iudicetur. haec vero, quae sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id, quod in quoque veri simile est, eliciendum acutis atque acribus 5 eaque exercitata oratione poliuntur. hinc hic noster vulgaris orator, si minus erit doctus ac tamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem nostros verberabit neque se ab iis contemni ac despici si-
80 net. sin aliquis extiterit aliquando qui Aristotelio more 10 de omnibus rebus in utramque sententiam possit dicere et in omni causa duas contrarias orationes praeceptis illius cognitis explicare aut hoc Arcesilae modo et Carneadi contra omne quod propositum sit disserat quique ad eam rationem exercitationemque adiungat hunc rhetoricum 15 usum moremque [exercitationemque] dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis nec sine varietate
81 doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest. quare

6.7 vulgaris orator: *Barwick 8–10* || **13** Arcesilae modo et Carneadi: *Zoll 94* || **18.19** varietate doctrinae: *Altevogt 16*

19–p. 286, **2** quare – excludere *Non. 82, 14* („Coracem nove positum pro corvo" Cicero De oratore III)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** iudicabitur *Pluygers* || **6** eaque – poliuntur *secl. Kayser* | exercitata **L** excogitata *Schuetz* excitata *Madvig*[1] *Klotz*[2] | hinc hic *Pearce Cima Firmani* hic hic **L** hic ς *Lamb edd. recc.* hinc *Mueller* || **7** erit **VUR** est **OP** | ac tamen **VO**[V]**P**[1]**U** attamen **O**[1]**P**[2]**R** || **9** nostros **L** *(def. Stangl*[7] *34) secl. Ernesti alii* philosophos *Piderit* doctos *Sorof* magistros *Klotz*[2] *Firmani* | contemni ac despici **L** contemni despicique ς *Rom (pr. Lochmüller 27 sq.)* despici ac contemni *Bornecque clausulae causa* || **10** Aristotelio **L** Aristotelico ς *Man* || **11** sententiam **L** *Ald Ernesti (cf. 1, 117; Quir. 17 Cael. 29) pr. Philippson* partem *Lag 3, 5, 32, 73 inde a Lambino fere omnes editores (pr. Bornecque)* partem sententiam ς *duo codd. Lamb Pearce* || **13** Carneadis *Ernesti* || **15** exercitationemque **L** *om.* ς *del. editores at cf. § 93 et 107* | rhetoricum *del. Schuetz alii* || **16** moremque *del. Lamb alii at cf. § 95* maioremque *Stangl* | exercitationemque **L** *del. Kumaniecki* | sit **L** erit *Bake Kayser Sorof*

Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem tamquam puerilis delicias aliquas depingere; nos-
5 que ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris quos nemo oratorum istorum umquam attigit, comprehensa esse videatur".

22

10 Tum Catulus „haudquaquam hercle" inquit „Crasse, 82 mirandum est esse in te tantam dicendi vel vim vel suavitatem vel copiam; quem quidem antea natura rebar ita dicere, ut mihi non solum orator summus, sed etiam sapientissimus homo viderere; nunc intellego illa te semper
15 etiam potiora duxisse, quae ad sapientiam spectarent, atque ex his hanc dicendí copiam fluxisse. sed tamen cum omnis gradus aetatis recordor tuae cumque vitam tuam ac studia considero, neque, quo tempore ista didíceris, video nec magno opere te istis studiis, hominibus, libris
20 intellego deditum. neque tamen possum statuere, utrum magis mirer te illa, quae mihi persuades maxima esse adiumenta, potuisse in tuis tantis occupationibus perdiscere, an, si non potueris, posse isto modo dicere". huic 83 Crassus „hoc tibi" inquit „Catule, primum persuadeas
25 velim me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum.

10 *de §§ 82–90 Barwick 40–42* || **23** *ad § 83 Michel 132*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** vestrum **L** *Non (def. Cima ad l. coll. Ac. 2,105; De or. 1,91)* veterem *Pearce alii praeter Friedrichium Cimam; secl. Piderit Philippson* || **2** excludere **L** excudere *Stangl Philologus 45,669* | et **P** || **5** ac tamen **R** | aesterni **U** externi **R** || **8** oratorum *secl. Henrichsen quem secuti sunt plerique editores; ret. Richard* rhetorum *Pearce Cima at cf. Ernesti ad l.* | nunquam **U**ς | comprensa *Bornecque* || **10** hercle **L** -ule ς *Rom* || **11** esse *om. Rom* || **14** te illa **R** || **15** etiam **VOPU** esse **R** || **16** effluxisse *Bornecque clausulae causa* || **19** magno opere *scripsi* magnopere **L** || **20** ⟨fuisse⟩ intellego *Lamb* || **22** tuis tantis **L** *(cf. Cluent. 13)* tantis tuis ς *Lamb editores inde ab Ellendtio fere omnes* || **23** an si *Lag 35,65* ac si **L** | huic **VO**^{v} **U** hinc **OP**^{1} **R**^{m} hic **P**^{2} **R**

negarem enim posse eum satis facere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset; neque, ea cum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stul-
84 tum alieni artificii existimatorem. similiter nunc de oratore, vestro impulsu, loquor, summo scilicet. semper enim, 5
quacumque de arte aut facultate quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. quare si iam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo; quid enim nunc sim ineptus? ita me existimari scio. quod si ita est, summus tamen certe non sum. neque 10
enim apud homines res est ulla difficilior neque maior nec
85 quae plura adiumenta doctrinae desideret. ac tamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. vis enim et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis et quanta sit, intellegi 15
non potest. me autem, Catule, fateor neque hodie in istis libris et cum istis hominibus vivere nec vero, id quod tu recte commeministi, ullum umquam habuisse sepositum tempus ad discendum ac tantum tribuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis aetas, forenses feriae con- 20
23 86 cesserint. ac si quaeris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rem publicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ii sumpserunt, quos discentes vita defecit. omnes enim artes aliter ab iis tractan- 25
tur, qui eas ad usum transferunt, aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in vita sunt aliud acturi.

11 maior: *1, 16; Plato Gorg. 488 C* || **18** commeministi: *§ 82*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** palaestram **C**(**R**v) palaestr·g·are **R**m (g = gasparinus) || **4** aestimatorem *Man* || **5** nostro **U**1 | summo scilicet *secl. Bake*1 *110* || **9** existimari *Lag 76 editores* -re **L** *Friedrich* || **10** non sum certe **V** *(sed ordo postea restitutus)* || **11.12** nec quae **OPUR** neque quae **V** *(postea* quae *deletum)* neque ς || **12** desideret **OPUR** quae desideret **V** | ac tamen *Sorof (cf. 1, 148)* attamen **L** || **13** disputatum *Rom* || **16** his **U** (istis **U**m) || **17** nec **L** neque ς *Lamb* || **19** dicendum *Bornecque* || **20** puerilis aetas *secl. Cima*4 | forenses **L** forensesque ς et forenses *Lamb* | concesserint **L** -erunt ς *Rom Lamb* || **21** ac si **L** at si ς *Rom Ernesti* || **25** discentis **R**

magister hic Samnitium summa iam senectute est et cotidie commentatur; nihil enim curat aliud. at Q. Velocius puer addidicerat; sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,

5 quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper;

sed plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius cotidie cantabat; erat enim scaenicus. quid faceret aliud? at Numerius Furius noster familiaris, cum est 87
10 commodum, cantat. est enim pater familias, est eques Romanus; puer didicit quod discendum. eadem ratio est harum artium maximarum. dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus, philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem. at eius avunculum vix intellegeres
15 id agere, cum ageret tamen, Africanum. ista discuntur facile, si et tantum sumas, quantum opus sit, et habeas qui docere fideliter possit, et scias etiam ipse discere; sed 88
si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio et quaestio cotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa de-
20 lectatione vestiges. ita fit ut agitatio naturae rerum sit infinita, cognitio facilis, ⟨si⟩ usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat.

12 artium maximarum: *Altevogt 26*

5 *Lucilius v. 1273 sq. M.; ROL III 58*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** Samnitium **VO**^{v}**U** Sannitium **O**^{1} Samnitum **PR** | summa **L** et summa ς *Waldarfer Ernesti Mueller* || **2** at Q. Velocius *Victorius ceteri* atque Velocius **L** atque ea quae Velocius *Rom* || **3** addidicerat **L**(**O**^{v}) addicerat **O**^{1} | quod *om.* **U**^{1} || **6** Samnis **L**(**O**^{v}) Sanius **O**^{1} Samnius *Rom* | cuivis **L** civis ς *Rom* || **11** quoad *Havet* | discendum **L** discendum fuit *Lag 92 Havet* discendum est *malit Friedrich*^{2} *49* || **12** dies et **L** at dices et **P**$^{al\prime}$ | noctes **V**^{m}**O**^{al} dies et noctes *Gasp.* [i. e. Gasparinus Barzizza] **O**^{m}**U R**^{m}; noctes *om.* **V**^{v} (*suppl.* **V**^{m}) **OPR**^{v} | virum **P**^{al} verum **VOP**^{1}**UR** || **13** philosophiae *malit Friedrich Firmani* || **15** agent **R** || **18** facere **R** || **19** gignat *Ernesti* || **20** vestiges **L** investiges ς | agitatio naturae *Sydow 234 (collato Or. 16)* agitatione **L** agitatio ne *Friedrich* agitatio *Mueller Ernesti alii* || **21** si *ins. Schuetz alii praeter Friedrich*

libet autem semper discere; ut si velim ego talis optime
ludere aut pilae studio tenear, etiam fortasse, si adsequi
non possim; at alii, quia praeclare faciunt, vehementius
quam causa postulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla
89 talis. quare nihil est quod quisquam magnitudinem ar- 5
tium ex eo, quod senes dicunt, pertimescat. namque aut
senes ad eas accesserunt aut usque ad senectutem in stu-
diis detinentur aut sunt tardissimi. res quidem se mea
24 sententia sic habet, ut, nisi quod quisque cito potuerit,
90 numquam omnino possit perdiscere". „iam, iam" inquit 10
Catulus „intellego, Crasse, quid dicas; et hercule adsen-
tior. satis video tibi homini ad perdiscendum acerrimo
ad ea cognoscenda, quae dicis fuisse temporis". „pergisne"
inquit Crassus „me quae dicam de me, non de re putare
dicere? sed iam, si placet, ad instituta redeamus". „mihi 15
vero" Catulus inquit „placet".

91 Tum Crassus „quorsum igitur haec spectat" inquit
„tam longa et tam alte repetita oratio? hae duae partes,
quae mihi supersunt, inlustrandae orationis ac totius elo-
quentiae cumulandae, quarum altera dici postulat or- 20
nate, altera apte, hanc habent vim, ut sit quam maxime
iucunda, quam maxime in sensus eorum qui audiunt, in-
92 fluat et quam plurimis sit rebus instructa. instrumentum
autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opi-
nionibus, exiguum saneque mendicum est. illud rursus 25
ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi ma-

17 *de §§ 91–95 Barwick 43 sq.*

9 *Aug. de doctr. Chr. 4, 3, 4 (Patr. Lat. Migne 34, 90);* ipsos Romanae principes eloquentiae non piguit dicere quod hanc artem nisi quis cito possit numquam omnino possit perdiscere || **14** de me: *§ 74*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **2** ut pila *Madvig*[1] *94* || **3** possim **R**ς || **4** citius **U** | Brulla **L**(**O**[v]) Brutus **O**[1] || **7** eam ς || **9** sic ⟨se⟩ **R** | nisi quis cito possit *Aug* || **18** haec **U** || **20** dici postulat ornate *Crat quem omnes fere sequuntur* dicit postulat **L** (ornate *omisso*) dici ornate postulat ς ornate dici postulat ς *Ven Cob Thanner Schuetz* || **21** habent **U**[m] **R**[n] habet **VOPUR**[v] || **24** tractum ς tractatum **L** || **25** sane atque *Rom Ernesti Rackham Richard*

gistros, non multum est maius quam illud vulgare et forense. apparatu nobis opus est et rebus exquisitis undique [et] collectis, accersitis, comportatis, ut tibi, Caesar, faciendum est ad annum; ut ego in aedilitate laboravi, quod 93
5 cotidianis et vernaculis rebus satis facere me posse huic populo non putabam. verborum eligendorum et collocandorum et concludendorum facilis est vel ratio vel sine ratione ipsa exercitatio. rerum est silva magna, quam cum Graeci iam non tenerent ob eamque causam iuventus
10 nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri extiterunt; quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo, ut nescio quos dicere aiebant, acui ingenia adulescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. nam 94
15 apud Graecos, cuicuimodi essent, videbam tamen esse praeter hanc exercitationem linguae doctrinam aliquam et humanitatem dignam scientia; hos vero novos magistros nihil intellegebam posse docere, nisi ut auderent; quod etiam cum bonis rebus coniunctum per se ipsum est
20 magno opere fugiendum. hoc cum unum traderetur et cum impudentiae ludus esset, putavi esse censoris, ne longius id serperet, providere. quamquam non haec ita 95
statuo atque decerno, ut desperem Latine ea, de quibus

4 *ad §§ 93–95 E. Norden, Antike Kunstprosa I 222–228; V. Brugnola Boll. di Fil. Cl. 7 (1900) 155; R. Sabbadini, Boll. di Fil. Cl. 7 (1900) 230 sq. Kroll*[1] *552 sq.; Laurand 8–11; Martinelli*[1] *71–76; Weidner 63–65. 89–91* || **22** *ad § 95 Vogt 23; Steidle 26*

10 sq. *Quint. 2,4,42:* Latinos vero dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse Cicero auctor est. *cf. Tac. dial. 35*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** multum **L** -o *Man Lamb (at cf. Wilkins ad l.)* || **3** et **L** *om.* ς *secl. Schuetz alii* || **4** in aedilitate *secl. Bake*[1] *Kayser* || **10.11** si diis placet **O**^{v} (**O**^{m} *haec adnotavit:* si diis placet.$^{vet'}$ vetustissimum quidem codicem hic male interpretatus est primus transformator noster) **R** si displacet **V**^{v}**OPU**[1] si dis placet ς || **12** substuleram **R**ς || **15** cuicuimodi *Man ceteri* qui cuiusmodi **VOP** quicuimodi **UR** *Richard* qui eiusmodi ς *Ernesti* | videbam **OPUR** videbant **V**ς || **17** humanitatem dignam scientia **L** *(def. Herthel 29)* humanitate dignam scientiam *Lamb edd. rec.* || **18** nisi audere *Bake*[1] || **19** etiamsi *Bake*[1] | ⟨laudandum⟩ per *Bake*[1] || **20** magno opere *scripsi* magnopere **L** || **23** discerno **R**

disputavimus, tradi ac perpoliri; patitur enim et lingua nostra et natura rerum veterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri; sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt; sin quando extiterint, 5 etiam Graecis erunt anteponendi.

25 96 Ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam et suco suo. nam ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut doloris habeat quantum opus sit, non est singulorum arti- 10 culorum; in toto spectantur haec corpore. ut porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum aequabiliter per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint quasi in ornatu disposita quae- 97 dam insignia et lumina. genus igitur dicendi est eligen- 15 dum, quod maxime teneat eos, qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet; non enim a me iam expectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta; aliud quiddam maius et ingenia me hortantur vestra et 20 98 aetates. difficile enim dictu est, quaenam causa sit cur ea, quae maxime sensus nostros impellunt voluptate et specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur. quanto colorum pulchritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis 25 pleraque quam in veteribus! quae tamen, etiam si primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant; cum idem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque tenea-

7 *de §§ 96–103 Prümm 11sq.; Barwick 44–48* | *de § 96 Michel 309, 357* || **17** sine satietate: *Michel 359* || **21** *de §§ 98–100 Steidle 23* || **24** – p. 292, **1** *Fiske 135*

24sqq. *or. 169, Hor. AP 361sqq.*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** perpoliri ⟨posse⟩ *Pearce at cf. Lebreton 192* || **2** et natura rerum *om.* **P^1** || **4** omnibus **O** || **5** extiterunt **R** || **6** et **R** || **10** doloris *Bake[1] 110* dolores **L** || **11** spectentur *malit Friedrich* || **16** audiunt ς || **19** obsoleta *Subl.* inobsoleta **L** || **20** maius **R**ς magis **VOPU** || **21** est dictu **R** || **22** ea **L** etiam *Mueller* || **23** celerrime **V^m $O^{al'}$ P^2 R^m** celeberrime **V^v O^1 P^1 U R^v** || **27** ceperunt **L**(**R^v**) ceperint **R^n**

mur. quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae quam certae et severae! quibus tamen non modo austeri, sed, si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat. licet hoc videre in reliquis sensibus; 99
5 unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis quam his moderatis, et magis laudari quod ceram quam quod crocum olere videatur; in ipso tactu esse modum et mollitudinis et levitatis. quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique
10 dulcitudine praeter ceteros sensus commovetur, quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit! quis potione uti aut cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere ea, quae leviter sensum voluptate moveant, facillime fugiant satietatem. sic omnibus in rebus voluptati- 100
15 bus maximis fastidium finitimum est; quo hoc minus in oratione miremur, in qua vel ex poetis vel ex oratoribus possumus iudicare concinnam, distinctam, ornatam, festivam, sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta vel poesis vel
20 oratio, non posse in delectatione esse diuturna. atque eo citius in oratoris aut in poetae cincinnis ac fuco offenditur,

6sq. *Plin. NH 13,3,4:* in M. Ciceronis monimentis invenitur unguenta gratiora esse quae terram *(sic)* quam quae crocum sapiant *(sic) NH 17,5,3*: Cicero ... meliora, inquit, unguenta sunt, quae terram quam quae crocum sapiunt || **7.8** in ipso – levitatis *Non. 135,22* (*propter* mollitudinem) || **8–10** quin – commovetur *Non. 96, 32* (*propter* dulcitas, dulcitudo) || **20.21** atque *u. ad* offenditur *Non. 450,23* (*propter* cincinnos ac fucum)

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** meliores **R** || **4** exclamat **R**[1] (*corr.* **R**[2]) | sensibus **OPUR** sensis **V** || **7** ceram **OR** caeram **VU** cacram **P** *Ellendt Sorof Harnecker Cima Bornecque* terram *Plin Lamb Piderit Kayser Friedrich* | olere **L** *Ellendt Sorof Harnecker Cima Bornecque (quod propter clausulam praeferendum cf. Kumaniecki*[2]*)* sapere *Plinius Lamb Piderit Kayser* || **8** esse **L** *om. Non* | levitatis **VOP** *Non* lenitatis **URς** || **9.10** quique – commovetur *suspecta Schuetzio* || **12** cum *Ellendt* quam **L** || **13** leviter **VOPU** leniter **R** || **14** effugiant *Ernesti* | in *om.* **R** || **16.17** in qua – iudicare *secl. Kayser* || **16** vel ex oratoribus *secl. Schuetz* || **18** reprensione *Bornecque* respiratione *Lamb* || **19.20** vel poesis vel oratio *secl. Schuetz Kayser (def. Wilkins ad l.)* || **20** potest *Pol*[a1] || **21** aut in poetae *secl. Bake*[1] *Kayser* | in[2] *om. Non* | concinnis **R** | offenditur **L(O**[v]**)** ostenditur **O**[1]

quod sensus in nimia voluptate natura, non mente satiantur; in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi
26 101 iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. quare „bene“ et „praeclare“ quamvis nobis saepe dicatur, „belle“ et „festive“ nimium saepe nolo. quamquam illa ipsa excla- 5 matio: „non potest melius“ sit velim crebra; sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit inlumina-
102 tum, extare atque eminere videatur. numquam agit hunc versum Roscius eo gestu quo potest: 10

Nam sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam [petit,

sed abicit prorsus, ut in proximo[s]:

Set quid video? ferro saeptus possidet sedes sacras,

incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. quid? ille alter: 15

Quid petam praesidi?

quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim

O pater, o patria, o Priami domus!

in quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta. neque id actores prius 20 viderunt quam ipsi poetae, quam denique illi etiam, qui

3 *ad § 101 Michel 160*

7 *Quint. 2, 12, 7* lumina non „inter umbras“, quem ad modum Cicero dicit, sed plane inter tenebras clariora sunt || **11** et **13** *TRF³ p. 277 inc. inc. fab. v. 30 sq. ROL II 616 (inc. inc. v. 98 sq)* || **16** *TRF³ p. 27 Ennius Andromacha Aechmalotis v. 75; Scaen. v. 86 V³; ROL I 250; versus citatur plenius § 183; Tusc. 3, 44* || **18** *TRF³ p. 28 Ennius Andromacha Aechmalotis v. 81; Scaen. v. 92 V³; ROL I 250 versus citatur etiam § 217; Tusc. 3, 44*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **3** vitia *secl. Kayser* || **7** admiratione **V** (*sed ne deletum*) | summa admiratio ac laus **R** || **11** honorum **R** || **13** proximo *Gruter* proximos **L** proximis *Bake¹* || **14** set quid *Ribbeck* et quid **L** ecquid *Lag 14 editores inde ab Ald usque ad Ellendtium* | saeptus **PU** septus **OR** scaeptus **V** | sedis *Ellendt* || **15** insistat *Rubner Phil. Anz. 10, 100* || **16** praesidi *Pearce* -ii **L** || **20** et *om.* **V**

fecerunt modos, a quibus utrisque summittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, variatur, distinguitur. ita sit nobis igitur ornatus et suavis orator – nec 103 tamen potest aliter esse –, ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. nam ipsa ad 5 ornandum praecepta, quae dantur, eius modi sunt, ut ea quivis vitiosissimus orator explicare possit. quare, ut ante dixi, primum silva rerum [ac sententiarum] comparanda est, qua de parte dixit Antonius. haec formanda filo ipso et genere orationis, inluminanda verbis, varianda 10 sententiis.

Summa autem laus eloquentiae est amplificare rem 104 ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. id desideratur omnibus iis in locis, quos 15 27 ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid vel cum conciliamus animos vel cum concitamus. sed in hoc, quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est et 105 propria maxime. etiam maior est illa exercitatio, quam 20

12 *de §§ 104–120 Arnim 107; Kroll[1] 566 sqq.; Prümm 47; Philippson[1] 1204; Throm 143 sqq.; Orban 35–38* | *de §§ 104–107 Arnim 111; Kroll[1] 570; Prümm 23–26; Philippson[1] 1205; Throm 123–128; Orban 33* | *de §§ 104/105 Riposati[1] 283*

7 *cf. § 93* || **9** *cf. 2 cap. 16; cap. 29* || **12** *ad §§ 104–107 cf. De inv. 2, 47 sq.* || **19** *Brut. 322* quod unum est oratoris maxime proprium

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **5** non **L** nec **R** | atque **L** aut *Rom* | decoctam **VO**[v]**UR** decoram **O**[1]**P** || **7** quivis **L** *Firmani Richard Galmés (def. Herthel 30 coll. De fin. 4, 21)* quamvis ς *Ellendt Kayser Piderit (pr. Stangl[7] 37 Philippson)* quivis ⟨vel⟩ *Sorof alii* || **8** ac sententiarum **L** *secl. Schuetz alii ret. Richard* || **9** qua *u. ad* Antonius *secl. Bornecque ut glossema, Canilli* | haec formanda **L**(**O**[v]) haec est formanda **O**[1] || **10** stilo *Pol* || **14** extenuendum **U**[1] (*corr.* **U**[2]) || **16** at **V** | orationis **L** *(def. Ellendt ad l.)* oratione *Paris 7703 Lamb* orationi *Schuetz* || **19** et *del. Pearce Schuetz Lochmüller 29 sq.* || **20** etiam – exercitatio *locus videtur esse corruptus, sed correcturae a viris doctis propositae displicent* etiam maior est **L** quae etiam maior est *Kayser* adhibenda etiam est *Sorof* (maior *secl. Sorof*) cuius magna est *Bake*[1] *113* | exercitatio **L** -one *Kayser Bornecque Canilli*

extremo sermone instruxit Antonius, primo reiciebat, laudandi et vituperandi. nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius quam utrum-
106 que horum cumulatissime facere posse. consequentur etiam illi loci, qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in 5 earum nervis esse debent, tamen quia de universa re tractari solent, communes a veteribus nominati sunt; quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculato- 10 rem, in proditorem, in parricidam; quibus uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes;
107 alii autem habent deprecationem aut miserationem; alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. quae exercitatio 15 nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur; apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur. de virtute enim, de officio, de aequo et bono, de dignitate, utilitate, honore, ignominia, praemio, poena similibusque 20 de rebus in utramque partem dicendi etiam nos et vim
108 et artem habere debemus. sed quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo litigioso praediolo relicti sumus et aliorum patroni nostra tenere tuerique non po-

13 *ad §§ 107–125 Arnim 107 sq.; Kroll*[1] *575; Prümm 12 sq.; Orban 31 adn. 5; 35 Barwick 51–58*

1 extremo: *2, 342–349* | primo: *2, 43 sqq.* || **4** sqq. *or. 126* || **16** ante: *§ 67* || **18** sqq. *alludit ad l. Quint. 12, 2, 5*

[**M** *deest* **L** = **VOPUR**] **1** primo reiciebat *Bakio suspecta secl. Bornecque ut glossema Canilli* reiciebatur **R** || **4** posse *om. Vict.* || **9** quandam **OPU**[1]**R**[n] quendam **V**[v]**R**[v] | incusationem **L** om. ς | querelam **PR** querellam **V**[v]**OU** || **10** nihil dici *Rom* || **11** in parricidam, in proditorem **V** *(sed ordo restitutus)* || **15** exercitatio **V**[m] **OPU**[1]**R**[n] exercitio **V**[v]**U**[2]**R**[v] || **21** de *om. Lamb* | etiam nos *Sorof quem Harnecker Adler Wilkins Cima Courbaud sequuntur* animos **L** *Ellendt Kayser Firmani Rackham Friedrich* ⟨alliciendi⟩ animos *Purgold* | dicendo ⟨ducendi⟩ animos *Walch Stangl*[12] omnino *Man* copiose *Koch*[1] *Piderit* animose *Rüdiger* animos *deleri malit Schuetz*

tuimus, ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium inruperunt, quod opus est nobis mutuemur.

28 109 Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut 5 Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut de finita controversia certis temporibus 10 ac reis hoc modo: placeatne a Carthaginiensibus captivos nostros redditis suis recuperari? aut infinite de universo genere quaerentis: quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit? atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant eamque tribus, lite aut 15 deliberatione aut laudatione, definiunt; haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita consultatio nominatur. atque [hactenus loquantur] etiam hac ⟨in⟩ instituendo divisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem sed ut [ex 20 iure civili] surculo defringendo usurpare videantur. nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis defi-

3 *de §§ 109–110 Arnim 109; Prümm 26–34; Philippson*[1] *1207; Throm 128–134* | *de § 109 Michel 218–221* || **9** aut de finita *Riposati*[1] *165–172* || **17** *de § 110 Arnim 97. 104sqq.; Riposati*[1] *185; Michel 82. 101*

[**M** *deest (usque ad v. 18, ubi* **AH** *redeunt)* **L**=**VOPUR**] **1** in *om.* **PR** || **3** ducunt *Rom* | illi qui nunc quidem *Schuetz Pluygers* | quidem illi *secl. Ellendt* | illi *secl. Baiter* || **7** universitatem **O**[1] (*corr.* **O**[v]) || **9** generi **R** | de finita **V** definita **OPUR** definitae *Pearce* | controversiae *Pearce* || **10** reis **L** rebus **O**[m] || **12** quaerentis ⟨ut⟩ *Matthias at cf. Stangl*[7] *39* || **17** hactenus loquantur **L** hactenus loquuntur ς hactenus *secl. Kayser Sorof Friedrich Wilkins Cima Bornecque* loquantur *secl. Ellendt Kayser Sorof Friedrich Wilkins Cima Bornecque* hactenus loquuntur ⟨illi quamquam rhetores⟩ etiam *Hotomannus Schuetz* hactenus ⟨illi⟩ *Ellendt* hactenus ⟨cum⟩ loquantur *Pol* hactenus ⟨rhetores⟩ loquantur *Curcio*[1] | etiam hac **L** hac etiam *Ellendt Kayser* ⟨rhetores⟩ etiam hac *Sorof* | in *ins. Ernesti* || **18** *cum verbis* non ut iure *redeunt* **AH** | vi *Madvig* ut **AHL** *(pr. Stroebel)* aut vi *Lamb Schuetz Mueller* ut vi *Orelli* aut denique vi *Piderit* || **20** iure civili **AH** ex iure civili **L** *secl. Ellendt alii ret. Richard* ⟨ut⟩ in iure civili *Schöne*

nitum, obtinent atque id ipsum lacinia. nunc enim apud Philonem, quem in Academia vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio exercitatioque celebratur. alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant et oratoris esse dicunt; sed neque vim neque naturam eius 5 nec partis nec genera proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius quam attactum deseri. nunc enim inopia
29 111 reticere intelleguntur, tum iudicio viderentur. omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quaeri et disceptari potest, sive in infinitis consultationibus 10 disceptatur, sive in eis causis, quae in civitate et in forensi disceptatione versantur; neque est ulla, quae non ad co-
112 gnoscendi aut ad agendi vim rationemque referatur. nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur ut: virtus suamne propter dignitatem an propter fructum aliquem 15 expetatur? aut agendi consilium exquiritur, ut: sitne sapienti capessenda res publica? cognitionis autem tres
113 modi: coniectura, definitio, et, ut ita dicam, consecutio.

8 *de §§ 111–118 Arnim 107; Kroll*[1] *564; Prümm 34–41; Philippson*[1] *1207; Throm 134–155* | *de § 111 Riposati*[1] *181* || **12.13** ad cognoscendi aut ad agendi: *Throm 81* || **13** *ad § 112 Riposati*[1] *202*

12 *cf. Arist. Top. 1, 11; (104b 1–3) Cic. Top. 82 part. or. 62* || **13** sqq. *cf. Top. 82*

[**M** = **AH** (*inde a v. 6 etiam* **E**) **L** = **VOPUR**] **1** lacinia **AHOP** (*in ras.* **P**) lascivia **VO**[v] **P**[al] **UR** | nunc **AHL** nec **U** num *Rom* || **6** nec genera *del. Schuetz* | *in verbis* nec genera **E** *redit* || **7** fuerit **MOPUR** sit **V** | attactum **M** ac tantum **VOPR** actm̄ **U** ac tractatum **O**[mal] *Gasp. (i. d. Gasparinus Barzizza)* attractatum **P**[m] attrectatum ς attentatum ς *Rackham* | nunc **CB**[v] nec **B**[n] | copia **O**[1] (inopia **O**[v]) || **8–11** omnis — disceptatur *om.* **E** || **9** eandem **L** eadem **A** eadem **H** | habet **L** habent **AH** || **9.10** de — potest *secl. Ellendt Bornecque Canilli Firmani (at cf. Sorof ad l.)* || **11** disceptatur **C** -etur *Vet Steph Ernesti; secl. Schuetz* | in[3] **C** om. ς *secl. Ellendt* || **12** versantur **L** vorsentur **AH** versentur **E** vorsantur *Friedrich* | non **MV** non aut **OPUR** *edd. recc.* || **14** ut **O**[1] (aut **O**[v]) || **15** suamne **L** suam neque **M** (que *erasum* **A**) | fructum aliquem ς *Lamb editores recc. inde ab Ellendtio (cf. Leg. agr. 2, 17; Sulla 1; Lig. 8)* fructum aliquod **M** fructus aliquos **L** *Rackham (quod etiam probari potest)* || **16** exquiritur **L** -retur **M** || **17** sapienti **L** -tia **M** | cognitionis **L** -es **M** | tres **C** tres ⟨sunt⟩ *Friedrich*[2] || **18** consecutio **LA**[2] secutio **A**[1]**HE**

nam quid in re sit, coniectura quaeritur, ut illud: sitne in humano genere sapientia? quam autem vim quaeque res habeat, definitio explicat, ut si quaeratur: quid sit sapientia? consecutio autem tractatur, cum quid quamque
5 rem sequatur, anquiritur, ut illud: sitne aliquando mentiri boni viri? redeunt rursus ad coniecturam eamque in quattuor genera dispertiunt. nam aut quid sit, quaeritur, hoc modo: naturane sit ius inter homines an in opinionibus? aut quae sit origo cuiusque rei, ut: quod sit initium
10 legum aut rerum publicarum? aut causa et ratio, ut si quaeratur: cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant? aut de immutatione, ut si disputetur: num interire virtus in homine aut num in vitium possit convertere? definitionis autem sunt disceptationes aut, cum quaeritur, quid
15 in communi mente quasi impressum sit, ut si disseratur idne sit ius, quod maximae parti sit utile; aut cum quid cuiusque sit proprium, exquiritur, ut: ornate dicere propriumne sit oratoris, an id etiam aliquis praeterea facere possit? aut cum res distribuitur in partes, ut si quaeratur,
20 quot sint genera rerum expetendarum, ut sintne tria corporis, animi, externarumque rerum; aut cum, quae forma

114 (l. 5) — 115 (l. 13)

5 *ad § 114 Merchant 47 sq.; Riposati*[1] *189–192* || 13 *de § 115 Prümm 38; Throm 140; Riposati*[1] *192–194* || 16 idne sit ius: *Kroll*[1] *566* || 20 sintne tria: *Riposati*[1] *208–211*

7 *cf. Top. 82; part. or. 62* || 13 sqq. *Top. 83*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 quid **C** ecquid *Schuetz* | coniectura **L** complectuntur **M** complectuntur coniectura *Rom* | in **L** *om.* **M** || 2 quae **E** || 5 anquiritur **AHL** ($V^v R^v$) anqueritur **E** inquiritur ς *Rackham* conquiritur ς | mentiri **L** A^{2m} mente in **M** (*post* viri *sp. vac. 4 litt.* **AH**) || 7 quattuor **C**(O^v) quatuor O^1**P** | dispertiunt **L** dispartiunt **M** || 8 an in **M** *(cf. Top. 82)* an **L** || 9 cuiusque **HEL** quoiusque **A** | rei **HL** re A^1E^1 | ut **PR** aut **MV** **OU** | quod **C** quid ς || 10 causa et ratio **M** causae tractatio **L** || 13 convertere **M** *(cf. Lebreton 197)* converti **L** | definitionis **MU** -es **VOPR** || 14 aut *Gruter* ut **C** || 15 impressum sit **L** inpres *(sp. vac. 2 litt.)* sit **AH** inpressit **E** || 16 idne **L** unde **M**R^n | maximae **V** -e **MOPUR** || 18 aliquis *om.* U^1 | facere **MU** *(pr. Stroebel coll. 1, 119; 2, 69; 3, 171 Or. 32; Off. 1, 4) om.* **VOPR** facile *Stangl*[7] *38* || 20 quod V^v | ut **M** aut **L** *Richard* et *Schuetz* || 21 cum quae A^2**HVU** cumque A^1**E** cum que **O** cunque **R** quasi **U**

et quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur, ut si
116 quaeratur avari species, seditiosi, gloriosi. consecutionis
autem duo prima quaestionum genera ponuntur. nam aut
simplex est disceptatio, ut si disseratur, expetendane sit
gloria, aut ex comparatione, laus an divitiae magis expe- 5
tendae sint. simplicium autem tres sunt modi: de expe-
tendis fugiendisve rebus ut: expetendine honores sint,
num fugienda paupertas, de aequo aut iniquo, aequumne
sit ulcisci iniurias etiam propinquorum, de honesto aut
turpi, ut hoc sitne honestum gloriae causa mortem obire? 10
117 comparationis autem duo sunt modi: unus, cum idemne
sit an aliquid intersit, quaeritur, ut metuere et vereri, ut
rex et tyrannus, ut adsentator et amicus; alter, cum quid
praestet aliud alii quaeritur, ut illud: optimine cuiusque
sapientes an populari laude ducantur? atque eae quidem 15
disceptationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a
30 118 doctissimis hominibus discribuntur. quae vero referuntur
ad agendum aut in offici disceptatione versantur, quo in
genere quid rectum faciendumque sit, quaeritur, cui loco
omnis virtutum et vitiorum est silva subiecta, aut in 20
animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda;

2 *de § 116 Riposati*[1] *194–196, 200* || **11** *de § 117 Prümm 39 sq.* ||
17 *ad § 118 Riposati*[1] *197 sq.*

2 *ad § 116 cf. De inv. 1, 17 Top. 84* || **12** *Cato M. 37* metue-
bant servi, verebantur liberi

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **3** duo *om.* **H** | prima **L** crimeina
AH(◡)**E**[1] (*post* crimeina *sp. vac. 4 litt.* **AH**) crimina **E**[2] prima
gemina ς *Rom.* primum *Bake*[1] *113* || **5** *post* laus *sp. vac. 1 litt. et
punctum* **H** lausne *Rom* || **6** simplicium **EL** -cum **AH** | tres
sunt **L** sunt tres **M** || **7** fugiendisve rebus **LA**[2] fugiendis verberi-
bus **M** | honores **H**[2]**EL** -is **AH**[1] || **8** iniquo **C** iniquo ⟨ut⟩ *Pearce
quem ceteri sequuntur at cf. Stangl*[7] *39 (cf. Top. 84)* || **10** sintne **V** ||
12 aliquis **R** | ut[2] **U** ς *Rom om.* **MVOPR** || **13** alter ς alterum **C** |
quid **MUR** qui **VOP** || **14** alii **L** *om.* **M** | optimi **R** || **15** eae **C**
hae ς *Ellendt* || **16** cognitionem **LA**[2] cognationem **M** | fere *in
ras.* **E**[1] || **17** discribuntur **AHU**[2] *quod propter clausulam praefe-
rendum cf. Kumaniecki*[2] describuntur **E**[2]**U**[1]**R** distribuuntur **E**[1]**V
OP** || **18** offici **AH** *(alterum* i *suprascriptum)* -cii **EL** || **19** facien-
dumque **VO**[v]**PU** faciendumve **O**[1]**R** | cui loco **L** quoi loco **AH**
quo in loco **E** || **20** silva **L** illa **M** | animorum **C**(**O**[v]) amicorum **O**
una minorum **E**

tollendave tractantur. huic generi subiectae sunt cohortationes, obiurgationes, consolationes, miserationes omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio. explicatis igitur his generibus ac modis (119) disceptationum omnium nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit ab Antoni divisione nostra partitio. eadem enim sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac tributa. nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque revocabo. nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quaeque genera quaestionum argumenta sumenda; sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo non tam quia longum est quam quia perspicuum est dici nihil est necesse.

(120) Ornatissimae sunt igitur orationes eae, quae latissime vagantur et a privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ei, qui audiant, natura et genere et universa re cognita,

10 quos exponuit Antonius: *verba referuntur ad 2, 104–113 (cf. Kroll*[1] *568; Throm 135 sqq.; Orban 34); ad 2, 163–173 referenda esse credunt Prümm 45 sq.; Philippson*[1] *1208; Courbaud–Bornecque ad l.* || **15** *de §§ 120–125 Barwick 64–66* | *de § 120 Laurand 93 Michel 315*

5. 6 nihil – divisione *Non. 480, 7* (*propter* discrepuit pro discrepavit) || **6** Antoni divisione: *163 sqq.* || **15** sqq. *cf. or. 45 sq. Top. 79 Quint. 3, 5, 14 sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** subiectae **L** *Ellendt Wilkins Cima Courbaud* subiecta **M** *Friedrich (quod etiam probari potest cf. Lebreton 4)* | cohortationes **C**(**O**^{v}) hortationes **O** ortationes **P**^{1} || **2** consolationes **H**^{2}**VOPR** consulationes **AH**^{1}**EU**^{2} *om.* **U**^{1} || **3** omnem *om.* **U**^{1} || **4** ferret (*post* mitigatio *sp. vac. 10 litt.*) **E** || **6** discrepavit **MU** *edd. recc.* -uit **VOPR**^{v} *Non Gell Ellendt* || **6** nostra **MO**^{m} *(Gasp.)* **P**^{2}**U** nos **V**^{v}**OPR** | nostra partitio **V**^{m} (partitio *om.* **V**) || **7** enim **L** *om.* **M** *del. Henrichsen alii ret. Richard Rackham* | utriusque disputatione **M** utrisque disputationibus **L** || **8** ac **C** atque ς | tributa **M** distributa **L** || **13** longumst **A** | perspicuum est **E** perspicuumst **AH** perspicuum **L** || **15** ornatissimae **AVP** -e **HEOUR** | igitur sunt **R** | eae quae **EL** eaeque **AH** || **16** a privata ac *secl. Kayser* | ac singulari **L** *(pr. Stangl*[12] *28) Richard* et a singulari **M** id est a singulari *malit Friedrich; secl. Sorof* || **17** vim **L** vix **M** | et convertunt *secl. Bake*[1] *Kayser* || **18** audiunt *Schuetz* | natura et **L** naturae **M** | re cognita **L** recognita **M**

de singulis reis et criminibus et litibus statuere possint.
121 hanc ad consuetudinem exercitationis vos, adulescentes, est cohortatus Antonius atque a minutis angustisque concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit. quare non est paucorum 5 libellorum hoc munus, ut ii, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrantur, neque Tusculani atque huius ambulationis antemeridianae aut nostrae posmeridianae sessionis. non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maxi- 10 marum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.
31 122 nostra est enim – si modo nos oratores, si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus – nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possesio, in 15 quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis involaverunt atque etiam aut

9 acuenda: *Fiske 79*

3 est cohortatus: *2, 133 sqq.* || **12** sqq. *Quint. 12, 2, 5:* neque enim frustra in tertio de oratore libro L. Crassus cuncta quae de aequo, iusto, vero, bono deque iis, quae sunt contra posita, dicantur propria esse oratoris adfirmat ac philosophos, cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis non suis. idem tamen confitetur ea iam esse a philosophia petenda videlicet quia magis haec illi videtur in possessione earum rerum fuisse || **15–17** ista *u. ad* involaverunt *Non. 128, 20* (*propter* involare)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** reis **L** rei **M** rebus *Matthias* || **3** est **L** *om.* **M** || **4** vos *del. Man Mueller* || **7** arbitrantur **M** arbitrati sunt **L** *Rackham* | ambulationis **A**^{2}**H**^{2}**L** -es **A**^{1}**H**^{1}**E** || **8** posmeridianae *Friedrich Wilkins Bornecque (cf. Orator 157)* promeridianae **C** postmeridianae ς pomeridianae *Ellendt Piderit Kayser Cima* || **9** sessionis **A**^{2}**L** -es **A**^{1}**HE** | procudenda **VO**^{al}**PU** proda **O**^{1}**R** procludenda **A** procluenda **H** providenda **E** postcudenda *Pol*^{al} || **10** onerandum **OPR** honerandum **V**^{v}**U** inerandum **M** ornandum *Heusinger Schuetz* | pectus **A**^{m}**L** pecus **HE** pecus **A** || **12** nostra est **HEVURO**^{2} nostrast **A** nostra **O**^{1}**P** | oratores **M** oratores sumus **L** *Richard* || **13** si in p. – deliberationibus **L** *om.* **M** || **14** adhibendi **VOPU** adinvieniendi **R** adimendi **M** adimendis **A**^{3} || **15** iniquam **E** || **15.16** in quam **L** in qua **M** || **16** omnes **U**^{1} (homines **U**^{2}) | quasi caducam **L** quasi caduca **M** caducam quasi *Non* | vacuam **L** -a **M** | adabundantes **R** || **17** etiam ⟨haec⟩ *Pol*

inridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillan-
tur, aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis
eosque rhetoricos inscribunt, quasi non illa sint propria
rhetorum, quae ab isdem de iustitia, de officio, de civi-
5 tatibus instituendis et regendis, de omni vivendi, deni-
que etiam de naturae ratione dicuntur. quae quoniam iam 123
aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a
quibus expilati sumus, dummodo illa ad hanc civilem
scientiam, quo pertinent et quam intuentur, transferamus
10 neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus
aetatem; sed, cum fontis viderimus, quos nisi qui celeri-
ter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quotiens-
cumque opus erit, ex iis tantum, quantum res petet, hau-
riemus. nam neque tam est acris acies in naturis hominum 124
15 et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit
videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non
penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. in hoc
igitur tanto tam immensoque campo cum liceat oratori
vagari libere, atque, ubicumque constiterit, consistere in
20 suo, facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi.
rerum enim copia verborum copiam gignit; et, si est ho- 125
nestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex re natu-
ralis quidam splendor in verbis. sit modo is, qui dicet aut
scribet, et institutus liberaliter educatione doctrinaque

21 *ad § 125 Kroll*^{3} *1087*

1 in Gorgia: *1, 47* || **1.2** cavillantur – libellis *Non. 92, 18* (*propter* cavillantur ut iocantur) || **10** ante: *§ 86*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** cavillantur **M** *Non* cavillatur **L** || **4** oratorum *Schuetz Richard* | de^{3} *om.* **U** || **5.6** denique – naturae *secl. Kayser Wilkins Bornecque Canilli* || **6** etiam – naturae *secl. Bake at cf. § 128* || **7** possum **E** || **8** expilati **C** expoliati ς exspoliati *Ellendt* || **9** quo **L** qua **M** | intuemur ς *Schuetz* || **10** his **L** iis **M** | discendis **AH**^{2}**E**^{2}**OPU** dicendis **H**^{1}**E**^{1}**V**^{v}**R** || **12** cognoverit **E** cognovit **U** || **13** hauriamus *Lamb Ernesti alii* || **14** acies in **L** acles *(sp. vac. 4 litt.)* in **A**^{1}**H** ades *(sp. vac. 4 litt.)* in **E** ac alacer in **A**^{3m} || **15** possit **MU**^{2} posset **L** || **16** ea **R** || **17** vir **AOPR** viri **EHV**^{v}**U** || **18** tamque immenso **R** || **19** consistere **L** *om.* **M** || **19.20** ⟨ut⟩ in suo *Philippson* || **20** facile **MVO**^{2}**UR** *om.* **VO**^{1}**P** || **21** verborum copiam **L** *om.* **M** || **22** ex re naturalis **M** ex rei natura **VOP** ex rei naturalis **U** ex re natura **R** ex ea naturalis *Schuetz* || **24** et **M** *om.* **L** *(at cf. Stangl*^{1} *37)*

puerili et flagret studio et a natura adiuvetur et in universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque delegerit, ne ille haud sane quem ad modum verba struat et inluminet a magistris istis requiret. ita 5 facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata, delabitur".

32 126 Hic Catulus ,,di immortales" inquit ,,quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere 10 ausus es et in maiorum suorum regno conlocare! namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus semperque 127 esse in omni orationis ratione versatos. ex quibus Elius Hippias cum Olympiam venisset maxima illa quinquen- 15 nali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret; nec solum has artis, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque 20 illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus

8 *de §§ 126–136 Barwick 66 sq.*

14 *ad § 127 cf. Quint. 12, 11. 21*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 a *om.* **OP** | in **L** *om.* ς *Rom* || 3 ad **L** *om.* **M** | cognoscendum imitandumque **C** cognoscendos imitandosque **O**^{al} ς || 4 delegerit **M** cognorit **L** legerit *Lamb* | nae *Piderit* | haud **VOU** aut **MPR** | quemammodum **VO**^{v} || 5 struat **H**^{2}**L** -et **M** | requirat **U**^{2} || 6 orationis **A**^{2}**L** ornationis **M** || 7 duce ⟨docente⟩ *Stangl*^{12} *30* | est **C** erit *Sorof* | exercitata **C** excitata *Schuetz* excitabitur *Bake Kayser* excitante *Sorof* | delabitur **M** labatur **L** *Rackham* delabetur *Lamb; pr. Meister Stangl del. Bake Kayser* || 8 di **AH**^{1}**VR** dii **H**^{2}**EOPU** || 10 quantis **E**^{1} || 12 veteres **MUR** *om.* **VOP** | genere *Lag 6 Lamb* || 14 Elius *Friedrich Bornecque* et eius **M** Erilius **L** Eleus *Steph Gruter Ellendt Wilkins Cima* || 15 Hippias **L** Hyppias **M** Hippias ⟨omnium gnarus⟩ **R** || 16 paene **L** saepe **M** | audiente **L** -ibus **M** || 18 liberales **L** -is **M** || 19 continentur **R** ς *Vict* || 22 dicerentur ⟨se tenere⟩ *Kayser Sorof Wilkins*

esset, se sua manu confecisse. scilicet nimis hic quidem 128
est progressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis, quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus adpetierint,
qui ne sordidiores quidem repudiarint. quid de Prodico
5 Cio, de Thrasymacho Calchedonio, de Protagora Abderita
loquar? quorum unus quisque plurimum temporibus illis
etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. ipse ille 129
Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator, qui aut non est victus umquam a
10 Socrate neque sermo ille Platonis verus est, aut, si est
victus, eloquentior videlicet fuit et disertior Socrates, et,
ut tu appellas, copiosior et melior orator – sed hic in illo
ipso Platonis libro de omni re, quaecumque in disceptationem quaestionemque revocetur, se copiosissime dicturum
15 esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in
conventu poscere, qua de re quisque vellet audire; cui
tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus
Delphis non inaurata statua sed aurea statueretur. sed ii, 130
quos nominavi, multique praeterea summique dicendi
20 doctores uno tempore fuerunt; ex quibus intellegi potest
ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis, oratorisque nomen
apud antiquos in Graecia maiore quadam vel copia vel
gloria floruisse. quo quidem magis dubito tibine plus lau- 131
dis an Graecis vituperationis statuam esse tribuendum;

12 *cf. 1, 47* || **13** *Plato Gorg. 447 C*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** se **L** *Cima Bornecque om.* **M** *secl. Ellendt Kayser Sorof Wilkins Friedrich* | manu **HL** manci **A**$\mathbf{E}^1$ | confecisse **L** confecisset **AH**$\mathbf{E}^2$ fecisset $\mathbf{E}^1$ | nimium *Bake*^{1} *114* || **2** ipso est **L** ipsi **M** || **3** illi **M** *(cf. Meister 40)* illi ipsi **L** | adpetierint **L** adpeterent **AH** appeterent **E** || **4** repudiarint **L** -rent **M** || **5** Cio *Man quem Friedrich Wilkins Bornecque sequuntur* Ceio **L** ho **M** Ceo ς *Lamb Schuetz Cima* Chio ς *Rom Ernesti* | quid de Thr. ς || **6** ⟨ut⟩ temporibus *Campe (at cf. Stangl*^{13}*)* || **8** Georgias $\mathbf{O}^{V}$ || **9** non **L**$\mathbf{A}^2$ *om.* **M** *secl. Kayser alii* || **11** victus **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* | et^2 **L** *om.* **M** || **13** ipso **L** *om.* **M** || **14** revocetur **M** vocaretur **VOPR** revocaretur **U** vocetur ς *Kayser* || **16–18** cui – statueretur *secl. Bornecque ut glossema, Canilli* || **17** habitus est **MU** est habitus **VOPR** || **18** sed^2 **M** atque **L** || **19** summique **M** summi **L** || **20** doctores **A**$\mathbf{E}^2$**L** auctores **H**$\mathbf{E}^1$ *Rackham* oratores *Rom* || **21** ita **L** a **M** || **23** plus **L** *om.* **M** || **24** tribuendum **L** -am **M**

cum tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate vel privatorum negotiis paene omnibus vel orbis terrae procuratione ac summi imperi gubernatione districtus, tantam vim rerum cognitionemque comprenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris; illi nati in litteris, ardentes his studiis, otio vero diffluentes, non modo nihil adquisierint, sed ne relictum quidem et tra-
33 132 ditum et suum conservarint". tum Crassus „non in hac" inquit „una, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium deminutae. an tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos qui morbis, alios qui volneribus alios qui oculis mederentur? num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur atque ut alius aliam
133 sibi partem, in qua elaboraret, seponeret? equidem saepe hoc audivi de patre et de socero meo nostros quoque homines, qui excellere sapientiae gloria vellent, omnia, quae quidem tum haec civitas nosset, solitos esse complecti. meminerant illi Sex. Aelium; M'. vero Manilium

19 *ad § 133 Heinze 364sq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** natus **HL** natis **AE** || **2** omnibus **C** omnium *Ernesti* obrutus *Schuetz* || **3** districtus **E**^{2} *Ernesti Ellendt Wilkins Cima (cf. 3, 7)* destrictus **M** *Wilkins*^{1} *Friedrich Bornecque* || **4** rerum **L** *om.* **M** | cogitationemque **E** | comprenderis **M** comprehenderis **U**^{1} comprehenderes **VOPU**^{2}**R** || **6** sociaris **MU**^{2} -res **L** | nacti **R** || **7** ardentes **MVOPR** ardentesque **U** *Ellendt Baiter* | studis **A** | defluentes **P** || **9** conservaverint *Piderit Kayser* | non **L** *om.* **M** || **10** re **L** *om.* **M** | etiam compluribus **OPUR** etiam conpluribus **V**^{v} etiam quam pluribus **AH** et quam pluribus **E** || **11** magnitudines **HL** -nis **AE** || **12** deminutae **MV**^{1}**OR** diminutae **V**^{2}**P**^{2} **U** divinitate **P**^{1} | existimas **HEL** -umas **A** || **13** Cous **L** cuius **M** *post* Cous **O**^{mal} **R**^{m} *adscripsit* non || **14** num **H**^{2}**L** nam **M** || **15** Archimede **L** -edi **M** || **16** num – Aristophane **L** *om.* **M** | num **OPUR** non **V** || **17** discerptas **L** *rec. editores* -ta **A**^{1}**HE** *Friedrich* -tam **A**^{3} disiectas ς discretas *Rom* || **18** universum **L** universorum **M** || **19** elaboraret **HL** elaboret **AE** || **20** de^2 *om.* **E** || **22** noscet **R** || **23** illi **AL** *om.* **HE** | $\overline{\text{M}}$ **VR** **M OPU** Marcum **AH** Marchum **E** | Manilium **MU** Manlium **VOPR**

nos etiam vidimus transverso ambulantem foro, – quod erat
insigne eum, qui id faceret, facere civibus suis omnibus
consilii sui copiam –; ad quos olim et ita ambulantis et in
solio sedentis domi sic adibatur, non solum ut de iure
5 civili ad eos, verum etiam de filia conlocanda, de fundo
emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut
negotio referretur. haec fuit P. Crassi illius veteris, haec 134
Ti. Coruncani, haec proavi generi mei Scipionis pruden-
tissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi
10 fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis re-
bus referretur; eidemque et in senatu et apud populum et
in causis amicorum et domi et militiae consilium suum
fidemque praestabant. quid enim M. Catoni praeter hanc 135
politissimam doctrinam transmarinam atque adventi-
15 ciam defuit? num quia ius civile didicerat, causas non
dicebat? aut quia poterat dicere, iuris scientiam negle-
gebat? utroque in genere elaboravit et praestitit. num
propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam
tardior in re publica capessenda fuit? nemo apud popu-
20 lum fortior, nemo melior senator, et idem facile optimus
imperator; denique nihil in hac civitate temporibus illis
sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scie-
rit tum etiam conscripserit. nunc contra plerique ad ho- 136
nores adipiscendos et ad rem publicam gerendam nudi

7 *de §§ 134–136 Martinelli*[1] *69 sq.*

[M = AHE L = VOPUR] **1** vidimus **L** vidimus vidimus **M** | transverso **L** travorso **M** transvorso **H**[2] transverso vidimus *Kayser* | foras **E** || **2** facere **VOP**[2]**UR** *om.* **MP**[1] | suis **M** *(cf. § 137) om.* **L** *del. Meister 46; Rackham* || **3** et[1] *om.* **H** || **4** ut non solum *Rom* || **6** de agro colendo **L** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich* de opere locando *Bake*[1] || **10** de *om.* **U** || **11** referretur **A**[3]**VOPU** referetur **R** repereretur **A**[1] repeteretur **H** repperetur **E** | et in senatu **L** *(pr. Stroebel 8) Richard Rackham* in senatu **M** || **12** militia *Richard* || **13** fidemque **L** eisdemque **M** | praestabat **H** || **14** transmarinam **H**[2]**EL** tram- **AH**[1] || **15** didicerat **V**[1]**U**[1]**R**[v] ς *(pr. Stroux*[2] *136)* non didicerat **MV**[m]**OPU**[2]**R**[n] || **17** utroque **M** at utroque **L** | elaboravit **M** *Bornecque* et laboravit **L** et elaboravit ς *Lamb quem sequuntur Sorof Cima* || **18** negotiis **EL** -is **AH** | collectam **M** coniectam **L** || **20** et **M** *om.* **L** *secl. Kayser (at cf. Stangl*[1] *37)* | facile **L** *om.* **M** || **21** illis **L** *om.* **M** || **22** ille *om.* **E** | cum **C** tum ς || **23** cuncta **E**

veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid adfert, aut bellicam virtutem aut usum aliquem militarem – quae sane nunc quidem obsoleverunt –, aut iuris scientiam – ne eius quidem universi; 5
nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit –, aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant; omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem cognationemque non no-
34 137 runt. sed ut ad Graecos referam orationem, quibus carere 10
hoc quidem sermonis genere non possumus – nam ut virtutis a nostris sic doctrinae sunt ab illis exempla repetenda –, septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur. hi omnes praeter Milesium Thalem civitatibus suis praefuerunt. quis doctior isdem 15
temporibus illis aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia
138 floruit, ut litteris doctrinaque praestaret. quid Pericles? 20

10 *de §§ 137–141 Barwick 67–69* | *de § 137 Steidle 34* || **11** virtutis: *Liebers 151sq.* || **17** qui primus: *T. W. Allen Homer The Origins and the tradition Oxford 1929, 229*

20 Pericles: *Plato Phaedr. 269E. Cic. or. 15*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** veniant (u *supra* a) **U** | nulla cognitione rerum **AO**[al] **U** nullam cognitionem rerum **HE**; *om.* **VOPR** || **2** excellit **M** -et **L** | effert **H**[2]**VOPU**[2] ecfert **AH**[1] ea affert **E** exfert **U**[1] et effert **R** || **3** adfert **AVU** affert **HEOP** adferet **R** | aut[2] **C** ut *Richard* et *Rackham* || **4** aliquid **E** | obsoleverunt **L** absoluerunt **M** || **6** pontificium **H**[2]**EVOPU** -cum **AHR** || **7** eloquentia **E** || **9** cognationemque **A**[2]**VPUR** cognationumque **O** cogitationemque **M** || **11** hoc **MU** *inde ab Ellendt (cf. ad l.) omnes (praeter Sorof et Wilkins) editores* in hoc **VOP**[2]**R** mihi hoc **P**[1] | in *del. Ellendt* quidem ⟨in⟩ *Sorof* | possum **E** | virtutis **L** -es **M** *Friedrich Bornecque* || **12** si **E** | exempla repetenda **L** *(pr. Meister 60)* petenda **A**[1]**H**[1]**E** *(pr. Lochmüller 30sq.) Friedrich Bornecque sed propter clausulam abiciendum* petendae **A**[2]**H**[2] (exempla *om.* **OM**) || **16** temporibus illis **M** *edit. recc.* illis temporibus **L** || **17** fuisset **H**[2] | traditur **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *16* traditur fuisse *Stangl*[7] *56* || **19** civitatibus **E** | ita **L** *om.* **M** eloquentia ita *Stangl*[7] *56*

de cuius dicendi copia sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae severius, tamen id ipsum, quod ille contra populares homines doceret, populare omnibus et iucundum videretur;
5 cuius in labris veteres comici, etiam cum illi male dicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitasse dixerunt tantamque in eodem vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. at hunc non declamator aliqui ad clepsydram
10 latrare docuerat, sed ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, XL annis praefuit Athenis et urbanis eodem tempore et bellicis rebus. quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus quidem 139
15 suis non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit,
20 instruxit, armavit. aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum, Cononis praestantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum? aut aliis Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam,

5 comici: *Eupolis fr. 94 (CAF I p. 281)*

[M = AHE L = VOPUR] **1** dicendi copia **L** *(recte def. Herthel 31 coll. 1, 167; 1, 170)* dicendi **M** *unde* dicendi ⟨vi⟩ *suppleverunt Lag. 2, 13, 36* ⟨vi⟩ dicendi *Leidensis 127 B Ottob. 1259, quos recentes editores sequuntur* | cum **L** *om.* **M** | contra *om.* ς || **2** Athensium **V^v R^v** || **4** doceret *(cf. part. or. 44; de rep. 1, 25)* **M** diceret **L** || **5** labris **L** libris **M** || **7** eodem **M** eo **L** || **8** mentibus **C(O^v)** mentes **O** || **9** declamator **MU** clamator **VOPR** | aliqui **AEVOR** *(cf. 2, 189 et Merguet Lexicon z. d. Reden des Cicero I 169)* -is **HPU** *editores* || **11** in *secl. Sorof Cima Firmani at cf. 1, 47; 1, 171* | maxima **H** || **12** annis **M** -os **L** || **14** Cricias **E** | civibus *Bergk* || **14. 15** quidem suis **M** suis quidem **L** (suis quid **R**) || **17** Syracosium **AH** Syracorum **E** Syracusium **L** | nonne **H²** num **O** || **22** tunc summum ς *Rom* || **23** doctissimum *om.* **H** || **24** Pythagoreus **L** *(cf. 1, 42; 2, 154 bis)* *Ellendt Cima* -ius **M** *Friedrich Wilkins Bornecque* | Lysis **VOPU^v R^v** Lysias **MP² U**

haud scio an summum virum unum omnis Graeciae? aut
Xenophon Agesilaum? aut Philolaus Archytan Tarenti-
num? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiae
35 140 Graeciam, quae quondam Magna vocitata est? equidem
non arbitror. sic enim video, unam quandam omnium 5
rerum, quae essent homine erudito dignae, atque eo,
qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam; quam
qui accepissent, si idem ingenio ad pronuntiandum va-
luissent et se ad dicendum quoque non repugnante natura
141 dedissent, eloquentia praestitisse. itaque ipse Aristoteles 10
cum florere Isocraten nobilitate discipulorum videret,
quod [ipse] suas disputationes a causis forensibus et civi-
libus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mu-
tavit repente totam formam prope disciplinae suae ver-
sumque quendam de Philocteta paulo secus dixit. ille 15
enim turpe sibi ait esse tacere, cum barbaros, hic autem,
cum Isocraten pateretur dicere. itaque ornavit et in-
lustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem
cum orationis exercitatione coniunxit. neque vero hoc
fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexan- 20
dro filio doctorem accierit, a quo eodem ille et agendi acci-

10 *ad § 141 Michel 107 sq.*

10 Aristoteles: *or. 62; Tusc. 1, 7. off. 1, 4* || **15.16** *Plut. adv. Col. 1108 B αἰσχρὸν σιωπᾶν βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν (FTG Nauck adesp. 8) Quint. 3, 1, 14* Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit noto quidem illo ut traditur versu ex Philocteta frequenter usus „turpe esse tacere et Isocraten pati dicere."

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** haut $\mathbf{V^{v}R}$ | unum *om.* **R** | omnis unum **E** || **2** Archytan **V** -itan **OPU** -iten **R** -ytam **M** || **4** Graeciam **L** -iae **M** || **4** vocitata est $\mathbf{E^{2}L}$ vocitatast **AH** vocata est $\mathbf{E^{1}}$ || **6** digne **EOR** || **8** ad pronuntiandum *secl. Kayser* ad pronuntiandam *Rackham* | voluissent **E** || **10** eloquentiam $\mathbf{H^{1}}$ | praestitisse $\mathbf{C(R^{v})}$ praestitissent $\mathbf{O^{al}R^{m}}$ || **11** Isocraten **VU** -em **MOPR** *(idem v. 17)* || **12.13** quod – transtulisset *secl. Ellendt Kayser Cima Firmani (at cf. Wilkins ad l.)* | ipse **C** ille *Schuetz* is *Piderit secl. Friedrich Wilkins Bornecque* || **15** de Philocteta **L** *(pr. Ammon col. de off. 3, 82)* Philoctetae **M** *recc. edd.* || **16** barbaros **M** -is **L** || **17** pateretur **L** -emur **M** | ornavit $\mathbf{MO^{mal}N}$ armavit $\mathbf{LN^{v}}$ || **18** omnem rerumque **C** omnemque rerum ς || **19** neque **VOUR** nec **P** ne **M** || **21** asserit *Pol* | a quo **C** atque **V** | agendi **L** *om.* **M**

peret praecepta et eloquendi. nunc sive qui volet eum 142
philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tra-
dat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem,
quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae,
5 philosophum appellare malet, non impediam; dummodo
hoc constet neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam
explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius,
cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam;
quorum si alterum sit optandum, malim equidem indiser-
10 tam prudentiam quam stultitiam loquacem; si quaerimus 143
quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma dan-
da est; quem si patiuntur eundem esse philosophum,
sublata controversia est. sin eos diiungent, hoc erunt in-
feriores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scien-
15 tia, in philosophorum autem cognitione non continuo
inest eloquentia; quae quamquam contemnatur ab eis,
necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus ad-
ferre videatur." haec cum Crassus dixisset, parumper et
ipse conticuit et a ceteris silentium fuit.

36 144
20 Tum Cotta „equidem" inquit „Crasse" non possum
queri, quod mihi videare aliud quiddam et id, quod non

1 *de §§ 142–143 Kroll*^{1} *562; Prümm 21; Barwick 69–71*

5–8 modo *(sic)* – laudandam *Non. 56, 18* (*propter* infans) ||
5–10 dummodo – stultam loquacitatem *(sic) Gell. N. A. 1, 15, 6*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** *post* praecepta *sp. vac. 3 litt.* **H** | eloquendi **MOU** loquendi **VPR** | si qui *Ernesti* || **3** oratorem sive qui hunc oratorem *Philippson* | licet – oratorem *om. Bornecque* || **4** eloquentia **OR** || **5** appellari **V** | malet **A** mallet **E** malit **HL** | dummodo **C** *Gell* modo *Non* || **6** norit **MVO**^{v}**UR** *Gell* novit **O**^{1}**P** noverit *Non* || **7** inscitiam *codex* **V** ς *Gellii Lag 4, 26 Rom* | ullius **E** || **8** non^{1} *om.* **H** | suppetat **M** *Gell Non* -it **L** || **10** stultitiam loquacem **C** stultam loquacitatem *Gell* | si **HE** sin **L** si quaerimus *om.* **A** || **11** excellet **U**^{1} | docto **MUR** doctoribus **VOP** || **13** diiungent **M** dis- **H**^{2}**LB**^{v} distinguent **B**^{n} || **14** omnis illorum ς *Rom* || **15** cognitione **HVOPR** -nem **AEU** || **16** quamquam **M** *(def. Stangl*^{7} *40 coll. 3, 27)* quamvis **L** | contemnatur **AHOPU** contempnatur **E**^{1}**V**^{v}**R** condemnatur *Coberger Friedrich* || **18** et **L** *(pr. Stroebel 8) om.* **M** *secl. Friedrich* || **19** et – fuit **C** (**O**^{2} *in sp. vac. addidit*) *secl. Friedrich Bornecque alii* | a ceteris **VOP** *(cf. e. g. § 229; Rab. Post. 27)* ceteris **MUR** || **21** id quod non **H** quod non id **AE** non id quod **L**

susceperis, disputasse; plus enim aliquanto attulisti quam
tibi erat tributum a nobis ac denuntiatum; sed certe ut
eae partes fuerant tuae, de inlustranda oratione uti dice-
res, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partes
omnem orationis laudem discripseras, cumque de duabus 5
primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter
exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quem ad
145 modum primum ornate, dein etiam apte diceremus, quo
cum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus in-
geni tui procul a terra abripuit atque in altum a con- 10
spectu paene omnium abstraxit. omnem enim rerum scien-
tiam complexus non tu quidem eam nobis tradidisti,
neque enim fuit tam exigui temporis, sed apud hos quid
profeceris, nescio, me quidem in Academiam totum
compulisti. in qua velim sit illud, quod saepe posuisti, ut 15
non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is illa
omnia cernere, qui tantummodo aspexerit; sed etiam si
est aliquando spissius aut si ego sum tardior, profecto
numquam conquiescam neque defetigabor ante quam illo-
rum ancipites vias rationesque et pro omnibus et contra 20
omnia disputandi percepero“.

14.15 me — compulisti: *Laurand 61*

4 quattuor partes: *§ 37* || **6** dicebas: *§ 38* || **15** posuisti: *§ 86 sq.; 123*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** aliquando **E** || **2** erat **M** esset **L** | tributum **MO**^{1} *(cf. Stroebel 8 Stangl*^{1} *37)* attributum **L**(**O**^{v}) *Firmani* | ac denuntiatum **L** *om.* **M** *secl. Lamb alii (def. Harnecker ad l.)* | ut **M** *om.* **L** et ς *Ernesti Piderit secl. Meister* || **3** eae **MVPUR** hae **O**ς *Ellendt Piderit* | fuerant *(pr. Meister 77)* -unt **M** | tuae **M** *om.* **L** | uti **VO**^{v} *(cf. Kumaniecki*^{2}*, propter clausulam praeferendum)* ut **MOPUR** || **4** eras **L** erat **M** || **5** orationis **L** -em **M** | discripseràs **A** des- **HEL** | cumque de **L** *(pr. Meister 77)* cumque duabus **M** cum de duabus ς *Ellendt* || **6** ut id ipse **E** | dicebas **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* || **7** fecerat **E** || **8** ornatum **E** | dein **VO**^{v}**U** deinde **MO**^{1}**PR** || **9** te **VO**^{2}**UR** *om.* **MO**^{1}**P** || **10** abripuit **L** arr- **M** eripuit *Rom* || **11** hominum *Kayser*^{1} || **12** conplexus **A** | tu **L** *om.* **M** || **14** Academiam **L** -a **M** | totum **MO**^{2}**UR** *om.* **VO**^{1}**P** || **15** sit *del. Schuetz* || **16** possit is **OPR** possitis **VU** possetis **M** || **18** aliquando **M** *Friedrich Wilkins Bornecque* aliquanto **L** *Ellendt Cima* || **19** defetigabor **HV**^{v} defat- **AEOPUR** || **20** rationesque **MUR** *(cf. 1, 87, 113, 205, 215 Verr. a. pr. 48; 3, 110; 5, 4; 151 Cael. 50)* rationis **VOP**

Tum Caesar „unum“ inquit „me ex tuo sermone maxime, 146
Crasse, commovit, quod eum negasti, qui non cito quid
didicisset, umquam omnino posse perdiscere; ut mihi non
sit difficile periclitari et aut statim percipere ista, quae
5 tu verbis ad caelum extulisti, aut, si non potuerim, tem-
pus non perdere, cum tamen his nostris possim esse con-
tentus“. hic Sulpicius „ego vero“ inquit „Crasse, neque 147
Aristotelem istum neque Carneadem nec philosophorum
quemquam desidero, vel me licet existimes desperare
10 ista posse perdiscere, vel, id quod facio, contemnere. mihi
rerum forensium et communium volgaris haec cognitio
satis magna est ad eam quam specto eloquentiam; ex qua
ipsa tamen permulta nescio, quae tum denique, cum causa
aliqua, quae a me dicenda est, desiderat, quaero. quam
15 ob rem, nisi forte es iam defessus et si tibi non graves
sumus, refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem
splendoremque pertinent; quae ego ex te audire volui,
non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed
ut aliquid addiscerem.“

37

20 Tum Crassus „pervolgatas res requiris“ inquit „et tibi 148
non incognitas, Sulpici. quis enim de isto genere non do-
cuit, non instituit, non scriptum etiam reliquit? sed ge-
ram morem et ea dumtaxat, quae mihi nota sunt, bre-
viter exponam tibi; censebo tamen ad eos, qui auctores et
25 inventores sunt harum sane minutarum rerum, rever-
tendum. omnis igitur oratio conficitur ex verbis, quorum 149
primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde con-
iuncte. nam est quidam ornatus orationis, qui ex sin-

2 negasti: *§ 89*

[**M** = **AHE** (*inde a v. 25* **A**²**H**) **L** = **VOPUR**] **3** edidicisset **P** | nunquam ς *Kayser* || **4** ista **L** istu **M** *inde* istud ς || **5** non **L** *om.* **M** || **6** contemptus **E** || **7** Crasse **L** -us **AH** -um **E** || **8** nec **C** neque ς || **9** desperare **M**$\mathbf{O}^{al}$$\mathbf{P}^{al}$$\mathbf{R}^{m}$ desiderare **L**(**R**ᵛ) || **10** ista posse **M** posse ista **VOPR** posse ista posse **U** | vel **L** ut **M** || **14. 15** quam ob rem **L** quam omnem **M** || **15** congraves **E** || **15. 16** graves non sumus *Lamb* || **16** sumus *om.* ς || **18** non ut **MP**²**U** ut non **VOP**¹**R** | sperarem *Rom* || **22** scriptum etiam **AH** etiam scriptum **EVOPU** scriptum **R** || **23** tibi morem *Rom Lamb Schuetz* || **24** tibi *del. Lamb Schuetz* || **25** revortendum **C**(**V**ᵛ**R**ᵛ) *in verbo* revortendum **A**¹**E** *deficiunt* **A**² *incipit* || **27** invidenda **P** | coniuncte **L** -a **A**²**H**

gulis verbis est, alius qui ex continuatis coniunctisque constat. ergo utimur verbis aut iis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis, aut iis, quae transferuntur et quasi alieno in loco 150 conlocantur, aut iis, quae novamus et facimus ipsi. in 5 propriis igitur est verbis illa laus oratoris, ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque inlustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. sed in hoc verborum genere propriorum dilectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est; 10 in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. 151 itaque hoc, quod volgo de oratoribus ab imperitis dici solet ,,bonis hic verbis" aut ,,aliquis non bonis utitur", non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur; in quo non magna laus est vitare vitium – 15 quamquam est magnum –, verum tamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus

5–8 in propriis – videatur *Iul. Vict. RL 431, 27 sq., Alb. RL 544, 32–34 (quibusdam omissis)* || **11** in quo – valet *Iul. Vict. RL 431, 29; Alb. RL 544, 34* || **15** non magna laus: *Brut. 140* || **17** *Brut. 258* solum quidem . . . et quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam et Latinam

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** ex continuatis **L** extenuatis **M** | coniunctisque **L** *(pr. Havet propter clausulam)* coniunctis **M** coniunctis *secl. Kayser Friedrich Wilkins Cima glossam esse putantes* aut in coniunctione verborum *Iul. Vict.* || **2** utimur **M** *(pr. Stroebel 69)* utemur **L** || **3** nata una **R** || **6** igitur est **M** est igitur **L** | verbis **L** *om.* **M** *secl. Kayser alii* in verbis propriis est (*omisso* igitur) *Iul. Vict.* igitur est verbis *om. Alb* | laus est *Alb* | oratoris *om. Iul. Vict.* || **7** atque **L** et **H¹** *Alb* aut **A²H²** ut ς | obsoleta **C** inconsueta *Alb* | fugiantur *Iul. Vict.* fugiamus *Alb* | electis *Iul. Vict.* | utamur *Iul. Vict. Alb* || **8** consonans *Alb* | inesse **MVUR** *Iul. Vict. Alb (cf. Stroux² 175)* esse **OP** | sed **C** *Iul. Vict.* etenim *Lamb* scilicet *Sorof Adler Stangl Bornecque Canilli, ante* sed *lacunam statuit Cima* || **9** propriorum *secl. Kayser* | dilectus **C** de- **A²ᵐH²**ς *Piderit Kayser* || **9. 10** habendus quidam **M** quidam habendus **L** || **10** est **M** *om.* **L** *secl. Herthel 32* || **11** valet plurimum **C** *Alb* plurimum valet *Iul. Vict.* || **12** itaque **M** etiam **L** etenim *Stroux³* || **13** hic **M** his **VUR** is **OP** || **15** evitare ς *Rom* || **16** quamquam **M** quamquam id **L** *Rackham* | tamen **M** iam in **L** in ς *Mueller; om. Ald Grut Ernesti* || **17** est **L** *om.* **M** *secl. Stangl* | verborum **L** verum **M**

et copia bonorum. sed quid ipse aedificet orator et in quo 152
adiungat artem, id esse nobis quaerendum atque explicandum videtur.

Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator adferat 38
5 ad inlustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum aut novatum aut translatum. inusitata 153
sunt prisca fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis
iam diu intermissa, quae sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in ora-
10 tione poeticum aliquod verbum dignitatem. neque enim
illud fugerim dicere ut Coelius: „qua tempestate Poenus
in Italiam venit,“ nec „prolem“ aut „subolem“ aut „effari“ aut „nuncupari“ aut, ut tu soles, Catule „non rebar“
aut „opinabar“; aut alia multa, quibus loco positis gran-
15 dior atque antiquior oratio saepe videri solet. novantur 154
autem verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt,
vel coniungendis verbis ut haec:

„Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat“
„Num non vis huius me versutiloquas malitias“ –

15 *ad § 184 Bruno 274–282*

5sq. *cf. or. 80* || **7** *Quint. 8, 6, 19* synecdoche ... liberior poetis quam oratoribus || **12** *Quint. 8, 3, 27* necessario interim sumuntur ut „nuncupare“ et „fari“ || **18** *TRF³ p. 20 Ennius Alcumeo v. 21; Scaen. v. 23 V³; ROL I 230* | tum – expectorat *Non. 16, 6* (*propter* expectorare) || **19** – p. 322, **2** num – verba *Non. 189, 5* (*propter* versutiloquas) | num – malitias *TRF³ p. 291 inc. inc. fab. v. 114; ROL II 620* | versutiloquas malitias *habet Cic. or. 164*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** ipse **C** iam **U** || **2** artem suam **H²** | est **R** | a nobis **U** *Richard Rackham* | atque explicandum **L** *om.* **M** *secl. Ellendt alii* || **4** igitur *om.* **H** || **6** translatum **H²OPU** tralatum **MVR¹** *Friedrich Bornecque* || **7** ac vetustate **A²** ac vetusta **H** ac vetusta et **VOUR** vetusta et **P** || **8** intermissa quae sunt **M** *(pr. Meister 70)* quae sunt intermissa **L** | licentiae **MU²** -a **L** | liberaliora *Polal* || **9** nostrae **H²** -a **C** | ⟨haud⟩ raro *malit Ernesti* || **10** poeticum **L** poetae cum **A²** poetae tam **H** pervetustum *Pearce* priscum *Schuetz* || **11** Coelius *Crat. Friedrich Bornecque* Caelius *Ellendt Wilkins Cima* Celius **E** Laelius **C** || **12** effari **MU** fari **VOPR** *Quint. Lamb Schuetz Galmés* || **13** nuncupari **C** -are *Quint. Schuetz* | rebar **M** verebar **L** || **14** aut **MU¹** et **L** || **16** aut **R** *Rom* || **18** omnem mi **AVU** *Non* omnem mihi **HOPR** mihi omnem ς *codd. quidam Nonii* | exanimato *om.* **H** ex animo *codd. quidam*

videtis enim et „versutiloquas" et „expectorat" ex coniunctione facta esse verba, non nata; sed saepe vel sine coniunctione verba novantur, ut ille „senius desertus", ut „di genitales" ut „bacarum ubertate incurvescere".
155 tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem 5
necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem delectatio iucunditasque celebravit. nam, ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata 10

5 *ad § 155sq. Leeman 129; ad § 155 Riposati*[1] *76; Michel 342*

4 bacarum — incurvescere *TRF*[3] *p. 294 inc. inc. fab. v. 135; ROL II 624* | ut — incurviscere *(sic) Non. 122, 6* (*propter* incurviscere) | bacarum — incurvescere *Tusc. 1, 68 (plenius citata)* || 5 — p. 323, 4 tertius — inlustrat *cf. Iul. Vict. RL 431, 30sqq.*

Nonii | expectorat **C**(**R**^{v}) expectarat **A** *post* expectorat ⟨et⟩ *ins. Warmington (apud Rackhamium) at cf. 2, 274; 3, 167 ubi pari modo versus sine copula* et *citantur* || **19** num non vis **C** num vero vis *Lamb* an num non vis *Steph* num vis *Schuetz* non novisse *Bothe* an non nosse *L. Mueller* an non novisti *Ribbeck*

[**M** = **A**^{2}**H** **L** = **VOPUR**] **1** expector ad **A**^{2} expectarat *post correcturam* || **2** nativa *Schuetz* | sed saepe vel **M** vel saepe **L** saepe *secl. Kayser* || **3** verba novantur *secl. Lamb Ernesti Schuetz Kayser* || **3.4** ut ille senius desertus ut di genitales **M** ut ille sensus disertus vidi genitalis **L** ut illud diserti senis: dii genitales *Lamb* ut ille Ennius: dii genitales *Turnebus* ut illud Enni: di genitales *Orelli* ut ille senius disertus *Philippson* || **4** ut **L** *om.* **M** | bacarum **VUR** baccarum **OP** vacarum **M** | incurvescere **LN**^{v} *(cf. Tusc. 1, 69)* incurbescere **A**^{2} incurvascere **H** incurgescere **N** incurviscere *Non Lamb Schuetz Orelli Ellendt* || **5** tertius — verbi **C** in translatis *Iul. Vict.* | transferendi verbi late patet **L** transferendi veritate patet **A** veritate transferendi patet **H** transferendi varietate patet ς | patet ornatus *Iul. Vict.* || **6** coacta **L** *Iul. Vict. Alb* acta **M** | angustiis **L** angustis **M** || **7** delectatio iucunditasque **L** *Iul. Vict. (pr. Stroux*[2] *176)* iucunditas delectationeque **M** delectatio et iucunditas *Alb* iucunditas delectatioque ς *edd. recc.* || **8** adhiberi **M** *Iul. Vict. Alb* haberi **L** || **9** coacta *Alb* | ornamentum ς || **10** verbis *Iul. Vict.* | translatio **L** tral- **M** *Friedrich Bornecque* | frequentata **L** (frequenta **O**^{1}) frequentia **MR** deinde frequentata *Iul. Vict.*

delectationis. nam „gemmare vitis, luxuriem esse in herbis, laetas segetes" etiam rustici dicunt. quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, inlustrat id quod intellegi volumus eius rei, quam alieno
5 verbo posuimus, similitudo. ergo hae translationes quasi 156 mutuationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas; illae paulo audaciores, quae non inopiam vindicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt; quarum ego quid vobis aut inveniendi rationem aut genera ponam?
10 Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas, 39 157 quod verbum in alieno loco tamquam in suo positum, si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet, repudiatur. sed ea transferri oportet quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia:

10 *ad §§ 157 sq. Leeman 129 sq.*

1 gemmare vitis: *or. 81; cf. etiam Quint. 8, 6, 6* || **2** laetas segetes: *or. 81 (cf.* luxuriosa frumenta *or. 81)* || **10** *cf. Quint. 8, 6, 8* || **13** – p. 324, **1** ea – mare *Iul. Vict. RL 432, 1 sq. et inde Alb RL 545, 4*

[**M** = **A²H L** = **VOPUR**] **1** geminare **R** ς *unde* germinare *Rom* | vitis **M** -es **L** *Iul. Vict.* | luxuriare messem *Iul. Vict.* | in herbis *om. Iul. Vict.* || **2** laetas ⟨esse⟩ *Schuetz* | etiam *om.* ς | declarari **MUR** *Iul. Vict.* -are **VOP** || **3** translato **H²V²OPU** *Iul. Vict.* tralato **MV¹Rᵛ** *Friedrich Bornecque* || **4** inlustrat id **L** illustratio **A** inlustratio **H** id translato illustratur *Iul. Vict.* || **5** exposuimus *Schuetz* | ergo **C** igitur ς *Ellendt* | hae **HL** haec **A** | translationes **H²V²OP** tralationes **HV¹R** *Friedrich Bornecque* tralationis **AU** || **6** mutuationes **M** mutationes **L** || **7** illae **VP** -e **MOUR** || **8** orationi **MV²OPRU** orationis **V¹U¹** | arcessunt **VPURᵛ** accersunt **O** arcesserunt **M** | quarum quidem *eqs.* ς *Ellendt* || **9** exponam *Rackham* || **10–12** similitudinis – repudiatur *secl. Sorof Cima Bornecque ret. Richard* | est *secl. Harnecker* || **11** quod – positum *secl. Harnecker* | positum **A²H²** positum sit **H¹L** positumst. Id si *Havet* || **12** agnoscitur **M** -etur **L** | si **L** *om.* **M** | simile nihil **HL** simileni **A** || **12.13** sed ea **C** ea tamen *Iul. Vict.* || **13** ea transferri **L** *Iul. Vict.* ea traferri **M** *Friedrich* (*inde* extra ferri ς) | aut *om. Iul. Vict.* || **14** illa omnia **C** ut est *Iul. Vict.* | omnia *secl. Schuetz Ellendt Kayser*

inhorrescit mare,
tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbum occaecat
nigror,
flamma inter nubes coruscat, caelum tonitru contremit,
grando mixta imbri largifico subita praecipitans cadit, 5
undique omnes venti erumpunt, saevi existunt turbines:
fervit aestu pelagus –

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudi-
158 nem verbis dicta sunt, aut quo significetur magis res tota
sive facti alicuius sive consilii, ut ille, qui occultantem 10
consulto, ne id quod ageretur intellegi posset, duobus
translatis verbis similitudine ipsa indicat:

quandoquidem is se circum vestit dictis, saepit sedulo.

nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut
illud „si telum manu fugit". inprudentia teli missi bre- 15
vius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno

1.2 *citantur plenius De div. 1, 24 ut Pacuviana* || **1–7** *Cf. TRF³ p. 153, Pacuvius inc. fab. v. 411 sqq. Teucro adsignat Warmington (Teucr. v. 353–360 ROL II 294 sq.) A. Klotz Sc. R. Fr. I 184* || **7** fervet aestu pelagus *Iul. Vict. RL 432, 3 Alb RL 545, 4* || **13** *TRF³ p. 291 inc. inc. fab. v. 113; ROL II 620; fortasse haustum ex Accii „Armorum iudicio" aut „Antigona" (cf. Rackham ad l.); cf. Soph. Ant. 241 εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνύσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα* || **14–16** nonnumquam – potuit *cf. Iul. Vict. RL 432, 3 sqq.* || **15** si – fugit *Top. 64*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **2** et tenebrae **OPR** | nimbum **M** nimborum **L** imbrorum ς || **3** nigror **AVOPU²** nigrior **U¹R** nigro **H** || **4** tonitrum **U¹** tronitu **O** || **5** largifico **C** largifluo *Crat. alii cf. O. Skutsch Kl. Schr. 1914, 286* largifluo imbri *Schuetz* | subito ς || **7** fervit **M** -et **L** *Iul. Vict.* || **8** translatis **H²OPU²** tra- **MVU¹R** *Friedrich Bornecque* || **9** significatur *Kayser Sorof* || **10** sive¹ **A^m HL** si **A²** | ille **L** illi **M** | occultaret rem *Rom* || **11** posset **M** -it **L(R^v)** || **12** translatis **H²OPU** tra- **MVR** *Friedrich Courbaud* | ipsam **U** || **13** quando quid **O¹** (q. quidem **O^v**) | is se ς *Pearce alii* iste **C** ista *Med. Asc.* | vestit **L** vestet **M** | saepit **L** saepe **M** | sedulo **C** *Ribbeck TRF³ Warmington ROL II 620 Piderit Adler Friedrich* se dolo *Ossan quem secuti sunt Kayser Sorof Cima Wilkins Courbaud Rackham* || **14** translatione **H²L** *Iul. Vict.* tra- **M** *Friedrich Bornecque* || **15** illud *om. Iul. Vict.* | si *om. Iul. Vict.* | enim teli *Iul. Vict.* | missi **M** emissi **L** *Iul. Vict. Richard* | si brevius **R** || **15.16** brevius – potuit **C** propriis verbis exprimi brevius non posset *Iul. Vict.*

significata translato. atque hoc in genere persaepe mihi ad- 159
mirandum videtur quid sit, quod omnes translatis et alienis
magis delectentur verbis quam propriis et suis. nam si **40**
res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut
5 „pes“ in navi, ut „nexum“ quod per libram agitur, ut in
uxore „divortium“, necessitas cogit quod non habeas
aliunde sumere; sed in suorum verborum maxima copia
tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione trans-
lata, delectant. id accidere credo vel quod ingeni specimen 160
10 est quoddam transiire ante pedes posita et alia longe
repetita sumere; vel quod is qui audit alio ducitur cogi-
tatione neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio;
vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur; vel
quod omnis translatio quae quidem sumpta ratione est,
15 ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est
sensus acerrimus. nam et „odor“ urbanitatis et „molli- 161
tudo“ humanitatis et „murmur“ maris et „dulcitudo“
orationis sunt ducta a ceteris sensibus; illa vero oculorum

1 *ad § 159 sq. Leeman 130* || **10** *ad § 160 Michel 343 sq.* || **16** *ad § 161 Michel 340. 342; Leeman 131*

11 alio ducitur *cf. or. 134*

[$\mathbf{M = A^2H}$ $\mathbf{L = VOPUR}$] **1** translato $\mathbf{H^2OPU}$ tra- **MVR** *Friedrich Bornecque* | atque hoc **VOPU** *(pr. Stangl*^{12}*)* hoc **MR** *edd. recc.* || **2** translatis **L** tralatis **M** *Friedrich Bornecque* || **3** delectentur **M** -antur **L** | quam propriis *om.* **H** || **4** suum **L** suom **M** | vocabulum proprium **M** proprium vocabulum **L** || **5** pes **L** spes $\mathbf{MR^m}$ | ignavi $\mathbf{PR^m}$ | per $\mathbf{MO^mPUR}$ *om.* **VO** per ⟨aes et⟩ *Lamb* || **6** habes *Rom* || **7.8** copia tamen **L** tamen copia **H** tamen inopia **A**ς tamen in copia ς || **8** translata **OPU** tra- **MVR** *Friedrich Bornecque* || **9** id ⟨ideo⟩ *Rackham* || **10** quoddam **L** *(pr. Harnecker)* quiddam **M** | posita et **L** *(pr. Harnecker)* positum et **H** *(pr. Friedrich*^{2} *51)* positae **A** petita *Bake Sorof* || **12** aberat **P** | maxima est **AL** -mast **H** || **13** quod **L** *(cf. § 158, 2, 327)* quod in **M** quod iis *Friedrich*^{2} || **13–15** vel – admovetur $\mathbf{MV^2O^{al}P^mU}$ *om.* **V** *(in mge: „vetus non habet illam additionem“)* $\mathbf{O^1P^1R}$ || **14** translatio $\mathbf{VO^2P^2U}$ tra- **MOPR** *Friedrich Bornecque* | summa *Gruter* || **15** maxime oculorum **M** maximeque ad oculorum **L** | qui **C** quorum *Bake*^{1} || **17** dulcitudo **C** dulcedo ς *Piderit Rackham* || **18** orationis **L** rationis **M** (*post rationis sp. vac. 4 litt.* **H**) | deducta *Lamb* | oculorum *secl. Madvig*^{1}

multo acriora, quae paene ponunt in conspectu animi, quae cernere et videre non possumus. nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine. unde enim simile duci potest – potest autem ex omnibus – indidem verbum unum, quod 5 similitudinem continet, translatum lumen adferre ora-
162 tioni. quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: „Caeli ingentes fornices". quamvis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo inesse non potest. 10

vive, Ulixes, dum licet;
oculis postremum lumen radiatum rape!

Non dixit „cape" non „pete" – haberet enim moram spe-
41 rantis diutius esse victurum –, sed „rape". hoc verbum
163 est ad id aptatum, quod ante dixerat, „dum licet". deinde 15 videndum est, ne longe simile sit ductum. „Syrtim patri-

7 *ad § 162–164 Leeman 131*

8 caeli ingentes fornices *TRF³ p. 79 Ennius inc. fab. v. 374; Scaen. v. 381 V³; ROL II 364* || 11 sq. *TRF³ p. 280 inc. inc. fab. v. 47; ROL II 610: fortasse ex Ennii Aiace (cf. Ribbeck, Röm. Trag. 132) versus plenius citantur Acad. 2, 89*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** paene ponunt **M** ponunt paene **L** || **2** possumus **MP¹** -imus **L** | enim **C** autem *Heusinger* || **3** cuius **L** atque huius **M** quoius *Friedrich* | in *om.* **R** | possimus **L** -umus **M** || **4** unde **L** eundem **M** || **5** potest **VOPU** *om.* **MR** | indidem **MV^v** unde mihi idem **P¹** inde idem **O** in idem **P²UR** itidem ς *Rom* || **6** translatum **OPU** *Friedrich Bornecque* tra- **MVR** | adferre **A** afferre **LR^v** *(pr. Stangl 750)* adferet **H** *Friedrich Wilkins Bornecque* afferet *Steph.* || **7** fugienda est *Rom Ernesti* || **10** non potest inesse **A²** *(sed signa transpositionis obvia)* || **11** vive **C** vivum *Acad. 2, 89* || **12** radiatum **C**: radiantis *Muretus II 9* | rape **L** *om.* **M** *(pr. ommissionem Stangl⁷ 41)* || **13** cape non pete **L** *Ernesti Ellendt Cima* pete sed cape **M** pete non cape ς *Friedrich Wilkins Bornecque* | sphiorantis **H** || **14** esse **C** esse ⟨sese⟩ *Rom Ernesti* ⟨sese⟩ esse ς ⟨se⟩ esse *Lamb at cf. Lebreton 376 sqq.* | victurum **L** *om.* **M** || **14.15** hoc verbum est **L** hoc verbum **M** est hoc verbum *Friedrich (collato § 167) quem Wilkins Bornecque sequuntur* || **15** aptatum **L** adeptum **M**

monii" scopulum libentius dixerim, „Charybdim" bonorum voraginem potius. facilius enim ad ea, quae visa quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi ferentur. et quoniam haec vel summa laus est in verbis transferendis, ut
5 sensum feriat id quod translatum sit, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audient, trahet similitudo. nolo dici morte Africani „castratam" esse rem publicam; nolo „stercus curiae" dici Glauciam; quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis
10 cogitatio similitudinis. nolo esse aut maius quam res postulet: „tempestas comisationis"; aut minus: „comisatio tempestatis". nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: 164

1 Charybdim: *Verr. 5, 146, Phil, 2, 67* || **3–13** et quoniam *u. ad* proprium *Iul. Vict. RL 432,5–12 (multis omissis)* || **3–5** et quoniam – aperiat *(sic) Alb. RL 545, 8* || **5–10** fugienda – similitudinis *Alb. RL 545, 10–13* || **6** turpitudo *cf. Arist. Rhet. 3, 2, 13 (1405b 17)* || **8** *Quint. 8, 6, 15* castratam morte Africani rem publicam. *Mart. Capella RL 473, 26* ut si dicas castratam Africani morte rem publicam aut Clodium stercus senatus *August Contr. adv. leg. et proph. 1, 24, 52 (Patr. Lat. Migne 42, 635 sq.)* apud Ciceronem ... nolo inquit, dici morte Africani castratam esse rem publicam. *Quint. 8, 6, 15* stercus curiae Glauciam

[**M** = **A²H L** = **VOPUR**] **1** Charybdim **M** -em **L** || **1.2** voraginem bonorum **A²** *(sed postea transposuit)* || **3** mentis **L** eis **M** | ferentur **M** *(cf. Friedrich² 52)* -untur **L** || **4** haec vel summa **C** summa haec *Iul. Vict. Alb* | in verbis transferendis *editores (cf. e. g. 3, 155)* in verbis traferendis **M** *Friedrich* verbi transferendi **L** *Richard* verbi translati *Iul. Vict. Alb* || **5** feriat **C** aperiat *Alb* | id – sit *om. Iul. Vict.* | translatum **L** tralatum **M** | est **L** *Iul. Vict. Alb om.* **M** || **6** audient **A²** *Iul. Vict.* -unt **HL** *Alb* || **7** trahet **M** *Iul. Vict. Alb* -hit **L** | nolo dici **C** ut dictum est *Iul. Vict. Alb* | dici morte **MU** morte dici **VOPR** | castratam morte Africani *Quint.* || **8** esse **C** *om. Quint. Iul. Vict. Alb* | nolo **C** ut *Iul. Vict. Alb* | curiae **C** rei publicae ς *Rom* | dici **C** *om. Quint.* || **8.9** dici – tamen *om. Iul. Vict. Alb* | Glaciam **H** || **10** nolo – maius **C** translatio non sit maior *Iul. Vict.* | res **MU** *Iul. Vict. Alb om.* **VOPR^V** | postulet ⟨ne dicas⟩ *Iul. Vict.* || **11** comisationis **H** comissationis **A** commessationis **L**(**R^V**) | aut minus **C** aut contraminor *Iul. Vict.* | comisatio **M** commessatio **L** || **12** translatum **OP** tra- **MVUR^V** || **13** quam fuisset **L** *Iul. Vict. om.* **M** | illud **L** illum **M** *om. Iul. Vict.* | ac **L** ad **M**

Quidnam est obsecro? quid te adirier abnutas?
melius esset „vetas, prohibes, absterres"; quoniam ille dixerat

illico istic
ne contagio mea bonis umbrave obsit . . . 5

165 Atque etiam, si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo; ut si olim M. Catone mortuo „pupillum" senatum quis relictum diceret, paulo durius; sin „ut ita dicam pupillum" aliquanto mitius. etenim verecunda debet esse translatio, 10 ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse, atque ut 166 praecario, non vi venisse videatur. modus autem nullus est florentior in singulis verbis neque qui plus luminis

10 verecunda – translatio: *Laurand 41*

1 *TRF³ p. 67 Ennius Thyestes v. 306; Scaen. v. 352 V³ ROL I 352* || **4** sq. *TRF³ p. 67 Ennius Thyestes v. 303 sq.; Scaen. v. 349 sq. V³; ROL I 352; citantur etiam plenius Tusc. 3, 26* || **6** – p. 329, 2 si vereare – iugo *Iul. Vict. RL 432, 12–18 (multis omissis)* || **10** *cf. Rhet. ad Her. 4, 45, or. 81, De opt. gen. 4, Fam. 16, 17, 1, ubi Theophrastus auctor sententiae citatur*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** Quidnamst **M** Quidnam est **L** (quidnam esset **R**) | quid te **L** (**R^v**) quod te **M** | adirier *Vahlen* adiri **L** abire **A²** abire **H** adiri tam *Ribbeck* || **2** esset vetas **L** esse tu eas **A** esset *(sp. vac. 5 litt.)* veas **H** || **4** istic **C** istinc *Pearce Firmani Galmés* istim *Schuetz* || **5** contagio mea **MPUR** contagio me a **VO^v** contagione a **O¹** || **6** duriora **A**ς | translatio **OPU** *Iul. Vict.* tralatio **MVR** *Friedrich Bornecque* || **6.7** esse videatur **C** sit *Iul. Vict.* || **7** praeposito **VU** proposito **OP** praepositio **MR** | saepe *om. Iul. Vict.* || **7.8** ut – mortuo **C** ut dicturus mortuo Catone pupillum senatum *Iul. Vict.* || **8** Catone **MP²** Catoni **L** Cathoni **R^v** | pupillum **C** vel orbum **A^m** vel publicum **H²** || **9.10** aliquanto *u. ad* etenim *om. Iul. Vict.* || **10** mitius **M** mitius est **L** mitius esset *Lamb* | verecunda – debet **C** verecundior enim fiet *Iul. Vict.* | debet esse **L** *Piderit Ellendt Wilkins Cima* esse debet **M** *Friedrich Bornecque* | translatio **OPU** tra- **MVR** *Friedrich Bornecque* || **11** inrupisse **M** *Iul. Vict.* (irr.) irruisse **VOP** *Rackham* inruisse **UR** || **11.12** atque – videatur *om. Iul. Vict.* || **12** vi venisse **C** invenisse ς *Rom* || **12** – p. 323, 1 modus – profluit *om. Iul. Vict.* || **13** neque qui *Luchs Ruehl Heerdegen suo quisque libro adscripsit secuti sunt Friedrich Wilkins Bornecque* quamquae **A** que qui **A^m** *(post sp. vac. 1 vel 2 litt.)* que qui **H** nec qui **L** *Canilli Firmani*

adferat orationi. nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis conectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit:

neque me patiar
5 iterum ad unum scopulum ut olim classem Achivom
offendere.

atque illud:

Erras, erras; nam exultantem te et praefidentem tibi repriment validae legum habenae atque imperi insistent
10 iugo.

167 42 Sumpta re simili verba illius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur. est hoc magnum ornamen-

4sq. *TRF³ p. 295 inc. inc. fab. v. 139sq. ROL II 164; Piderit Sorof alii e Pacuvii Chryse hausta esse putant* | neque – offendere *habet Iul. Vict. RL 432,15* || 8sq. *TRF³ p.293 inc. inc. fab. v.125 ROL II 604; Ribbeck putat versum haustum esse ex Clutemestra Accii cf. Rom. Trag. 462* || 12 – p. 330, 2 est hoc – aenigmata *Iul. Vict. RL 432, 18sq. (libere) cf. praeterea Quint. 8, 6, 14*

[**M** = **A^2H** **L** = **VOPUR**] 1 adferat **HVUR** afferat **OP** afferant **A^2** | oratoris *ς Rom* | nam **C** quam *Bake* | profluit **M$V^m$$O^{al}$R** *$Pol^{al}$* profuit **$V^v$OPU** proficit *$Pol^{al}$* || 2 non – verbo **C** est traslatio in uno verbo *Iul. Vict.* | translato **OPU** tralato **V** tralatio **MR** *om. Iul. Vict.* | ex **C** in *Iul. Vict.* || 3 conectitur *om. Iul. Vict.* | dicatur **C** dicas *Iul. Vict.* | aliud² **C** et aliud *Iul. Vict.* | intellegendum sit ⟨ut est⟩ *Iul. Vict.* || 4 neque me patiar **MP^2** *Iul. Vict.* neque me patior **L(O^v)** ne quem patior **O^1** || 5 iterum **L** *om.* **M** *Iul. Vict.* | ad unum **C** aduncum *Ribbeck* | ut olim *Ribbeck* et telum **C** *Richard* et caelum **P^{2al}** iterum *Iul. Vict.* | classem **C(O^v)** Crasse *Iul. Vict.* | Achivom **M** -um **L**; *om. Iul. Vict.* || 7–9 atque illud – atque *om. Iul. Vict.* || 8 erras, erras **L** erras **M** | nam **C** non **U** | nam exultantem te **L** nam et vidente te **A^2** nam et vidente me **H** nam et violentem *Buecheler* | praefidentem **VO^vU** praesidentem **OPR** praefidente **M** || 9 repriment **C(O^v)** reprimunt **O^1** | validae **MR** valide **VOPU** | legum habenae **M** *om.* **V^v** (*suppl.* **V^m**) **O** (*suppl.* **O^{al}**) **P^1** (*suppl.* **P^2**) **R** 'legum habenae' *non est in veteri* **R^v** | atque **C** et *Iul. Vict.* | imperi **M** -ii **L** | sistent *Kiessling* || 11 simili **L** (simili in **P**) simplici **M** | illius **M**: eius **L** *Richard Rackham* || 12 transferuntur **L**: referuntur **M** traferuntur *Friedrich* || 12 – p. 330, 1 est – orationis **C** (ornam̄ *sp. vac. 3 litt.* **H** ornamen **A**): quod magnum ornamentum est orationis *Iul. Vict.*

tum orationis, in quo obscuritas fugienda est; etenim hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata. non est autem in verbo modus hoc, sed in oratione, id est in continuatione verborum. ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet sed in 5 oratione:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu

Pro „Afris" est sumpta „Africa" neque factum est verbum, ut „mare saxifragis undis", neque translatum, ut „mollitur mare", sed ornandi causa proprium proprio 10 commutatum.

Desine, Roma, tuos hostis . . .
Testes sunt Campi magni . . .

Gravis est modus in ornatu orationis et saepe sumendus; ex quo genere haec sunt, Martem belli esse commu- 15 nem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino,

7 *Ennius Ann. v. 310 V*[3] *ROL I 114* | *versus citatur etiam Fam. 9, 7, 2; cf. praeterea or. 93* || 9 mare – undis *Vahlen (p. 82) adscripsit Ennio L. Müller (p. 140) de Pacuvio cogitat* || 10 mollitur mare *TRF*[3] *p. 98 Pacuvii Chryses v. 77: ROL II 194* || 12 *Ennius Scipio v. 6 V*[3] *ROL I 398 citatur etiam fin. 2, 106* || 13 *Ennius Scipio v. 8 V*[3] *ROL I 398* || 15sq. *cf. Quint. 8, 6, 24* || 15 – p. 331, 5 Martem – penetravit *Iul. Vict. RL 432, 21–25 (multis omissis)*

[**M** = **A**[2]**H** **L** = **VOPUR**] 1 sed in eo fugienda est obscuritas *Iul. Vict.* || 2 hoc **M** *(pr. Ellendt ad l.)* ex hoc **L** *Iul. Vict. Ernesti* | fere **MU** *Iul. Vict. om.* **VOPR** *Piderit* || 2–4 non – verborum *secl. Bornecque Canilli Richard* || 5.6 sed in oratione **C** *del. Schuetz quem omnes sequuntur at recte def. Reis* || 7 terribili **L** -is **M** terra **MOPU** *om.* **V**[v] (*suppl.* **V**[m]) **R** | tumultus **R** || 8 pro – Africa *del. Bake Kayser Sorof Wilkins Friedrich Bornecque (cf. tamen or. 93) ret. Firmani Richard Galmés* | factum est verbum **A**[2] factumst verbum **H** *(pr. Stroebel 70)* factum verbum est **L** || 9 translatum **OPR** tra- **MVU** || 10 causa proprium **MP**[2]**UR** proprium causa **VOP**[1] || 12 tis testes *om.* **A** *(sp. vac. 8 litt.)* | *post* hostis ⟨et⟩ *ins.* ς *editores del. Friedrich; cf. 2, 274; 3, 154* || 13 testes **C** (**O**[v]) tres **O** | Magni *Ellendt* || 15 ex – sunt **C**: est etiam illa translatio pertinens ad ornatum ut *Iul. Vict.* || 16 et Cererem *Iul. Vict.* || 16 – p. 331, 1 Liberum – mari **C** *om. Iul. Vict.*

Neptunum pro mari, curiam pro senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello; quo 168 item in genere et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur: „luxuries quam in domum inrupit“ et
5 „quo avaritia penetravit“ aut „fides valuit, iustitia confecit“. videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo immutatoque verbo res eadem enuntiatur ornatius; cui sunt finitima illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intellegi volumus aliquid aut ex parte totum, ut pro aedi-
10 ficiis cum parietes aut tecta dicimus; aut ex toto partem, ut cum unam turmam equitatum populi Romani dicimus; aut ex uno plures:

> At Romanus homo, tametsi res bene gesta est,
> corde suo trepidat;

15 aut cum ex pluribus intellegitur unum:

> Nos sumus Romani, qui fuvimus ante Rudini;

1. 2 campum pro comitiis *cf. e. g. Pis. 3* sit sane Fors domina campi || **2** togam pro pace *eqs. cf. eg. Pis. 73* || **3–5** virtutes *u. ad* penetravit *Alb RL 545, 17–19* || **9. 10** intellegi – dicimus *Iul. Vict. RL 432, 25–31 (multis omissis)* || **13** sq. *Ennius Ann. v. 547 sq. V³ ROL I 434 (ex inc. scriptis)* || **16** *Ennius Ann. v. 377 V³ ROL I 434 (ex inc. script.)*

[**M** = **A²H** **L** = **VOPUR**] **1** et curiam *Iul. Vict.* | et campum *Iul. Vict.* || **2** ac **MOPUR** et **V** || **2. 3** arma – genere *om. Iul. Vict.* || **3** aut cum virtutes *Iul. Vict. Alb* | virtutes et vitia **L** et vita et virtus **A¹** et virtus et vita **A²H** | illa *om. Alb* || **4** appellantur **C** appellamus *Iul. Vict. Alb* | luxuries – inrupit **C** ut quam in domum luxuries irrupit *Iul. Vict.* ut in quam domum luxuries irrupit *Alb* || **5** quo **C** *om. Iul. Vict.* || **6** immutatoque **M** *(pr. Stroebel 69 coll. § 167, 169, Orat. 92, 93 part. or. 17)* commutatoque **L** *Richard Rackham* || **7** verbo **L** *om.* **M** | enuntiatur **MVUR** nuntiatur **OP** | cui ς quo **M** cum **L** || **8** ⟨est et illud⟩ cum *Iul. Vict.* || **9** aliquid *om. Iul. Vict.* | cum pro aedificiis *Iul. Vict.* | aedificis **H** || **10** aut **HL** ac **A²** || **11** equitatum **MVUR** equitum **OP** | populi – dicimus *om. Iul. Vict.* || **12** plures ut Romanus invasit *Iul. Vict.* || **13** At **M** ut **L** | tamen etsi **A²VO** tametsi **HPUR** || **14** trepidat *om. Iul. Vict.* || **15** intellegitur *om. Iul. Vict.* | unus *Richard* || **16** nos . . . Rudini **C**: ut „Romani sumus“ cum unus dicit *Iul. Vict.* | fuvimus *Lamb* fuimus **C** | Rudini **M** ruini **VOR^v** rhuini **U** rutuli **O^al** *gasp.* **P²U^m** *om.* **P¹**

43 aut quocumque modo, non ut dictum est, in eo genere
169 intellegitur, sed ut sensum est. abutimur etiam saepe verbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter; ut cum grandem orationem pro longa, minutum animum pro parvo 5 dicimus. verum illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quae ex pluribus, ut exposui, translationibus conexa sunt? haec autem, quae aut immutata esse dixi aut aliter ea intellegenda ac dicerentur, sunt translata quo-
170 dam modo. ita fit ut omnis singulorum verborum virtus 10 atque laus tribus existat ex rebus: si aut vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit; aut factum vel coniunctione vel novitate, in quo item est auribus consuetudinique parcendum; aut translatum, quod maxime tamquam stellis quibusdam notat et inluminat ora- 15 tionem.

171 Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime,

10 *ad § 170 Michel 137* | verborum virtus: *Liebers 137*

11.12 si – possit *Non. 303, 10* (*prcpter* ferre) || **15** *or. 92* illustrant eam quasi stellae quaedam translata verba atque immutata || **17** – p. 333, **2** Sequitur – desiderat *Iul. Vict. RL 432, 22*

[**M** = **A**²**H** **L** = **VOPUR**] **1.2** aut – sensum est *om. Iul.Vict.* | eo *om.* **R** || **2** sensum est **VOPU** sensumst *Friedrich* sensust **A** sensust **H** sensum **R** (*post* sensust *sp. vac. 5 litt.* **H**, *post* sensum *sp. vac. 4 litt.* **R**) | abutitur **U**¹ (*corr.* **U**²) utimur *Iul. Vict.* | etiam saepe **M** *(pr. Stroebel 70 Friedrich⁴ 86)* saepe etiam **L** || **3.4** quam – impudenter **C**: sed licentius tamen translato *Iul. Vict.* | quam **C** ut **H**¹ | transferendo **VOPU** traf- **MP** *Friedrich* || **4** interdum *secl. Kayser* | interdum tamen *Cima malit* | impudenter **M** pudenter **VOPR** imprudenter **U** || **5** longa **MU**² *Iul. Vict.* magna **L** *Richard Rackham* || **6** verum **MU** vera **VOPR** || **7** quae cum ex **A**² | exposui **A**²**L** posui **H** | translationibus **OPU** tra- **MVR** *Friedrich Bornecque* || **8** sunt **C** sint *Bake*¹ || **9** ea **M** *Friedrich Bornecque om.* **L** | esse *Friedrich*² *del. Ellendt Cima Wilkins* | dicerentur **MV** discerentur **R**ᵛ**U** diścerentur **OP** | translata **OPU** tra- **MVR** *Friedrich Bornecque* translata ⟨alio⟩ *Stangl*¹ translata ⟨item⟩ *Sorof at cf. Stroebel 73* || **10** ut *om.* **R** || **12** tam **U** | factum **C**: factum novum **O**²**P**² a novo factum **P**²ᵃˡ de novo factum ς *Rom* || **13** coniunctione **C**(**O**ᵛ) continuatione **O** | est *om.* **V** || **14** parcendum **C** parendum ς *Rom* || **15** notat – orationem **C**: illlustrat orationem notat et **A**² *inde* illustrat et notat orationem ς || **17.** p. 333, **1** maxime conlocationem **L** *Iul. Vict.* conlocationem maxime **M**

conlocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat. conlocationis est componere et struere verba sic ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. in quo lepide 5 soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius:

Quam lepide lexis compostae! ut tesserulae omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.

Quae cum dixisset in Albucium inludens, ne a me qui- 10 dem abstinuit:

Crassum habeo generum, ne rhetoricoterus tu seis.

Quid ergo? iste Crassus, quoniam eius abuteris nomine, quid efficit? illud quidem; scilicet, ut ille volt et ego vellem, melius aliquanto quam Albucius. verum in me

3 *or. 150* ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas || **7** sq. *Lucilius v. 84 sq. M. ROL III 28. versus citantur etiam or. 149, Plinius NH 36, 185, Non. 188, 19* (*propter* „vermiculatum“) *cf. etiam Brut. 274:* et tamquam in „vermiculato emblemate“ ut ait Lucilius || **11** *Lucilius v. 86 M. ROL III 28*

[**M** = **A**^{2}**H** (*inde a v. 12* **A**^{1}**HE**) **L** = **VOPUR**] **2** desiderat **MUR** -ant **VO** (ṇ expunctum) **P** || **3** asper eorum concursus **L** asperiorum concursus **A**^{2} asper concursus eorum **H** || **4** levis **MVPUR**^{v} lenis **OP**^{2}**U**^{2}**R**^{n} laevis *Ernesti* | in quo **MP**^{2}**R**^{m} in quod **L**(**R**^{v}) | lepide **L** lepidi **A**^{2} lepidis **H** (*post* lepidis *sp. vac. 2 litt.*) Lepidi *Rom* lepide ⟨in⟩ *Ernesti Bornecque* || **5** persona **C** personam *Ascens* || **6** Lucilius **L** ·l· Lucilius **M** *del. Kayser* || **7** lepide **A**^{2} laepidae **H** lepida **L** | lexis *Non Orator § 149* exis **A** ex iis **H** sinthesis **L**(**R**^{v}) *λέξεις Bornecque* | compostae ϛ compositae **MVU** composite **OPR**^{v} composui et *Non* | ut tesserulae **M** *om.* **V** (*in textu*) **O**^{1}**PU**^{1}**R**^{v} (*adscripsit in mge* **V**^{1}**O**^{2}**U**^{2}) | omnes *del. Schuetz Mueller* || **8** vermiculato emblemate *Brutus 274* pavimenti atque emblemati vermiculati *L. Mueller in ed. Lucilii (p. 135)* || **9** inludens **MO**^{al}**P**^{al}**R**^{m}**N** impudens **LN**^{v} || **11** rhetoricoterus tu seis **H** rhetorico te rustus eis **A**^{2} rhetorico teros tusis **V**^{v}**R**^{v}**U** rhetorico teres tuses **O** rhetorico terostuses **P**^{1} (tusis **P**^{2}) *ῥητορικώτερος* tu seis *Galmés* || **12** *in verbis* quid ergo *redeunt* **A**^{1}**E** || **13** efficit *ex* effecit *correctum* **V** | illud quidem **M** idem illud **L** *Firmani Richard Rackham* idem illud quidem *dubitanter Adler* | volt **AH** vult **E** vovit **V**^{v} voluit **V**^{m}**OPUR** *Ernesti Schuetz Richard*

172 quidem lusit ille, ut solet. sed est tamen haec conlocatio conservanda verborum, de qua loquor; quae iunctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae levem, quae aequabiliter fluentem; id adsequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungentur, ut neve aspere 5
44 173 concurrant neve vastius diducantur. hanc diligentiam subsequitur modus etiam et forma verborum, quod iam vereor, ne huic Catulo videatur esse puerile. versus enim veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt; 10 interspirationis enim, non defetigationis nostrae neque librariorum notis sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt; idque princeps Isocrates instituisse fertur ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium 15 causa, quem ad modum scribit discipulus eius Naucrates,
174 numeris adstringeret. namque haec duo musici, qui erant quondam eidem poetae, machinati ad voluptatem sunt,

6 *de §§ 173–193 Schmid 82–112; Barwick 79* | *de § 173 Schmid 82 sq.* || **13–17** *Laurand 30* || **17** *de § 174 Schmid 83*

8–10 vorsus – putaverunt *Ruf. GL 6, 572, 24 RL 580, 27 sq.* || **13** – p. 335, **10** idque – distinguat *Ruf. GL 6, 572, 26 sqq. RL 580, 29 sqq.* || **14** Isocrates: *Brut. 32 sq., or. 174–176*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** haec **M** *om.* **L** | conlocatio **AHVU** colloc- **EOP** conlatio **R** || **2** conservanda **C** servanda ς *Bake Kayser* | de qua loquor *secl. Bornecque* | iunctam **C** *(pr. Philippson)* vinctam ς *Ernesti quem multi sequuntur* || **3** effecit **R** | levem **MVR**^{v}**P**^{1}**U** lenem **OP**^{2} **U**^{2} **R**^{n} || **4** id **L** *om.* **MP** *secl. Kayser Friedrich* | adsequemini **AHVR** assequemini **OP** assequimini **E** adsequimini **U** *secl. Kayser* | verba **L** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich* || **5** iungentur **M** iungetis **L** || **6** neve **L** ne **M** | diducantur *Man* deducantur **C** || **8** versus **L** vorsus **M** || **9** veteres illi **C** illi veteres *Ruf* | hoc est **L** *Ruf* hoc **AH** hos **E** || **10** esse *om.* **H** || **11** interspirationis **C** interspirationes *Schuetz del. Bake* | enim **L** *om.* **M** *del. Bake Friedrich Bornecque Canilli Firmani* | defetigationis **MVPU** defat- **EOR** defatigatione *Pearce Schuetz* | nostrae **C** nostrae causa ς nostra *Pearce Schuetz* || **12** librariorum **L** liberiorum **AH** liber eorum **E** || **14** princeps **C** *Ruf* primus **H** || **16** quem **L** *Ruf* quae **M** | discipulus **L** *Ruf* -um **M** | Naucrates **VOPU** *Ruf* Naucratem **M** Naucrate **R** || **17** adstringeret **AH** astringeret **EL** astringeretur *Ruf* | namque **C** nam quae *Bake*[1] | haec duo *secl. Bake*[1] || **18** sunt **EL** *Ruf* sum **AH**

versum atque cantum, ut et verborum numero et vocum modo delectatione vincerent aurium satietatem. haec igitur duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati posset, a poetica
5 ad eloquentiam traducenda duxerunt. in quo illud est vel 175
maximum, quod, versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est, et tamen eam coniunctionem sicuti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. neque est ex multis res una, quae magis oratorem
10 ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit quantum potest et id quod dicit spiritu, non arte determinat, orator autem sic inligat sententiam verbis, ut eam numero quodam conplectatur et adstricto et soluto. nam cum vinxit forma et modis, 176
15 relaxat et liberat inmutatione ordinis, ut verba neque adligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta ut vagentur. quonam igitur modo tantum munus **45**

3 verborum conclusionem: *Bornecque*[1] *66–68; Stegemann 1083sq.* || **5** *de § 175 Schmid 83sq.* || **14** *de § 176 Schmid 85sq.*

5sq. *Arist. Rhet. 3, 8, 3 (1409a 19); Brut. 32 or. 172; 189; 194*

[**M** = **AHE L** = **VOPUR**] **1** vorsum **AH** v°ersum **E** versuum **L** | cantum **M** cantuum **L** | et **L** *(pr. Stroebel 8) om.* **M** *secl. Friedrich* et ex *Ruf* || **2** delectatione **C** et delectatione *Ruf del. Ernesti quem Schuetz Cima Bornecque Canilii Firmani sequuntur at cf. Ellendt ad l.* || **4** posset **M** possit **L** *Ruf* | a poetica **C** *Ruf (RL)* et a poetica *Ruf (GL)* || **5** traducenda **VOPR** -am **MU** | duxerunt **OPU** dixerunt **MVR** | vel **L** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich* || **6** versus **EL** *Ruf* vorsus **AH** || **7** vitium – coniunctionem **MU** *om.* **V**^{v} (*adscripsit* **V**^{m} *cum adnotatione* „vetus non habet habet additionem") **O**^{1} (*adscr.* **O**^{al}) **PR** | eam **VOPR** *Ruf* etiam **M** *om.* **U** || **8** versum **EL** *Ruf (GL)* vorsum **AH** versuum *Ruf (RL)* | cadere **L** *Ruf* sedere **M** cedere ς | quadrari *Schuetz* | perfici **C** perficere ς || **9** est **L** *Ruf om.* **M** | res una **C**(**R**^{v})**B**^{v} res ulla **O**^{mal} **R**^{m} **B**^{n} rebus una *Ruf* rebus res una *Stangl*[2] || **10** ignaroque **M** *Ruf* ab ignaroque **L** || **11** quantum potest **L** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich at propter sensum et clausulam retinendum (cf. Herthel 39)* | dicit **MOPU**^{2}**R** dicet **VU**^{1} || **13** complectatur **V**^{v} || **14** vinxit **C** vincxit **V**^{v}**R**^{v} | forma et modis **M** modis forma et **VPU** modis et forma et **O** modis format et **R** || **16** adligata – neque *om.* **E** | certa aliqua **C** aliqua certa **H** | solut **A** || **17**–p. **336, 1** tantum – ut *del. Bake*[1] *Kayser* tantum **VOPR** *om.* **MU** | munus insistemus **C** *cf. Lebreton 184* munus instituemus *Pol*^{al} munus instruemus *Sorof* numeris instistemus *Lamb*

insistemus, ut arbitremur nos hanc vim numerose dicendi consequi posse? non est res tam difficilis quam necessaria. nihil est enim tam tenerum neque tam flexibile neque quod tam facile sequatur quocumque ducas quam oratio. ex hac versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur; 5
177 ex hac haec etiam soluta variis modis multorumque generum oratio. non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba; neque ex alio genere ad usum cotidianum, alio ad scaenam pompamque sumuntur; sed ea nos cum iacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram ad 10 nostrum arbitrium formamus et fingimus. itaque tum graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus; sic institutam nostram sententiam sequitur orationis genus idque ad omnem aurium voluptatem et animorum
178 motum mutatur et vertitur. sed ut in plerisque rebus in- 15 credibiliter hoc natura est ipsa fabricata, sic in oratione, ut ea, quae maximam utilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent vel dignitatis vel saepe etiam venustatis. incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi atque naturae, 20

6 *de § 177 Schmid 86* || **7.8** alia – verba *Barwick 28–31* || **11–15** *Douglas 20* || **15** *de §§ 178–180 Schmid 86; Michel 300, 308*

11 sqq. *cf. Rhet. ad Her. 4, 11–14 or. 20; 75–99; de opt. gen. 2*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** arbitramur *Bake*[1] *Kayser* | numeros edendi **E** || **2** quam necessaria **L** tam necessaria **M** || **4** sequatur **AEL** consequatur **H** || **5** versus **EL** vorsus **AH** | ex eadem **AHL** ex hac eadem **E** *Wilkins Bornecque* | haec **L** *om.* **M** || **6** varis **AH**[1] | generum **L** genera **AH**[m] **E** genere **H** || **7** non sunt enim *Schuetz* || **10** ceram **L** *om.* **M** || **11** formamus et fingimus **L** formamus fingimus **AE** formam fingimus **H** | tum **C** tum ⟨ut⟩ *add. Schuetz collato Quint. 9, 4, 69 quem Friedrich Bornecque sequuntur (at cf. Ellendt ad l.)* || **12** graves sumus **L** gravissimus **M** | subtiles **L** suptilis **AH** subtilis **E** || **13** sic **MUR** *om.* **VOP** || **14** idque **M** itaque **L** | omnem aurium **M** omnem rationem et aurium **L** omnem et aurium *Schuetz* || **15** motum **MU** ad motum **VOPR** | mutatur et vertitur **L** utatur exvortitur **M** | ut *secl. Bake*[1] || **16** natura est **EVOPU** -ast **AH** natura **R** | ipsa **MUO**[al] **R**[m] ita **VOPR**[v] | sic in oratione *secl. Bake* || **17** maximum **E** || **17.18** plurimum eadem haberent **M** eadem haberent plurimum **L** eadem plurimum haberent **P**[1] || **18** etiam **M** etiam ac **L** | venustatis **M** vetustatis **L**

rotundum ut caelum terraque ut media sit eaque sua vi nutuque teneatur, sol ut eam circumferatur ut accedat ad brumale signum et inde sensim ascendat [et] in diversam partem; ut luna accessu et reccessu suo solis lumen accipiat;
5 ut eadem spatia quinque stellae dispari motu cursuque conficiant. haec tantam habent vim, paulum ut inmutata 179 cohaerere non possint, tantam pulchritudinem, ut nulla species ne cogitari quidem possit ornatior. referte nunc animum ad hominum vel etiam ceterarum animantium
10 formam et figuram. nullam partem corporis sine aliqua necessitate adfictam totamque formam quasi perfectam reperietis arte, non casu. quid in his arboribus? in quibus 46 non truncus, non rami, non folia sunt denique nisi ad suam retinendam conservandamque naturam; nusquam
15 tamen est ulla pars nisi venusta. linquamus naturam 180 artesque videamus. quid tam in navigio necessarium quam latera, quam cavernae, quam prora, quam puppis, quam antemnae, quam vela, quam mali? quae tamen hanc habent in specie venustatem, ut non solum salutis sed etiam
20 voluptatis causa inventa esse videantur. columnae et templa et porticus sustinent; tamen habent non plus utili-

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** rotundum **EL** rutundum **AH** | terramque **U** | sua **C** sunt **E** | nutuque **C** nixuque *Le Clerc 160* || **2** sol ut **VOP** sed ut **R**^{v} sol ad **MR**^{n} sol ut ad **U** | eam **MR**^{n}**U** *om.* **VOPR**^{v} *secl. Stroebel 19* sol ad eam ⟨legem ut⟩ circumferatur *Sydow* sol ut circum eam feratur *Friedrich*^{2} || **3** inde sensim ascendat **L** inde *(sp. vac. 3 litt.)* sim *(sp. vac. 3 litt.)* ascendat **AE** inde sim *(sp. vac. 4 litt.)* sim *(sp. vac. 7 litt.)* ascendat **H** | et^{2} **MOPUR** *om.* **V** *del. Ellendt Stroebel alii* | diversam **EL** divorsam **AH** | partem ⟨recedat⟩ *Havet* || **4** luna **HL** -am **AE** | suo **L** *om.* **M** *secl. Kayser Friedrich Bornecque (def. Cima ad l.)* || **5** dispari **MO**^{al} -es **L** || **6** conficiant **L** conspiciat **M** | paulum ut **M** ut paulum **L** || **8** excogitari *Rom Ernesti* || **9** ceterarum **MOUR**^{v} -rorum **VO**^{al} **PR**^{n} || **11** adfictam **VU** *(pr. Meister coll. 2, 325; 3, 36)* affictam **OP** adfectam **R** adfectum **AH** affectum **E** || **12** arte **L** -em **M** | his **VOPR** *(pr. Cima ad l.) Firmani* eis **MU** *(pr. Friedrich*^{2} *53) del. Ellendt Wilkins alii* || **14.15** nusquam – naturam **L** *om.* **M** || **17** cavernae **C** carinae ς *Ald* carina *Lamb* || **18** antemnae **L** antenna **M** | quam vela **L** *om.* **M** *secl. Friedrich Bornecque Canilli* | quam mali quae **VOPR** quam aliquae **M** quam mali quam reliqua quae **O**^{al} **U**ς || **20.21** et templa **L** *(pr. Stroebel 9)* templa **M** et *del. Ellendt alii*

tatis quam dignitatis. Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas sed necessitas ipsa fabricata est. nam cum esset habita ratio, quem ad modum ex utraque tecti parte aqua delaberetur, utilitatem templi fastigi dignitas consecuta est ut, etiam si in caelo Capitolium 5 statueretur, ubi imber esse non posset, nullam sine fasti-
181 gio dignitatem habiturum fuisse videatur. hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quaedam et lepos consequatur. clausulas enim atque interpuncta verborum animae inter- 10 clusio atque angustiae spiritus attulerunt. id inventum ita est suave ut si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. id enim auribus nostris gratum est inventum, quod hominum lateribus non tole-
47 182 rabile solum, sed etiam facile esse possit. longissima est 15 igitur conplexio verborum, quae volvi uno spiritu potest. sed hic naturae modus est, artis alius. nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed 20 sunt insignes percussiones eorum numerorum et minuti

1–7 *Michel 321* || **7** *de § 181 Schmid 86* || **15** *de § 182 Schmid 86 sq.* || **16** conplexio verborum: *Bornecque*[1] *66–68 Stegemann 1083 sq.*

1.2 Capitoli – fabricata est *Non. 472, 1* (*propter* fabricantur) || **15** – p. 340, **3** longissima est – terminari *Ruf. GL 6, 568, 24 sqq. RL 577, 34 sqq.* || **19** *Arist. Rhet. 3, 8, 4 (1408b 33)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** fabricata est **L** *Non* fabricata **M** || **3** nam **C** tamen *Kayser* | esset **L** est **M** | utra **E** || **4** tecti parte **M** parte tecti **L** | fastigii templi *Schuetz* fastigi **L** fasti **M** || **5** Capitolium *del. Gruter* || **11** tulerunt **E** | inventum **C** autem *Schuetz* || **12** ita est suave *Kumaniecki* ita suave **M** est suave **VOPR** est ita suave **U** ita suave est *Kayser quem recentissimi edd. sequuntur* || **14** est inventum **C** est et invenustum *Zander* inventum *secl. Purgold Orelli Piderit* || **15** possit **L** *(pr. Stroebel 12)* -et **M** | longissima est **EO**[a1] **UR** *Ruf* longissimast **AH** longissima esset **VOP** || **16** conplexio **MUR** turbatio complexio **V**[v] **O** (turbatio *postea expunctum)* **P** || **17** alius nam **HL** *om.* **AE** | nam **C** iam *Kayser* || **18** plures **L** *Ruf* pluris **M** | frequentem **AH**[2] **EVOPU** *Ruf* -er **H**[1] **R** || **19** vester **C** voster **A** *om.* **R** noster ς || **21** sint **U**

pedes. quare primum ad heroum nos [dactylici et anapaesti spondi pedem] invitat; in quo impune progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus, ne plane in versum aut in similitudinem versus incidamus: „altae sunt gemi-
5 nae, quibus“ hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. probatur autem ab 183 eodem illo maxime paean, qui est duplex. nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut haec verba „desinite, incipite, comprimite“, aut a brevibus deinceps
10 tribus, extrema producta atque longa, sicut illa sunt „domuerant, sonupedes“. atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. est autem paean hic posterior non syllabarum numero sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui
15 est ex longa et brevi et longa, ut:

Quid petam praesidi aut exequar? quove nunc . . .

6 *Rhet. 3, 8, 5 (1409a 2)* || **16** *TRF*[3] *p. 27 Ennius Andromacha Aechmalotis v. 75; Scaen. v. 75 V*[3]; *ROL I 250. ex hoc loco citat hunc versum etiam Ruf. RL 578, 10. versus planius citantur Tusc. 3, 44* | *„quid petam praesidi“ citatur etiam § 102*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ad heroum ⟨numerum⟩ nos *Piderit*[1] | dactylici – spondi *secl. Madvig ap. Henrichsen* || **1.2** dactylici – pedem *secl. Ellendt quem fere omnes sequuntur (def. Ammon. Burs. Jhb. 1919 ret. Richard)* dactylici **M** *Ruf* dactuli **VO** (di) dactyli **P** dactili **RU** || **2** spondi **AHVO** spondei **RU** spondei **E** spondeii **P** et spondei *Ruf* | invitat **M** *Ruf* immutat **L**(**R**[v]) immutant **R**[m] || **3** duo **C** duos *ς Rom Ellendt Richard* | pedes **M** *Ruf* pedis **L** | ne **L** nec **M** *Ruf* | versum **EL** *Ruf* vorsum **AH** || **4** versus **E** *Ruf* vorsus **AH** versuum **L** *Canilli Firmani Richard* | incidamus **C** -imus *Ruf* | altae **MU** *Ruf* Aliae **VOPR** Arae *Henrichsen* valvae *Maehly* Antae *Bergk* || **5** heroi *secl. Madvig ap. Henrichsen quem omnes sequuntur at recte def. Ammon, ret. Firmani Richard Rackham* | continuandarum **E** || **6** verborum **L** *Ruf om.* **M** | cedunt *Schuetz* || **7** paeon *Canilli Firmani Richard* | a *om.* **E** || **8** consequuntur **C** *Ruf* consecuntur **A** || **9** a **L** *Ruf om.* **M** || **11** domuerant **AHE**[2] (dormierant **E**[1]) **VU** *Ruf* domuerat **OP** domierat **R** domierant **R**[m] | sonupedes **AHVOPR** sonipedes **EU** *Ruf* | philosopho *secl. Kayser* | ordiri **L** *Ruf* oratori **M** || **12** paeone *Canilli Firmani Richard* | finire **M** *Ruf* -iri **L** | est **MU**[2] *Ruf* is **L** | paeon *Canilli Firmani Richard* || **13** hic *secl. Kayser* || **14** est *om.* **R** || **15** ut **L** *om.* **M** *Ruf secl. Stangl*[7] *39*

A quo numero exorsus est Fannius: „si, Quirites, minas illius". hunc ille clausulis aptiorem putat, quas volt longa plerumque syllaba terminari.

48 184 Neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum, quos necessitas cogit (5) et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius quam necesse est. liberior est oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. namque ego illud adsentior (10) Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non adstricte sed remissius 185 numerosam esse oportere. etenim, sicut ille suspicatur, et ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus procerior quidam numerus effloruit, inde ille (15) licentior et divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa; et, si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones et quod metiri possumus intervallis aequalibus, recte genus hoc numerorum, (20) dummodo ne continui sint, in orationis laude ponetur.

4 *de § 184 Schmid 88* || **11** Theophrasto: *Solmsen 399* || **13** *de § 185 Schmid 88–90* || **19** impressiones: *Pighi 214–222*

1.2 si – illius: *ORF^{2} 144* || **4** *ad § 184 cf. or. 187; 195 sq.* || **10–17** namque – diffusa *Ruf. GL 6, 571, 28 RL 580, 3 sqq.* || **15.16** inde – dithyrambos *(sic) Non. 101, 11* (*propter* divitior)

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** Fannius **M** *Ruf* Ennius **L** | mines **E** || **7** spiritu **M** -us **L** || **8** est **M** et est **L** || **9** effugiat **E** | aut erret *Lag 2, 4, 15, 36* ut erret **LN**^{V} aut terreat **M** || **10** namque **M** *Ruf* nam neque **L** | adsentior **AHVU** *Ruf* ass- **EOP** adsequor **R** || **11** qui **C** quod *Schuetz* || **12** facta **L**(**R**^{v}) *Ruf (cf. 1, 63, orator 172 Brut. 30)* fracta **MO**^{al}**R**^{n}**U**^{m} | adstricte *Ruf Ellendt* astricte **C** abstricte **V** || **13** et^{2} **M** *om.* **L** *del. Ernesti alii* || **13.14** et ex – efficitur *om. Ruf (RL) 580, 6 habet Ruf GL VI 551, 28* || **14** istis **M** illis **L** his *Crat*^{m} | versus **EL** vorsus **AH** || **15** effloruit **E** *Ruf* efl- **U** exfl- **VOPR** ecfl- **AH** *Friedrich* || **16** dithyrambus **C** -os *Non* | cuius **EHL** *Ruf* quoius **A** || **17** diffusa **MV**^{2}**UR** *Ruf (cf. Lebreton 8)* -ae **V**^{v}**P** -e **O** -i ς || **18** id in **L** *(pr. Meister 31)* in **M** id *del. Ellendt alii* || **21** continui sint **M** *(pr. Stangl^{7} 26)* continuum sit **L** *Canilli Firmani Richard Rackham* | ponetur **L** *(pr. Meister 54), sic melior clausula* ponitur **M**

nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens, quid est aliud causae cur repudietur nisi quod hominum aures vocem natura modulantur ipsae? quod fieri, nisi inest numerus in voce, non
5 potest. numerus autem in continuatione nullus est; 186 distinctio et aequalium aut saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni praecipitante non possumus. quod si continuatio verbo-
10 rum haec soluta multo est aptior ac iucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta, membra illa modificata esse debebunt; quae si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus; sic enim has orationis conversiones Graeci nomi-
15 nant. quare aut paria esse debent posteriora superioribus et extrema primis, aut, quod etiam est melius et iucundius, longiora. atque haec quidem ab his philosophis, quos tu 49 187 maxime diligis, Catule, dicta sunt; quod eo saepius testificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum crimen effu-
20 giam". „quarum tandem?" inquit Catulus „aut quid

5 *de § 186 Waltz 116; Schmid 90–93* || **7** percussio: *Pighi 214–222* || **14** conversiones: *Stegemann 1083 sq.* || **17** philosophis: *Laurand 32 adn. 1; Solmsen 399*

2 sq. *or. 58* ipsa enim natura quasi modularetur hominum orationem *(cf. praeterea or. 177 part. or. 15)*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** est aliud causae **L** causa aliud **M** quid aliud causa *Friedrich*[2] || **3** aures **C** -ibus ς *Pol*[al] *Ellendt Cima Wilkins* | natura **M** -ae **L** | modulantur **C** modulatur *Vet Steph Lamb Ellendt Cima Wilkins* moderatur *Pol*[al] || **4** ipsae **C** ipse ipse **E** ipsa ς *Pol*[al] *Vet Steph Lamb Ellendt Cima Wilkins* || **4.5** non – continuatione *om.* **U**[1] || **5** in *om.* **H** || **6** aut – variorum *secl. Firmani* aut **M** ut **L** et ς *Zander* || **7** percussio *del. Kayser* ⟨et⟩ percussio *Zander* percussione *Firmani* || **8** distinguuntur **EL** -guontur **AH** distinguitur ς | anni **A** || **10** soluta **AHOPR**[n]**U**[1] solata **E** soluto **VR**[v]**U**[2] | multo *om.* **P**[1] | iocundior **E** || **12** membra **M** verba **L** | in **L** *om.* **M** || **14** orationis conversiones **VOPR** orationes convorsionis **M** (conversionis **E**) orationis has controversias **U** || **15** paria **L** prima **M** || **16** et **M** aut **O** *om.* **VPUR** | iocondius **E** || **18** *post* quod *sp. lib. 2 litt.* **H** quod eo **C** quod ego ς || **20** quarum **CB**[n] Quar **V** (*in mge:* „quarum" vetus fuit abrasum et pessime reaptatum) quare et quantum **B**[v] *(cf. Stroux*[2] *112)*

disputatione ista adferri potest elegantius aut omnino dici
188 subtilius?" „at enim vereor" inquit Crassus „ne haec aut
difficiliora istis ad persequendum esse videantur, aut, quia
non traduntur in volgari ista disciplina, nos ea maiora ac
difficiliora videri velle videamur". tum Catulus: „erras" in- 5
quit Crasse si aut me aut horum quemquam putas a te haec
opera cotidiana et pervagata expectare. ista, ista quae
dicis, dici volumus neque tam dici quam isto dici modo;
neque tibi hoc pro me solum, sed pro his omnibus sine
189 ulla dubitatione respondeo". „ego vero" inquit Anto- 10
nius „inveni iam, quem negaram in eo, quem scripsi,
libello me invenisse eloquentem. sed eo te ne laudandi
quidem causa interpellavi, ne quid de hoc tam exiguo
190 sermonis tui tempore verbo uno meo deminueretur". „hanc
igitur" ⟨inquit Crassus⟩ „ad legem cum exercitatione tum 15
stilo, qui et alia et hoc maxime ornat ac limat, formanda
nobis oratio est. neque tamen hoc tanti laboris est quanti
videtur, neque sunt haec rhythmicorum aut musicorum
acerrima norma dirigenda: et efficiendum est illud modo
nobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne 20

14 *de § 190 Schmid 93 sq.*

11 negaram: *1, 94; or. 18, Quint. 8 proem. 13; 12, 1, 21; Plin. ep. 5, 20, 5 (cf. ORF² 236 sq.)* || **13** exiguo: *§ 81* || **20** ne fluat: *or. 198; 220*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** aut *om.* **E** || **3** difficilior **OPE** | **3.4** ad persequendum – ista **MO**^{a1}**U** *om.* **V**^{1}**O**^{1}**PR**^{v} („vacat in v." **R**) | prosequendum **U** || **4** tradantur *Rackham* | nos ea **L** non ea **M** | ac **M** et **L** || **5** videamur **MO**^{a1}**U** videmur **VR** videmus **OP** videantur *ς* || **6** aut me **L** *om.* **M** || **7** ista ista **VOP**^{v} *(pr. Stroux² 137)* ista **O**^{2}**PU** isti **M** || **8** dicis **L** *om.* **M** || **9** pro me **C** prope **H** || **11** iam **M** tamen **L**(**R**^{v}) tandem **O**$^{al'}$**P**$^{al'}$**R**^{m}**U**^{2} | *post* eo *sp. lib. 5 litt.* **A** || **12** eloquentem *secl. Bake¹ Kayser* | eo **C** ego *Rom pr. Stangl¹* || **12.13** eo te ne – interpellavi **L** eo tenore laudandi quidem *(sp. lib. 4 litt.)* causa *(sp. lib. 6 litt.)* interpellavi **M** || **13** tam **H** || **14** diminueretur **E** || **15** inquit Crassus *ins. Kumaniecki* Crassus inquit *add. Lag 2, 32 omnes editores; om.* **C** *del. Friedrich* | ad legem **L** a lege **AH** a longe **E** | excitatione **E** || **17** nobis **E**^{1}**ORU** *omnes editores inde a Schuetz* vobis **AHE**^{2}**VP** *Rom Ernesti* | hoc **L** *(pr. Stroebel 16)* in hoc **M** | quanti **M** quantum **L** || **18** aut **M** ac **L** *Richard* || **19** acerrima **EL** -uma **AH** | et efficiendum est **L** *Richard* efficiendast **A** effigiendast **H** effigienda est **E** et *del. Ellendt alii* || **20** diffluat *Bake Kayser* | insistat **C** insidat *Pol Lag 3, 67* | interius **C** celerius *malit Reid*

excurrat longius, ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas. neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est. quae tamen ipsa
5 membra sunt numeris vincienda. neque vos paean aut 191
herous ille conturbet. ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati, consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiae verbis finiantur eorumque verborum iunctio nascatur a proceris nume-
10 ris ac liberis, maxime heroo aut paeane priore aut cretico, sed varie distincteque considat. notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. et si primi et postremi [illi] pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circumitus ipse verborum sit aut brevior, quam aures
15 expectent, aut longior, quam vires atque anima patiatur. 50
clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror 192
quam superiora, quod in eis maxime perfectio atque absolutio iudicatur. nam versus aeque prima et media et extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacumque
20 est parte titubatum; in oratione autem pauci prima

2 perpetuitate: *Stegemann 1083sq.* || **5** *de § 191 Schmid 94sq.* || **16** *de § 192 Schmid 95sq.* || **17** perfectio: *Stegemann 1083sq.*

3 – p. **344, 10** sed saepe – videamur *Ruf. GL 6, 569, 16sqq. RL 578, 14sqq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** utendum est **EL** utendumst **H** utendast **A** || **3** et quasi conversione **L** et quos *(sp. 5 litt.)* et conversione **M** conversione **C** contextione *Stangl*[7] *42* | carpenda *Lag 4, 32, 84 Ruf* capienda **C** partienda *Reid* || **4** membris **L** *Ruf* verbis **M** || **5** paeon *Richard* || **8** dicendi atque scribendi **H** *(sed postea correctum)* || **8. 9** sententiae – eorumque *secl. Kayser* || **9** eorumque verborum **C** verborumque *Lamb* | coniunctio **E** | a **L** ac **M** ab *Friedrich* || **10** heroo **MOPU** *Ruf* haereo **VR** | paeone *Richard* | aut **C** et **E**ς || **11** distincte varieque *Bornecque* || **12** in **M** *Ruf om.* **L** | illi **L** *om.* **M** *Ruf secl. Kayser quem omnes secuti sunt* || **13** haec **E** || **14** ne circumitus **MP**[2] incircuitus **VOP** circuitus **R**[v] ẹx̣ẹt circuitus **U** ne circuitus *Ruf* || **15** expectent **C** exspectant *Ruf* | expectent – vires **MO**[al] **UP**[2] **R** *om.* **VO**[1]**P**[1]**R**[v] (*vacat in vet* **R**[v]) || **16** autem **C** etiam ς *Rom* || **17** perfectio **M** *Ruf* perspectio **L** || **18** versus **EL** *Ruf* vorsus **AH** | mediam **E** || **18. 19** et extrema *om.* **O**[1] (*suppl.* **O**[v]) || **19** qui **VOPR** *Ruf* quid **AEU** quidem **H** || **20** est **M** *Ruf* sit **L** | parte titubatumst *Skutsch* | pauci prima **M** *Ruf* prima pauce **VOP** prima pauci **RU** *Rom Ernesti*

cernunt, postrema plerique, quae quoniam apparent et intelleguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis
193 repudientur aut aurium satietate. duo enim aut tres fere sunt extremi servandi et notandi pedes, si modo non breviora et praecisa erunt superiora, quos aut chorios aut 5 heroos aut alternos esse opportebit, aut in paeane illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. horum vicissitudines efficient, ut neque ei satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec nos id, quod faciemus,
194 opera dedita facere videamur. quod si Antipater ille 10 Sidonius ille, quem tu probe, Catule, meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio ut, cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur, quanto id fa- 15 cilius in oratione exercitatione et consuetudine adhibita consequemur!

195 Illud autem ne quis admiretur, quonam modo haec volgus imperitorum in audiendo notet, cum in omni genere tum in hoc ipso magna quaedam est vis incredibilis- 20 que naturae. omnes enim tacito quodam sensu sine ulla

3 *ad § 193 Bayard 39–41; Schmid 96–100* || **18** *ad § 195 Michel 349*

3–7 *cf. or. 212sq.; 215–218* || **8**sq. vicissitudines: *or. 219* || **21** *or. 203* aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** cernunt **MUR** *Ruf:* cernuntur **VO** cerunt **P** | quae *om.* **E** *Ruf* quas **R** || **2** *loco* ne *sp. 3 litt.* **P** || **3.4** fere sunt **M** *Ruf* sunt fere **L** || **4** non **L** *Ruf om.* **M** || **5** chorios **M** *Friedrich* choricos **L** choreos *Ruf editores vulgo* || **6** heroos **MOR** haeroos **V** haerohos **P** hearoös **U** | in *om.* **E** | paeone *Richard* || **7** ei *Ruf Crat* et **MVOUR** in **P** ex *Rom* | *post* cretico *supplendum censent* finire *aut* finiendum *Pearce Ernesti* || **8** efficient ut **MO**[a1] **U** *Ruf* efficientur **VOP**[2]**R** efficerentur **P**[1] || **9** quod faciemus **M** *Ruf* faciemus quod **VOPR** quod faciemus quod **U**ς || **10.11** ille Sidonius ille **L(R**[v]**)** *(pr. Stroux*[2] *137)* ille Sedonius **M** ille Sidonius **P**[2] || **11** probe **MUR** prope **VOP** || **12** hexametros *Ven:* exametros **C** | varis **AH** || **13** ex **L** e **M** || **14.15** voluntate coniecisset **L** voluptate eiecisset **M** || **15** versum **L** vorsum **M** || **16** in **L** *om.* **M** *secl. Ellendt Friedrich at cf. Harnecker ad l.* || **17** consequeremur **VP** || **18** quonam **L** quoniam **M** || **20** in **MU** *om.* **VOPR** || **21** omnes **L** -is **M**

arte aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta
ac prava, diiudicant; idque cum faciunt in picturis et in
signis et in aliis operibus, ad quorum intellegentiam a
natura minus habent instrumenti, tum multo ostendunt
5 magis in verborum, numerorum vocumque iudicio, quod
ea sunt in communibus infixa sensibus nec earum rerum
quemquam funditus natura esse voluit expertem. itaque 196
non solum verbis arte positis moventur omnes, verum
etiam numeris ac vocibus. quotus enim quisque est qui
10 teneat artem numerorum ac modorum? at in iis si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret
aut productione longius, theatra tota reclamant. quid,
hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine ac populo
non modo catervae atque concentus, sed etiam ipsi sibi
15 singuli discrepantes eiciantur? mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam 51 197
non multum differat in iudicando. ars enim cum a natura
profecta sit, nisi natura moveat ac delectet, nihil sane
egisse videatur. nihil est autem tam cognatum mentibus
20 nostris quam numeri atque voces, quibus et excitamur et
incendimur et lenimur et languescimus et ad hilaritatem
et ad tristitiam saepe deducimur; quorum illa summa vis
carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut mihi
videtur, a Numa rege doctissimo maioribusque nostris, ut

15 *ad § 197 Michel 350*

12 *or. 173* in versu quidem theatra tota exclamant

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** sint **MU** sunt **VOPR** | ac rationibus *del. Schuetz* || **2** ac **C** aut *Stangl*[1] *at cf. Stroebel 74* || **4** tum multo *Lag 20, 36 om.* **M** multum **L** (tum *omisso*) tum *Stangl* (multo *secluso*) | ostendunt **M** ostenderint **L** || **5** verborum **L** verbo **M** || **6** nec **MR** neque **VOPU** *Richard* | rerum **L** *om.* **M** || **7** noluit **U** || **8** omnes **L** -is **M** || **11** offensum est **L** offensumst *Friedrich* offensust **AH** offen dit ut **E**[1] || **12** recclamant *Havet clausulae causa* || **13** ac **M** *(pr. Sorof)* et **L** || **14** concentus **M** conventus **L** | sibi *om.* **O**[1] (*adscr.* **O**[2]) || **15** singuli **L** *(pr. R. W. Mueller 245)* singulis **M** || **17** a **L** *om.* **M** || **18** natura **M** naturam **L** *(pr. Ellendt) secl. Ernesti* || **19** tam *om.* **E** || **20.21** excitamur et incendimur *om.* **P**[1] | excitamur **L** exercitamur **M** || **21** lenimur **L** limamur **M** || **22** ducimur **P** || **24** maioribusque nostris **L** maioribus **M**

epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant, maxime autem a Graecia vetere celebrata. quibus utinam similibusque de rebus disputari quam de puerilibus his verborum translationibus maluissetis! ve-
198 rum ut in versu volgus, si est peccatum, videt, sic si quid 5
in nostra oratione claudicat, sentit. sed poetae non ignoscit, nobis concedit; taciti tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. itaque illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, cum circumitum et quasi orbem verborum conficere non possent – 10
nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus –, terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant; qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur. 15

52
199 Exposui fere, ut potui, quae maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar. dixi enim de singulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, dixi de numero atque forma. sed si habitum etiam orationis et quasi colorem aliquem requiritis, est et plena quaedam, sed tamen 20
teres, et tenuis, non sine nervis ac viribus, et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate lauda-

16 *de §§ 199–208 Barwick 47* || **19**–p. 347, **2** *Douglas 20; Michel 357 sq.*

5–8 verum – cernunt *Ruf. GL 6, 570, 10 sqq. idem RL 578, 36 sqq.* || **17** dixi: *§ 140–170* || **18** dixi: *§ 171 sq.; § 173–179*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ac **MVOPU** et **R** | versus **EL** vorsus **AH** || **2** a Graecia **M** in Graecia **L** || **2–4** quibus – maluissetis *del. Schuetz alii* || **3** de^1 **L** *om.* **M** || **4** translationibus **EOPU** tra- **AHVR** *Friedrich Bornecque* || **7** taciti **MU^2** *Ruf (pr. Stangl^1 38)* tacite **L** *Firmani* || **9** circumitum **L** (circuitum **U**) circulum **M** || **10** orbem **L** ovum **M** *inde* omnium ς || **11** audere **O$^{2al'}$** **R$^{\cdot n \cdot}$** **U** audire **MVOPR^v** || **13** naturale **M** -ali **L** *Ernesti* || **14** tenebant **AHUR** tenebat **E** tendebant **VOP^{2}R^v** *Ernesti om.* **P^1** || **15** et *om.* **A** | aequalibus **L** qualibus **M** || **19** sed si habitum etiam **L** sed etiam si habitum **M** sed aut si habitum *Vet Steph* sed si habitum orationis etiam *Ernesti* sed si habitum iam *Stangl^1* etiam *secl. Orelli Kayser Sorof Cima* || **20** et **M** *om.* **L** | sed **MUR^n** et **VOPR^v** || **21** non **M** et non **L** ⟨sed et⟩ non *Stroux Jhrb. d. ph. Vereins Berlin 1913, 171* || **22** quaedam **OPU^1**

tur. his tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco inlitus, sed sanguine diffusus debet color. tum denique 200 hic nobis orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut quem ad modum qui utuntur armis aut pa- 5 laestra non solum sibi vitandi aut feriundi rationem esse habendam putent, sed etiam ut cum venustate moveantur, ut is ....
.... qui in armorum tractatione versantur. for- 201 mantur autem et verba et sententiae paene innumerabili- 10 ter, quod satis scio notum esse vobis sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc interest quod verborum tollitur, si verba mutaris, sententiarum permanet, quibuscumque verbis uti velis. quod quidem vos etsi facitis, tamen admonendos puto, ne quid esse aliud 15 oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequentur interdumque factis, raro autem etiam pervetustis. in perpetua autem oratione, cum et coniunctionis

16 illa tria: *§ 152; 170* || **18**–p. **351, 5** in perpetua – inluminent *Quint. 9, 1, 26–36*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** insidere **U** | quidam **VOP** quiddam **UR** quaedam **M** || **2** tum *secl. Ellendt* || **3** hic nobis **M** nobis hic **L** | orator *secl. Kayser* | conformandus **C** confirmandus ς || **4** aut **L** et **M** ut ς || **5** feriundi **AH** -endi **EL** || **6** putent **C**(**R**v) putant (e supra) **E** putant **R**n ς | *post* moveantur *lacunam statuit Friedrich, ego post* is *plura excidisse credo, locus pessime corruptus* || **7** is **A** iis **H** his **E** ii **L** || **8** *post* versantur *interpolaverunt Itali (cf. Stroux*[2] *135) haec*: sic verbis quidem ad aptam compositionem et condecentiam, sententiis vero (non **U**) ad gravitatem orationis utatur **V**m (*in mge*: in veteri non est additio) **UR** *(in textu)* sic verbis quidem adaptam re impositionem *eqs.* **O**m *alii. eadem verba post* moveantur *exhibent* ς; *neque in* **M** *neque in* **P** *quidquam tale legitur; in Laudensi etiam haec defuisse testatur nota margin. in cod.* **V** | versantur *del. Lamb alii; post* esse vobis *transtulit Piderit* || **9** autem **MU** autem etiam **VOPR** | innumerabiliter **M** -biles **L** || **10** quod hoc satis **H** || **10.11** sed – interest **L** inter quos hoc interest sed inter confirmationem verborum et sententiarum **M** || **12** tollitur ⟨venustas⟩ **R** *(sed eadem manu deletum et signum „v" suprascriptum)* ς || **15** oratorium *Bake* || **16** nisi **L** ne **M** | translatis **AEOPU** tra- **HVR** *Friedrich Bornecque* || **17** interdum *Bake*

levitatem et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum.

53 202 Nam et commoratio una in re permultum movet et inlustris explanatio rerumque, quasi gerantur, sub aspec- 5 tum paene subiectio; quae et in exponenda re plurimum valent et ad inlustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum, ut iis qui audient illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur; et huic contraria saepe percursio est et plus ad intellegen- 10 dum, quam dixeris, significatio; et distincte concisa brevitas; et extenuatio et huic adiuncta inlusio a praeceptis 203 Caesaris non abhorrens; et ab re digressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit; propositioque quid sis dicturus et ab eo, 15 quod est dictum, seiunctio; et reditus ad propositum; et iteratio; et rationis apta conclusio; tum augendi mi-

4 *ad §§ 202–208 Bauerschmidt 39–43* | *ad § 202 Michel 354* || **13** *ad § 203 Michel 354*

5 sq. *Quint. 9, 2, 40* illa vero, ut ait Cicero, sub oculos subiectio || **13** Caesaris: *2, 261 sqq.; et 269 sqq.*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** levitatem **MVR**v *codd.* **B** *Quintiliani* lenitatem **OPR**n *codd.* **AP** *Quintil.* lenitate **U** | numemorum **V**v || **3** oratio *Lag 6, 65 Rom Lamb Ernesti* ratio **C** || **5** rerumque quasi *Crat* rerum quaeque **MR** rerum quasi **VOPU** *Quint* | aspectum **M** -tu **L** oculos *Quint.* || **6** subiectio **MR** *Quint.* subiecto **VOPU**1 subiecti **U**2 subiecta ς subiecta re *Vict.* || **7** valent **M** *(cf. Friedrich*2 *54)* valet **L** *Quint* | et ad **L** *(cf. Stroebel 8 Friedrich*2 *54)* ad **M** *Quint* | amplicandum **H** || **9** quantum **L** *Quint* quam **M** || **10** huic **MP**1 *Quint* hinc **L** | contraria **C**(**O**v) contra **O** | percursio *Lag 35, 36, 69 Rom Cod.* **P**4 *Quintiliani, editores inde ab Ernestio* percussio **C** *codd. Quint* praecisio *Ascens Richard* | est et plus **L** stet plus **M** || **11** quam dixeris *om.* **H** | dixerit *Rom* | distincte **VOUR** *Quint.* distincta (e suprascr.) **P** distinctio **M** destricte *Schuetz* || **12** et1 **L** *Quint. om.* **M** | inlusio a praeceptis *Quint* inlusia praeceptis **V**v**R**v**O**1 divisio a praeceptis **O**c1**PU** inlusio *vel* divisio **V**m inclusio a praeceptis **M** || **13** ab re **M** *Quint* a re **L** | digressio **M** *Quint pr. Meister* non longa digressio **L** || **14** delectatio **M** *Quint* delectio **VOPU** dilectio **R** | concinnus **MU** concinnens **VOP**2**R** *Quint* continens **P**1 continuus ς || **15** sis **L** *Quint* sit **M** || **16** seiunctius **V** || **17** rationis **M** *Quint* orationis **L** | minuendive **L** *Quint* minuendi **M**

nuendive causa veritatis supralatio atque traiectio; et rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositioque sententiae suae; tum illa, quae maxime quasi inrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimu-
5 latio, quae est periucunda, cum orationis non contentione sed sermone tractatur; deinde dubitatio; tum distributio; tum correctio vel ante vel post quam dixeris vel cum aliquid a te ipso reicias; praemunitio etiam est 204 ad id, quod adgrediare, et traiectio in alium; communi-
10 catio, quae est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio; morum ac vitae imitatio vel in personis vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad animos conciliandos vel maxime, saepe autem etiam ad commovendos; personarum ficta inductio, vel gravis- 205
15 simum lumen augendi; descriptio; erroris inductio; ad hilaritatem impulsio; anteoccupatio; tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum; digestio; interpellatio; contentio; reticentia, commendatio; vox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa; ira-

5 *Quint. 9, 2, 96* ideoque id Cicero non putat esse positum in contentione

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** superlatio **U** *Lag 32 Firmani Richard* | atque traiectio *secl. Bake*[1] | rogatio **L** *Quint* ratio **M** || **2** percontatio **MO** *Quint* percunctatio **VPUR** || **5.6** quae – tractatur **HL** *Quint om.* **AE** *secl. Ernesti* | orationis **M** *codd.* **B** *Quint Friedrich Wilkins Bornecque* in oratione **L** || **7** correctio **L** *codd.* **EP** *Quint* correptio **M** *alii codd. Quint* || **8** aliquid a te **M** *Quint* a te aliquid **L** | ipse *Ernesti Rackham* | praemunitio **M** praemonitio **L** || **8.9** praemonitio et est ad id quod aggrediare et traiectio in alium communicatio *Pol* || **9** traiectio **C** *codd.* **NP**[1] *Quint* reiectio ς *multi codd. Quint probat Ellendt Richard* || **10** est **C** etiam **U**[1] (*corr.* **U**[2]) | quasi **MU** *om.* **VOPR**[v] || **11** imitatio **C** notatio *Schuetz* || **12** ⟨habens⟩ ornamentum ς *Lamb* || **14** commovendos **LE**[1] *Quint* commonendos **AHE**[2] | inductu **V** || **15** descriptio **HEP**[1] *Quint* discriptio **A** discretio **L** | ad **M** *Quint* et in **L** || **16** anteoccupatio **C** aut occupatio **U**ς || **17.18** interpellantis coercitio *Schuetz* || **18** commentatio **C** comminatio *Schuetz (collato Or. 138) Bornecque* || **19** effrenatior **VOUR** *Quint Ellendt Piderit Adler Cima (pr. Havet)* effrenatio **MP** *Friedrich Wilkins Bornecque* | augendi *cod.* **E** *Quint* agendi **C** *ceteri codd. Quint*

cundia; obiurgatio; promissio; deprecatio; obsecratio; declinatio brevis a proposito, non ut superior illa digressio; purgatio; conciliatio; laesio; optatio atque execratio. his
54 206 fere luminibus inlustrant orationem sententiae. orationis autem ipsius tamquam armorum est vel ad usum com- 5 minatio et quasi petitio vel ad venustatem ipsa tractatio. nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; et paulum inmutatum verbum atque deflexum; et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio et in eadem verba impetus et con- 10 cursio; et adiunctio; et progressio; et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio; et revocatio verbi; et illa quae similiter desinunt aut quae cadunt similiter aut quae paribus paria referuntur aut quae sunt inter se
207 similia. est etiam gradatio quaedam; et conversio; et 15 verborum concinna transgressio; et contrarium; et dissolutum; et declinatio; et reprehensio; et exclamatio; et inminutio; et quod in multis casibus ponitur; et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula; et ad propositum subiecta ratio; et item in distributis 20 supposita ratio; et permissio; et rursum alia dubitatio; et improvisum quiddam; et dinumeratio; et alia correctio; et dissipatio; et continuatum; et interruptum; et imago;

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** non – digressio *secl. Bornecque Canilli* || **3** laesio optatio *Quint (cf. Meister 38)* laesi optatio **M** laesio et optatio **L** | execratio **M** *Quint.* exercitatio **L** || **5** communitio *Schuetz* || **6** ipsam *Reid fortasse recte* apta *Ernesti Schuetz* || **7** leporem **MOP**^{1}**U**^{2} leporum **VO**^{v}**P**^{2}**U**^{1}**R** || **8** paulum **MOP** *codd. nonnulli Quint* paululum **VUR** *nonnulli codd. Quint* || **10** ad extremum **H**^{1} (*corr.* **H**^{2}) || **11** progressio **L** *Quint* processio **M** || **12** positi **M** *Quint* -ta **L** | distinctio **L** *Quint* districtio **M** | verbi *secl. Kayser* || **14** referuntur **VOPR**^{v} *codd.* **B** *Quint* deferuntur **M** referunt **UR**^{m} *codd.* **AP** *Quint* deferunt ς | se *om.* **H** || **15** conversio **EL** -vorsio **AH** | et^{2} **L** *om.* **M** || **16** concinna transgressio *Quint* concinna tragressio **L** concinnata gressio **M** || **17** dedignatio *Pol*^{al} || **17.18** et inminutio *Quint* et immutatio **L** et imitatio **P**^{al} *om.* **M** || **18**–p. 351, **2** et quod – circumscriptio *secl. Schuetz* || **19** ductum **MOPUR** *Quint* dictum **V** *Bornecque (ex coniectura)* || **20** subiecta **MU**^{2}**N**^{al} *Quint* delecta **LN**^{v} || **21** supposita **MOPUR** *Quint* disposita **V** | rursum **M** rursus **L** *Quint* || **22** correptio **E**ς || **23** dissipatio *codd.* **AP** *Quint* dissupatio **AH** disputatio **EL** | continuatum **M** *Quint* quod continuatum **L** *Richard Rackham*

et sibi ipsi responsio; et inmutatio; et diiunctio; et ordo;
et relatio; et digressio; et circumscriptio. haec enim sunt 208
fere atque horum similia vel plura etiam esse possunt,
quae sententiis orationem verborumque conformationibus
5 inluminent".

„Quae quidem te, Crasse, video" inquit Cotta, „quod **55**
nota esse nobis putes, sine definitionibus et sine exem-
plis effudisse". „ego vero" inquit Crassus „ne illa quidem,
quae supra dixi, nova vobis esse arbitrabar, sed volunta-
10 ti vestrum omnium parui. his autem de rebus sol me 209
ille admonuit, ut brevior essem, qui ipse iam praecipitans
me quoque haec praecipitem paene evolvere coegit. sed
tamen huius generis demonstratio est et doctrina ipsa vol-
garis; usus autem gravissimus et in hoc toto dicendi stu-
15 dio difficillimus. quam ob rem quoniam de ornatu omni 210
orationis sunt omnes, si non patefacti, at certe common-
strati loci, nunc quid aptum sit, hoc est quid maxime
deceat in oratione, videamus. quamquam id quidem
perspicuum est, non omni causae nec auditori neque per-
20 sonae neque tempori congruere orationis unum genus.

2 *ad § 208 sq. Leeman 133* || **15** *ad § 210–212 Barwick Anh. I*

8 effudisse: *1, 159* || **9** supra: *§ 202* || **16** commonstrati: *2, 174* || **18** sqq. *cf. or. 71* || **19.20** non omni – genus *Quint. 11, 1, 4*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ipsi **M** *Quint* ipsa **L** | inmutatio **AH** imm- **EL** imitatio *Pol*^{al} | diiunctio **AHVOPR** *codd. nonnulli Quint* disiunctio **EU** *codd. nonnulli Quint* || **1.2** et relatio *Quint* et latio **M** tralatio **VR** translatio **OPU** || **2** relatio et digressio *secl. Ellendt* | circumscriptio **MO**^{al}**UR** scriptio **VOPR**^{v} | haec **MOPU** *Quint* hae **V**^{v}**O**^{v}**R** || **3** atque **M** *Quint* atque et **L** | vel – possunt *secl. Bake*^{1} *Kayser alii* || **4** orationem verborumque **L** *Quint* orationemque **M** || **5** illuminant *Bake*^{1} *Kayser* || **6** quae **L** quem **M** | quod **M** quam **L** quom *Meister 52* || **10** vestrum **VOP**^{2} vr̄um **UR** nostrum **M** vostrum *Friedrich at cf. § 37* | sol **MVOU**^{1} solus **O**$^{mal'}$**PU**^{2}**R** || **12** evolvere **C**(**R**^{v}) evolare **R**^{n} devolare *Schuetz* || **13** demostratio est et **L** demostratio stet **M** || **15** quoniam *om.* **V** | omnis **O** *(sed corr.* **O**^{v}*)* omni *del. Schuetz* || **16** sunt omnes si non **M** si non sunt omnes **L** | at certe **MV**^{2}**O**^{al}**UR** *om.* **V**^{v}**O**^{1}**P** || **17** nunc quid **H**^{2}**L** numquid **M** | quid^{2} **MUR**^{n} quod **O** *om.* **VPR** || **18** quamquam **L** quam **M** || **19** nec auditori **C** neque auditori *Quint* | neque personae **M** nec personae **L** || **20** nec tempori **R** || **20. p. 352, 1** unum genus nam et **MU** *Quint* nam magnum genus et **VOPR**

211 nam et causae capitis alium quendam verborum sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum; et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudicia, aliud sermo, aliud consolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. refert etiam qui 5 audiant, senatus an populus an iudices, frequentes an pauci an singuli, et quales; ipsique oratores qui sint aetate, honore, auctoritate debent videri; tempus pacis an belli, 212 festinationis an otii. itaque hoc loco nihil sane est quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris 10 et tenuioris et item illius mediocris ad id, quod agemus, accommodatam deligamus. ornamentis isdem uti fere licebit, alias contentius, alias summissius; omnique in re posse quod deceat facere artis et naturae est, scire quid quandoque deceat prudentiae. 15

56 213 Sed haec omnia perinde sunt ut aguntur. actio, inquam, in dicendo una dominantur. sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos

5–8 *Norden Hermes 40 (1905) 492; Fiske 55. 116 sq.* || **16** *de §§ 213–215 Stroux[1] 70 sq.; Kroll[3] 36 sq.* | *de §§ 213–227 Kroll[1] 596*

5–8 *cf. Arist. Rhet. 3, 7, 6 (1408a); cf. praeterea Hor. AP 112–118; 156–178* || **16** *Quint. 11, 3, 7.* M. Cicero unam in dicendo actionem dominari putat

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** capitis **MU** capaces **VOPR** | verborum *del. Schuetz* || **3** deliberationes **H**[2] **U** et liberationes **M** deliberationis **VOPR** | laudationes **MU** -is **VOPR** || **4** aliud iudicia *secl. Wilkins* | aliud sermo **VOPR** *(cf. Orat. 64)* aliud sermones **U** atque sermones **M** *secl. Friedrich*[2] *Firmani* aliud circuli atque sermones *Stangl*[7] *46* | consolatio **C** contentio *Bornecque Richard* || **5** disputatio **H**[2]**L** dissupatio **AH**[1]**E** | historia desiderat **MU**[2] historiae desiderant **L** || **6** an[2] **E**[1]**H**[2]**L** aut **E**[2] at **AH**[1] || **7** ipsique **M** ipsi qui **L**(**R**[v]) ipsi quoque **R**[n] ς | qui sint **C** qua sint ς *Ellendt Wilkins Cima* || **8** debent **C** debet **EU** ς *Wilkins Cima* debent videri *secl. Lamb approbantibus Schuetz Bake*[1] *et Stangl*[7] *49* | videre **E** *Rom* | an belli **L** ac belli **M** || **10** nisi ut **L** ne ut **AH** ne aut **E** | orationis **LE**[1] oratoris **AHE**[2] | plenioris **L** *om.* **M** || **11** et[1] **C**(**O**[v]) aut **O** | tenuitoris **E** | item **L** idem **M** | agemus **MR** agimus **VOPR** || **12** accomodatam **L**(**O**[v]) -um **MO**[1] | diligamus **E** || **14** naturae est scire **L** naturae si scire **M** || **15** quandoque **MU** *(cf. Meister 39)* quandoque id **VOPR** || **16** omnia **M** ipsa omnia **L** | sunt **MU**[2] erant **L** | aguntur **L** -antur **M**

saepe superare. huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum, huic secundas huic tertias. quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum videri solet; qui cum propter ignominiam iudicii 5 cessisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenen dixerat; qua perlecta petitum ab eo est postridie, ut legeret illam etiam, quae erat contra ab Demosthene pro Ctesiphonte edita; 10 quam cum suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus: „quanto" inquit „magis miraremini, si audissetis ipsum!" ex quo satis significavit quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam fore putarit actore mutato. quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, 214 15 meministi, quod me puero tanto opere ferretur? „quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat, an domum? matremne ut miseram lamentantem videam et abiectam?" quae sic ab illo esse acta constabat oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas 20 tenere non possent. haec eo dico pluribus, quod genus hoc

15–18 *Bonnet 40–46*

1 sq. Demosthenes: *Brut. 142; or. 56, Quint. 11, 3, 6; Iul. Vict. RL 440, 32* || **11** sq. *cf. Quint. 11, 3, 7* || **14.15** quid – ferretur *Non. 524, 17* (*propter* memini) || **15–18** quo me – abiectam: *ORF*[2] *196; cf. Quint. 11, 3, 115, Iul. Vict. RL 443, 3; cf. praeterea Mur. 88*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ⟨partes⟩ dicitur *Pol* || **5** cessisset **L** esset **M** abisset **H**[2m] excessisset ς | a **MR** ab **VOPU** || **7** Ctesiphontem **L** -te **M** | Demosthenen **VR** -em **MOPU** || **8** ab eo *secl. Friedrich*[2] *Bornecque Canilli* | ab eo est postridie **AL** est postridie ab eo **H** est ab eo postridie **E** || **11** miraremini **M** *(pr. Meister 61)* admiraremini **V** ammiraremi **OP** admiremini **U** id miraremini **R** || **13** fore **M** esse **L** | putarit **AH** putavit **E** (r *suprascr.*) putaret **L** | actore **MOPR** auctore **VU** || **14** in *om.* **E** | melius Catule **M** *Non* Catule melius **L** || **15** ferretur **C** *Non Piderit Friedrich Bornecque* efferretur *Lamb Sorof Harnecker Wilkins Cima* || **16** quo me vertam **O**ς | aut fratri **E** || **17** sanguine **MP**[2] **U** -inem **VOPR**[v] | redundat **L** *(pr. Norden Ant. Kunstpr. 171 Meister, Malcovati ORF*[2] *196)* | madet **AH** mandet **E** || **18** lamentantem **M** lamentantemque **L** *Richard Rackham* || **18.19** esse acta **M** acta esse **L** || **20** eo **HL** *(cf. § 37)* ideo **AE**

totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imitatores autem veritatis histriones occupave-
57
215 runt. ac sine dubio in omni re vincit imitationem veritas; sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus. verum quia animi permotio, quae maxime 5 aut declaranda aut imitanda est actione, perturbata saepe ita est ut obscuretur ac paene obruatur, discutienda sunt ea, quae obscurant, et ea, quae sunt eminentia et
216 prompta sumenda. omnis enim motus animi suum quendam a natura habet voltum et sonum et gestum; cor- 10 pusque totum hominis et eius omnis voltus omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut motu animi quoque sunt pulsae. nam voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva; quas tamen inter omnis est suo quaeque 15 in genere mediocris. atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera leve, asperum, contractum, diffusum, continenti spiritu, intermisso, fractum, scissum flexo
217 sono extenuatum, inflatum. nullum est enim horum

9 *cf. Hor. AP 108–111*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** oratores **H²L** -ris **AH¹** orationis **E** || **1.2** qui – imitatores **MV²PUR** *(sed postea deletum* **R***)* *om.* **Vᵛ** (*„vetus non habet additionem“* **Vᵛ**) **O** (*suppl.* **Oᵃˡ** *cum nota Gasp.*) **Rᵛ** (*„vacat in ·v·“* **Rᵛ**) | actores **AHV²PO²R** auctores **E** auctores **V¹U** || **2** occupaverant (u) **U** || **4** sed ea **C** et ea *Bake¹ alii* || **6** imitanda **C** mutanda **V** | actione **MOPUR** imitatione **V** || **7** ac **M** *(cf. Verr. 3, 77 Cat. 3, 1; dom. 131 har. resp. 2, 4. Sest 19; Cael. 36 prov. cons. 2 Marc. 1, Phil. 2, 39; 9, 10)* atque **L** | poenae **Vᵛ** || **8** eminentia **MURᵐ** imm- **VOPRᵛ** || **9** omnes *Bake¹* || **10** a **L** *om.* **M** *secl. Baiter* | habent *Bake¹* | et sonum **L** sonum **M** || **10.11** corpusque totum **M** totumque corpus **L** || **11** et eius omnis **L** *om.* **M** | voltus **AH¹** vultis **E** vultus **H²L** || **11.12** omnesque voces **L** omnisque vocis **M** || **12.13** ut nervi – voces *om.* **V** | ut motu **AH** in motu **E** ut a motu **L** | quoque **OPUR** quomque **AH** cumque **E** cuique *Bornecque Canilli Richard* || **13** chordae **AHVU** cordae **EOP** corde **Rᵛ** | intentae quae ad **L** intentae ad **M** || **14** tactum **C**(**Oᵛ**) tractum **O¹**ς | citarda **E** || **15** omnis **MV** -es **H²OPUR** | quaeque **C** quoque *Lachmann ad Lucr. vol. II, 95, Klotz¹* || **17** leve **C** *(cf. Kumaniecki⁴)* lene **U²**ς *omnes editores inde a Manutio excepto Wilkins* || **18** spiritu intermisso **L** spiritui intermissio **M** spiritu intermissio **H²** spiritu vel intermisso *Havet* | flexo **MOPR** -xum **VU** || **19** extenuatum **M** attenuatum **L**

generum, quod non arte ac moderatione tractetur. hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens: 58

5 Ipsus hortatur me frater ut meos malis miser
manderem natos . . . .

et ea, quae tu dudum, Antoni, protulisti:

Segregare abs te ausus . . . . .

et:

10 Ecquis hoc animadvortet? vincite . . . . .

et Atreus fere totus. aliud miseratio ac maeror, flexibile, plenum, interruptum, flebili voce:

Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
domum paternamne? anne ad Peliae filias?

5sq. *TRF³ p. 190 Accius Atreus v. 229 sq.; ROL II 390; versus citantur etiam Tusc. 4, 77. cf. Lucr. 2, 638 malis mandaret; Sen. Thy. 779 artusque mandit ore funesto suos* || 8 *TRF³ p. 136 Pacuvius Teucer v. 327; ROL II 292; versus citantur plenius 2, 193* || 10 *TRF³ p. 191 Accius Atreus v. 233 ROL II 390; versus citatur etiam Tusc. 4, 55* || 13sq. *TRF³ p. 54 Ennius Medea exul v. 231 sq. Scaen. v. 276 V³; ROL I 320*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] 1 generum **M** similium generum **L** et similium generum *Pearce* omnium generum *Lamb* similium *secl. Ellendt alii* | et **U** || 2 ut **AHVOPU** et **ER** || 3 vocis **MV**^m **O**^al vobis **L**(**V**^v) nobis **R**^v | sumat **MO**^al′ aliud **VOPR** (*omisso* sumat **VOPR**^v) sumat aliud **U** sumit *Rom Lamb* | acutum **L** actum **M** || 5 ipsus *Lag 69 Rom (cf. Tusc. 4, 77)* ipsius **M** ipse **L** || 6 manderem **MVO**^v**PU** *Ernesti Ribbeck Warmington Bornecque (cf. Tusc. 4, 36, 77), cf. Paratore Pizzani ad Lucr. 2, 638* -arem **R**ς *Ellendt Friedrich Wilkins Cima* -em **O**¹ || 10 Ecquis **L** e quis **AH** et equis **E** et quis *Tusc. 4, 55* | hoc **L** *om.* **M** | animadvortet **AH** animadvertet **E** animum advertit **VOPR** animadvertit **U** *Tusc. 4, 55* animadvortit *Firmani Galmés* | vincite **M** vincit **L** (vincit te **P**¹) || 11 Atreis **E** | maeror **L** memor **M** | flexibile **M** -lem **L** flexum *Schuetz* || 12 plenum **C** lene *Schuetz* | flebili **L** flexibili **AH**²**E** flexibile **H**¹ flebile *Schuetz* | voce *del. Schuetz* || 13 vortam **AHL** vertam **E** || 14 paternamne **M** paternam **L** | ad Peliae filias **L** appellare filias **M**

et illa:

O pater, o patria, o Priami domus!

et quae sequuntur:

Haec omnia videi inflammarei,
Priamo vi vitam evitarei. 5

218 aliud metus, demissum et haesitans et abiectum:

Multis sum modis circumventus, morbo, exilio atque inopia
tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat;
mater terribilem minatur vitae cruciatum et necem,
quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia 10
quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu.

219 aliud vis, contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis:

Iterum Thyestes Atreum adtractatum advenit
iterum iam adgreditur me et quietum exsuscitat. 15

2 *TRF*[3] *p. 28 Ennius Andromacha Aechmalotis v. 81; Scaen. v. 92 V*[3]*; ROL I 250; versus citatur etiam § 102 et Tusc. 3, 44* || **4**sq. *TRF*[3] *p. 28 Ennius Andromacha Aechm. v. 86 sqq.; Scaen. v. 97 sqq. V*[3]*; ROL I 252 versus citantur etiam Tusc. 1, 85; 3, 44* | haec omnia vidi *Tusc. 3, 53* || **7**sqq. *TRF*[3] *p. 20 Ennius Alcumeo v. 20 sqq. Scaen. v. 21 V*[3]. *ROL I 230 cf. Ribbeck Röm. Trag. 197* || **7** circumventus – inopia *citatur etiam fin. 4, 62* || **8** *citatur etiam 3, 154; Tusc. 4, 19. Non. 16, 6* (*propter* expectorare) || **11** refugiat *u. ad* metu *citatur etiam fin. 5, 31; Non. 224, 23* (*propter* sanguen) *Prisc. GL 2, 250, 12* || **14** – p. 357, **2** *TRF*[3] *p. 186 Accius Atreus v. 198 sqq. ROL II 382*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** illa **MOP** illae **VU** ille **O**[v] **R** illaec *Bornecque Canilli* || **3** sequuntur **HVOP**[2] **UR** secuntur **AE** subsequuntur **P**[1] || **4** videi inflammarei *Stangl*[1] vidi inflammari **L** videt inflammari **M** || **5** primo **V** | vi **L** *om.* **M** | evitarei *Stangl*[1] vitari **L** (evitari **P**[2]) evitaret **M** (evitarit **H**[2]) || **7** multis sum modis **M** multis modis sum **VOPU** multis modis **R** multimodis sum *Mueller Rackham* || **8** mihi omnem *Richard* | mi *Non* m[i] **V** mihi **OPUR** *om.* **M** | examato **E**[1] examinato **E**[2] || **9** mater *Ribbeck alii* alter **L** *om.* **M** ultor *Vahlen Opusc. ac. I 1907, 405* | minatur **M** minuatur **V** minitatur **OPUR** || **10** quem **U** || **11** sanguen **M** sanguine **L** || **12** imminens **L** sinmines **M** || **13** gravitatis **L** gravis **M** || **14** Atreum **C** mecum *Lamb* | adtractatum **AE** attr- **H** atereciatum **V**[v] **OP**[al′] attractum **V**[m] **P** alter etiam tum **R** *om.* **U** altercatum *Lamb* attrectatum *Ellendt* | advenit **MV**[m] **P** venit **V**[v] **OP**[al′] **R** *om.* **U**

maior mihi moles, maius miscendumst malum
qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

aliud voluptas, effusum et tenerum, hilaratum ac remissum:

5 Sed sibi cum tetulit coronam ob coligandas nuptias
tibi ferebat, cum simulabat se sibi iam facis dare,
tum ad te ludibunda docte et delicate detulit.

aliud molestia, sine commiseratione grave quoddam et uno pressu ac sono obductum:

10 Qua tempestate Helenam Paris innuptis iunxit nuptiis
ego tum gravida expletis iam fere ad pariendum mensibus;
per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.

Omnis autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens scaenicus, sed universam rem et sen- **59** 220

13 *ad § 220/221 Kroll*^{3} *1075*

1.2 maior – comprimam *citantur etiam Tusc. 4, 77* || **5–7** *CRF*^{3} *p. 137 inc. inc. fab. v. 32 sqq.* || **10–12** *TRF*^{3} *p. 280 inc. inc. fab. v. 80 sqq. ROL II 242. probabili modo ex Iliona Pacuvii (cf. Ribbeck TRF*^{3} *p. 280, Warmington ROL II 242. A. Klotz Sc. R. F. p. 328)* | qua – Paris *citantur etiam or. 164*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** miscendumst **H** miscendust **A** miscendum est **EL** || **2** qui **M** quin **L** | cor **L** *om.* **M** || **3** et tenerum **M** *(cf. Friedrich*^{2}*)* lene **VOPR** lene et tenerum **U** *Pol* plenum tenerum *Schuetz coll. Quint. 11, 3, 63* || **5** sibi **M** mihi **L** | tetulit **C**(**V**^{v} **R**^{v}) detulit **V**^{m} **O**^{al} **R**^{m} | coligandas *Ribbeck CRF*^{3} colicandas **AH** colligandas **E** conlocandas **L** coiugandas *Lachmann ad Lucr. II p. 136 Klotz*^{2} || **6** se sibi iam facis *Ribbeck CRF*^{2} *quem omnes sequuntur* se sibi alacriter *Ribbeck CRF*^{3} *Wilkins* se sibi aiaci **M** ad allaci **V** se se ad alaci **O R**^{v} se se alacri **P U** sese ad alacri **O**^{m} **R**^{m} se sibi a iactu *Buecheler apud Ribbeckium CRF*^{3} | dare **M U** *om.* **VOPR** sese altaribus dare *Bergk* || **7** tum *Lag 32* cum **C** | ad **HOP** a **AEVR** autem **U** || **9** ⟨oris⟩ pressu *Schuetz* || **10** qua **HL** quam **AE** qua in *Lag 2, 13, 36 Ellendt* | tempestate Helenam Paris *Lachmann* tempestate Paris Helenam **C** Paris tempestate Helenam *Bothe* | innuptis ς *Crat* innuptiis **M** in nuptiis **L** | nuptiis *Crat* nuptias **M** nuptis **L** || **11** gravida ⟨fui⟩ *Lamb* | fere **C** fui *Bothe* fere ⟨eram⟩ *Halm* || **12** Hecuba **OUR** Haecuba **VP** haec ubi **M** || **14** universam **HEL** -orsam **A**

tentiam non demonstratione sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scaena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra. manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens; bracchium procerius proiectum quasi quoddam te- 5 lum orationis; supplosio pedis in contentionibus aut
221 incipiendis aut finiendis. sed in ore sunt omnia. in eo autem ipso dominatus est omnis oculorum; quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magno opere laudabant. animi est enim omnis actio et imago animi 10 voltus indices oculi. nam haec est una pars corporis, quae, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere. neque vero est quisquam qui eadem conivens efficiat. Theophrastus quidem Tauriscum quendam dicit actorem aversum solitum esse dicere, qui in 15 agendo contuens aliquid pronuntiaret. quare oculorum
222 est magna moderatio. nam oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias aut ad pravitatem aliquam de-

7 *ad § 221sq. Michel 421* || **14** Theophrastus: *Kroll³ 1075*

2.3 laterum – palaestra *Quint. 1,11,8* | *cf. or. 59* virili laterum inflexione || **5.6** bracchium – orationis *Non. 373,32* (*propter* proiectum) || **6** *Quint. 11,3,128* pedis supplosio ut loco est oportuna, ut ait Cicero, in contentionibus – finiendis || **7**sq. *cf. Quint. 11, 3,72 et 75* || **10** *or. 60* nam ut imago est animi voltus, sic indices oculi || **17** *or. 60* tum oculorum est quaedam magna moderatio

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** declarans **L** demonstrans *(sp. vac. 6 litt.)* clarans **H** demonstrans clarans **AE** || **2** inflexione **C** inclinatione *Quint* | hac **VOP¹R^V** ac **P²U** haec **M** *om. Quint* | ac **L** *om.* **M** || **3** ab **M** a **VO²U** *Quint om.* **O¹PR** | palaestra **C** palaestra sumpta ς *Rom* || **3.4** manus non nimis arguta *Bake¹* || **6** supplosio pedis **C** pedis supplosio *Quint* || **7** finiendis **MR** *Quint (pr. Meister 39)* in finiendis **VOPU** *(pr. Stroux Jhb. d. ph. Vereins zu Berlin 39, 1913; 71–76)* | sed **M** sed si **VOPR** sed sit **U** || **11** indices **M** est indices **L** || **12** et commutationes **L** *om.* **M** *secl. Ellendt* || **13** vero **L** verum **M** | eadem **C** eas idem *Schuetz* || **14** conivens **M** continens **L** contuens *Ernesti Bornecque* | efficiat **C** ⟨quidquam⟩ efficiat *Waardenburg Opusc. 156* || **15** dixit *Ernesti* | actorem **M** auctorem **L(R^V)** autorem **O** | aversum **C** adversum ς || **16** contuens **C(R^V)** continens **P¹** connivens *Schuetz* || **17** est **L** *om.* **M** *secl. Friedrich* esto *Matthias at cf. Orat. 60*

feramur. oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. est enim actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse
5 debet. oculos autem natura nobis, ut equo aut leoni saetas, caudam, auris, ad motus animorum declarandos dedit. quare in hac nostra actione secundum vocem voltus 223
valet: is autem oculis gubernatur. atque in eis omnibus, quae sunt actionis, inest quaedam vis a natura data. quare
10 etiam hac inperiti, hac volgus, hac denique barbari maxime commoventur. verba enim neminem movent nisi eum, qui eiusdem linguae societate coniunctus est, sententiaeque saepe acutae non acutorum hominum sensus praetervolant; actio, quae prae se motum animi fert, omnis mo-
15 vet; isdem enim omnium animi motibus concitantur et eos isdem notis et in aliis agnoscunt et in se ipsi indicant.

60 224 Ad actionis autem usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet; quae primum est optanda nobis; deinde, quaecumque erit, ea tuenda. de quo illud
20 iam nihil ad hoc praecipiendi genus quem ad modum voci serviatur; equidem tamen magno opere censeo serviendum; sed illud videtur ab huius nostri sermonis officio non abhorrere, quod, ut dixi paulo ante, plurimis in rebus

3 *Quint. 11, 3, 1* namque actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam quandam corporis *(cf. or. 55)* dicit || **18** *or. 59* vocis bonitas quidem optanda est || **23** paulo ante *§ 178*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** tum[1] **L** *om.* **M** || **2** coniectu tum **L** coniectum **M** || **3** aptos *Bake*[1] || **5** oculos **L** -is **M** | aut **MU** *(cf. Stangl*[1]*)* et **VOPR** | saetas **V**(**N**^{v}) iubas **N** *Steph* || **6** auris **MU**[2] aures **L** || **9** actionis **L** -es **M** || **10** hac volgus **L** *om.* **M** *secl. Friedrich*[2] *54 Bornecque Canilli at cf. Harnecker ad l.* | hac[3] **C** ac **V** || **12** eiusdem **L** eius **M** || **13** acutorum **MU** oculorum **VOPR** | pervolant **R** || **14** actio quae **L** actioque **AHE**[1] actio quam **E**[2] | prae **MR**^{m} per **L**(**R**^{v}) || **14. 15** omnis – animi **L** *om.* **M** || **16** notis **L** notis **M** | alis **AH** | semet **E** | iudicant **U**[1]**R**ς || **19** deinde **MU** deindeque **VOPR** || **20** praecipiendi *Subl.* recipiendi **M** praecipiendum **L** || **21** cui quidem *Bake* | tamen **M** *om.* **L**(**R**^{v}) *secl. Piderit* | magno opere *scripsi* magnopere **C** | ⟨ei⟩ censeo **V** ||

23 plurimis **L**(**R**^{v}) ci viri meis **M** (civiri **AH**) curret plurimis **UO**^{al}**R**^{m} plurimeis *Friedrich*

quod maxime est utile, id nescio quo pacto etiam decet maxime. nam ad vocem obtinendam nihil est utilius quam crebra mutatio, nihil perniciosius quam effusa sine inter-
225 missione contentio. quid? ad auris nostras et actionis suavitatem quid est vicissitudine et varietate et commu- 5 tatione aptius? itaque et idem Graccus – quod potes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo, litterato homine quem servum sibi ille habuit ad manum – cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum, cum contionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter 10 eum sonum, quo illum aut remissum excitaret aut a contentione revocaret". „audivi mehercule" inquit Catulus „et saepe sum admiratus hominis cum diligentiam tum
226 etiam doctrinam et scientiam". „ego vero" inquit Crassus „ac doleo quidem illos viros in eam fraudem in re publica 15 esse delapsos; quamquam ea tela texitur et ea incitatur in civitate ratio vivendi ac posteritati ostenditur, ut eorum civium quos nostri patres non tulerunt, iam similis habere cupiamus". „mitte, obsecro" inquit „Crasse", Iu-

2–6 *Weidner 41* || **14** *de § 226 Martinelli*[1] *76*

2sqq. *cf. Rhet. ad Her. 3, 21–22* || **3. 4** nihil perniciosius – contentio *Non. 259, 20* (*propter* contentio) || **6–12** itaque – revocaret *Gell. N. A. 1, 11, 16*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** quod **L** quo **M** | utile **LH** ut ille **A** ut *(sp. vac. 2 litt.)* ille **E** utille H^1 || **2** vocem **M** vocem in dicendo **L** in dicendo *del. editt.* || **3** ecfusa *Non* || **4** ad **L** *om.* **M** | auris **M** -es H^2**L** || **5** quid **AHL** quidem **E** | vicissitudinem **E** || **6** et **M** *Friedrich Bornecque om.* **L** *Gell. secl. Meister 46* | potes **C**(R^v) potuisti $O^{c1}R^v$ || **7** Licinio **M**P^{c1} ericino **VOUR** ericinio **P** Erycino *Ernesti* Licinio Erycino *Schuetz* Licino *Piazza sed cf. Cima*[1] || **8** servum H^2**EL** -vom **A**H^1 | ille sibi **H** ille *om. Gell* | eburneola **M** eburniola **L** eburnea *Gell* || **9** qui staret **MU** *Gell* staretque **VOPR** || **11** quo **C** qui *Gell Bornecque* || **15** quidem **M** quidem inquit **L** | viros **M**O^2P^2**U**R^2 viros qui $V^vO^1P^1R^v$ || **16** esse **MVUR** irrepsisse **O**P^1 | quamquam ea **L** quia mea **AE** qua mea **H** | tela **C** tecla **A** *(quod pr. Stangl*[7] *93)* tella **O** | et ea incitatur **OPRU** *(def. Harn. ad l; cf. 1, 149)* | et eam incitatur **V** ea *(omisso et)* incitatur **M** et ea increbrescit *Sorof* et ea — vivendi *secl. Friedrich* || **17** ratio vivendi *secl. Kayser* ac *del. Wilkins* | posteritati *Lag 35, 65* -tis **C** posteris P^1 || **18** iam similis **M** iam similes **OPUR** eam similes **V** || **19** cupiam Iulius Mitte **E**

lius „sermonem istum et te ad Gracchi fistulam refer, **61**
cuius ego nondum plane rationem intellego.“ „in omni vo- 227
ce“ inquit Crassus „est quiddam medium sed suum cuique
voci. hinc gradatim ascendere vocem utile et suave est –
5 nam a principio clamare agreste quiddam est – et idem
illud ad firmandam est vocem salutare. deinde est quid-
dam contentionis extremum, quod tamen interius est
quam acutissimus clamor, quo te fistula progredi non sinet,
et tamen ab ipsa contentione revocabit. est item contra
10 quiddam in remissione gravissimum quoque tamquam
sonorum gradibus descenditur. haec varietas et hic per
omnes sonos vocis cursus et se tuebitur et actioni adferet
suavitatem. et fistulatorem domi relinquetis, sensum huius
consuetudinis vobiscum ad forum deferetis.
15 Edidi quae potui, non ut volui, sed ut me temporis 228
angustiae coegerunt. scitum est enim causam conferre
in tempus, cum adferre plura, si cupias, non queas“. „tu
vero“ inquit Catulus „collegisti omnia, quantum ego pos-
sum iudicare, ita divinitus, ut non a Graecis sumpsisse,
20 sed eos ipsos haec docere posse videare. me quidem istius

2–6 *Weidner 41*

4sqq. *cf. Rhet. ad Her. 3, 21 sq.* || **20**sqq. *imitatur Platonis Phaedrum 279 A cf. Hirzel I 488* || **20** – p. 362, **7** me quidem – dixit *ORF^2 314*

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **2** cuius **H^{2}L** quoius **AH^1** cum **E** || **3** suum **MO^{al}PU^{2}R^n** suam **VO^{1}U^{1}R^v** | cuique **H^{2}L** quoique **H^1** quoque **AE** || **4** utile **L** *om.* **M** *secl. Schuetz quem multi sequuntur at cf. Ellendt Harnecker ad l.* || **5** nam – quiddam est *secl. Schuetz* | agreste **MV^{2}O^{-1}U** *om.* **V^{1}O^{1}PR^v** („agreste“ *vetus non habet* **R**) | quiddam est **L** quiddamst *Friedrich* quiddam siet **M** quoddam est *Richard* | et **L** *om.* **M** || **6** illud idem **U** | ad firmandam **M** adfirmandam **VR^v** affirmandam **OP^1** ad firmandum **P^{2}U** ad formandum **R^n** | vocem **C(R^v)** voci **P^1** voce **OR** | salutari **O** || **7** quod tamen interius **M** quoddam in inferius **VOP** quoddam inferius **UR** || **9** et tamen **L** tamen **M** sed iam *Schuetz* et iam *Henrichsen* et tandem *dubitanter Orelli* | item **L** idem **M** || **10** quiddam *om.* **H** | quoque **C** quo *Stroebel* || **11** hic **VOPU** *om.* **MR** *secl. Stangl^7 Lochmüller 32 sqq.* || **12** sonos cursus et vocem *Schuetz* | actioni **L** actio **M** orationi *Rom* | adferet **AH** afferet **E** deferet **L** || **13** et **M** *(pr. Stangl^7 52)* sed **L** | sensum **M** -us **L** | huius **MU** illius **VOPR** || **15** ut potui **E^1** *corr.* **E^2** || **19** sumpsisse **MU^{2}R^m** didicisse **L(R^v)** *quod iam propter clausulam heroicam abiciendum* || **20** ipsos om. **V**

sermonis participem factum esse gaudeo; ac vellem, ut meus gener, sodalis tuus, Hortensius adfuisset; quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione com-
229 plexus es, excellentem fore". et Crassus: „fore dicis?" inquit; „ego vero esse iam iudico et tum iudicavi, cum me 5
consule in senatu causam defendit Africae nuperque etiam magis, cum pro Bithyniae rege dixit. quam ob rem recte vides, Catule. nihil enim isti adulescenti neque a
230 natura neque a doctrina deesse sentio. quo magis est tibi, Cotta, et tibi, Sulpici, vigilandum ac laborandum. non 10
enim ille mediocris orator vestrae quasi succrescit aetati, sed et ingenio peracri et studio flagranti et doctrina eximia et memoria singulari. cui quamquam faveo, tamen illum aetati suae praestare cupio, vobis vero illum tanto minorem praecurrere vix honestum est. sed iam surgamus" inquit „nosque curemus et aliquando ab hac con- 15
tentione disputationis animos nostros curamque laxemus".

[**M** = **AHE** **L** = **VOPUR**] **1** ut **C** *suspectum Lambino del. Ernesti Schuetz at cf. Madvig De fin. III, 10 Stroebel p. 16 Cima ad l.* || **2** adfuisset **AHVR**^{v} aff- **EOPUR**^{1} || **4** et Crassus **MU** *om.* **VOPR**^{v} | dicis *secl. Bake*^{1} || **5** iam *post* et *transp. Heusinger* | dico **U** || **7** Bithynia **O**^{1} (Bithyniae **O**^{v}) || **8** recte **MUR**^{n} *om.* **VOPR**^{v} | vides **C** confidis *Bake*^{1} *Kayser Sorof at cf. Acad. 2,25* || **9** sentio **MO**^{al} **UR**^{n} *om.* **VO**^{1}**PR**^{v} | quo **MU** eoque **VOPR** || **10.11** non enim **MO**^{al} tibi enim **V**^{v}**OPU** non (·n· *supra*) tibi enim **R** || **11** vestrae **L** *Ellendt Wilkins Cima* vostram **AH** vram **E** in vestram *Lag 15, 24 Friedrich Bornecque* | aetati **L** *Ellendt Wilkins Cima* -em **M** *Friedrich Bornecque* || **14** vobis *om.* **E** | vero **L** verum **M** || **16** et aliquando **MV**^{m} **OPUR**^{m} elati quando **V**^{v}**O**^{v}**R**^{v} || **17** curaque *Lamb Firmani* | laxemus. Deo Gratias **R**.

M. Tulli CICERONIS DE ORATORE LIBER TERTIVS EXPLICIT **A**

M. T. CICERONIS DE ORATORE LIBER TERTIVS EXPLICIT **E**

M. Tulli CICERONIS DE ORATORE LIBER TERTIVS EXPLICIT **V**

M. T. Ciceronis De oratore liber tertius et ultimus explicit feliciter **U** *Subscriptio* deest **OPR**

INDEX NOMINVM

INDEX VERBORVM NOTABILIVM

MAXIME AD RHETORICAM ARTEM PERTINENTIVM